
F. F. HARMONIA STRUVIO-SCHNOBELIANA CIVILIS. SIVE DN. JOACHIMI SCHNOBELII...


Adrian Beier, Joachim Schnobel, Georg Adam Struve



NALE
3
B
7
VITT. EMANUELE

UNIVERSUM
JUS CIVILE
STRUVIO-SCHNO-
BELIANUM
CUM COMMENTARIO
D. ADRIANI BEIERI,

&

PRIVILEGIO.







J. J.

HARMONIA
STRUVIO-SCHNOBELIANA CIVILIS.

Sive

DN. JOACHIMI SCHNOBELII

DISSERTATIONES AD UNIVERSUM JUS PANDECTARUM,

Quas

Perpetuis remiſſionibus ad Syntagmata STRUVIANA

ET

COMMENTATIONE THEORETICO-PRACTICA


atque

INDICE LOCUPLETISSIMO

auctas

in Alma Salana expoſuit






ADRIANUS BEIER, U.J.D.

Cum Gratia & Privilegio Seren. El. Sax.

JENÆ,

Sumtibus JOHANNIS MEYERI, Bibliopolæ,

Typis WERTHERIANIS, ANNO M DC LXIX.



PRÆFATIO

Quâ de occasione ac scopo suscepti laboris, juxtaq; quâ methodò & quibus suppetiis fuerit usus, Benevolum Lectorem certiorare satagit

AUTOR.

SExtus hodie annus agitur, ex quo Celeberrimi illius, ac citra præconium quidem notissimi, nunquàm tamen sine honoris præfatione mihi laudandi ICti, D. JOACHIMI SCHNOBELII quinque supra viginti ad Justiniani pandectas adornatas dissertationes, Themidos filiis ventilandas, typographis autem iteratò edendas publicè proposui, insimulq; longè plura in recessu illas, quàm frontispicium promiserat, habere, per titulorum adscriptionem & marginales remissiones

nes oſtendi. Quæ enim inter alias laudatiſſimi illius Viri virtutes, Modeſtia eſt, maluit is ab omni artificio & externô colore nudas eas, ſub ſimplici diſputationum inſcriptione in manûs eruditorum venire, quàm ſpecioſis titulis emptores allicere, lectoresve fruſtrari; certâ ſpe fretus, vendibile vinum etiam non ſuſpensâ hederâ emptores inventurum. Nec fefellit eum ſua opinio; ſed quàm primùm lucem adſpexit libellus, magnâ aviditate coëmptus, majori cum applauſu, maximâ verò cum utilitate & fructu lectus; nec privatas ſolùm interpretationes meruit, ſed & qui publicè prælegeretur, non nemini dignus viſus fuit.

Et judicium quidem hoc, non unius illius fortè fuit Academiæ, in qua conceptus ac natus erat; ubi gra-

tuſi-

tificando Autori unus vel alter asse-
dit studiosus; maturè quippe, an dicā
præmaturè partui huic subtractus est
Parens, atque Celeberrimi Emporii
ac Ducalis quondam Pomeraniæ Se-
dis, Sedini Cancellis oppidanis, sub
titulo Syndici, fuit præfectus, eoq́ue
ipsô impeditꝰ, quò minus ideam hanc
ac potissimarum juris conclusionum
indicem è locupletissimo divini in-
genii thesauro uberioribus diductio-
nibus exornare potuerit: Confestim
& in nostra Academia receptus; &,
ne dixeris, gratiæ aliquid datum esse;
quippe Autor ad pedes Nostratium,
sederit, eorumque principiis imbutus
fuerit; laudare in hanc rem possumus
Lipsiensem, Altorfinam, Rintelen-
sem, alias complures Academias, in
quas docendo ac disputando fuit in-
troductus, & penè Juliam primò lo-

cô po-

cô ponendam tacuissem, ubi typis publicè exscriptus, certissimô indiciô, defecisse ob frequentem usum exemplaria, in sola hac nostra binis etiam vicibus, alterâ quidem 1657. sub Nobilissimi Domini Schröteri, alterâ verò 1663. meâ qualicunque directione impressa; postquàm aliquoties Auditoribus meis privatim eundem proposueram, in id tamen semper intentus, ut Isagogicô hôc libellô uterer ad studiosos manu quasi ad ipsum juris fontem, ac prolixiores ejus interpretes, præprimis verò Dn. nostrũ STRUVIUM deducendos. Quẽ in finem remissiones ad syntagmata ipsius privatim antè communicatas, margini postmodũ adscribẽdas ac typis evulgãdas permisi, ut si quis uberiorẽ materiæ cognitionẽ desideraret, eò citra tædiosã inquisitionẽ recurrere possit.

Ex quo

Ex quo verò prælaudata Syntagmata diligentiori manu evolvere cepi (nam quartùm hodiè ad inſtantiam ſtudioſæ Juventutis id privatim prælego) loca compluscula partim ſupplenda, partim emendanda licuit obſervare, cujus rei cauſas, tum curas poſteriores, tum Typothetarum contumaciam, tum verò editionum prælaudati ſyntagmatis diverſitatem dare poſſum. Sed præterquàm, quòd aliquot Pandectarum tituli erant omiſſi, ſphalmata quoque typographica in ipſum Autoris textum irrepſerant. Quare, cùm exemplarium penuria iterandam expoſceret editionem, ſequentia in hac fuerunt obſervata, ut (1) loca Struviana, quæ perperam poſita videbantur, emendarentur: quæ (2) o-

missa & noviter observata, supplerentur; quæ (3) paulò minus accuratè applicata apparebant, ita directa, ut distinctè & specificè ostendant initium, medium & finē, imò certam lineam theseos, & quâ paginâ, si duas impleret, quidlibet inveniendum; ut omni investigandi labore B. L. sublevetur, & vel hôc gratior editio ipsi redderetur: quem in finem etiam (4) lineas paginarum videbis numeratas, ne scilicet index noster in genere ad paginæ plagas remittat, sed directò lineas tanquam digitò ostendat. Ut tamen (5) paginarum contenta primò conspectu innotescant, non solùm alteri columnæ, Disputationis, Libri ac tituli numerum; sed alteri quoque utriusque argu-

men-

mentum breviſſimis inſcripſimus: poſtquàm (6) ex Harmoniæ inſcriptione quidam opinati ſunt, quaſi nullum inter hos Autores agnoſceremus diſſenſum, breviter etiam in hac editione id notatũ fuit. (7) inſuper plures pandectarum, & Codicis tituli, quos Autor illuſtrat, adnotati ſunt; non tamen, (8) ut anteà margini, ſed capiti theſium; quò ipſo marginalibus remiſſionibus plus ſpatii remanſit, atque adeò cuilibet ſigno interlineari mox è regione correlatum marginale apponi potuit, quod in ſuperiori editione multoties procul abinde poſitum, cum tædio diu inquirendum fuit. Omnia hæc eum in finem, ut (10) artificium Autoris, quod operi conſtruendo adhibuit, & inſignis li-

belli usus cognosceretur, non scil. promiscuam problematum academicorum farraginem, sed locupletissimum conclusionũ forensium thesaurum inibi latere, eâ simul methodô compactum, ut non solùm in vim paratitlorum possit inservire, cùm in singulis fermè materiis post genera causarum enumerata, controversias inde pullulantes, tanquàm in sede ordinaria posuerit, quâ methodô Wesembecius, Dn. Struv. & alii utuntur, ut meritò Wesembeciũ contractum, vel Compendium Struvianum dixeris: Nec minus tamen (11) disputatoriis Exercitiis, ob cõcisam thesium conceptionem aptum, ut dubitem, an Treutlerum alius concisè magis referre possit. Textûs insuper (12) ad speciem pugnantes

tan-

tantâ diſcretione conciliat, ut amiciſſimè conſpirare credas; nec ſpecioſis objectionum & reſponſionum titulis juventutem ſeducit, ſed ipſa principia ſimpliciſſimè inſtillat, ut quoslibet in hoc genere ſcribendi, ſi non ſuperet, tamen exæquet. Nec verò (13) ſoli cathedræ Academicæ voluit inſervire, ſed quaſi operâ datâ, quæ in ipſis rerum argumentis obtinent, depromit, ut modò non ad ſingulas theſes præjudicia practicorum poſſis accommodare. Tam copioſus denique (14) eſt, ut multa ab aliis omiſſa poſuerit; quare & alicubi harmoniam noſtram deficere videbis: uti verò in tanta brevitate facilè evenit, ut obſcurius dicta appareant, ad ſingulas theſes (15) quædam annotare laboravimus,

tum ut ſenſum redderemus apertiorem, tum ut occaſionem nanciſceremur, Autorem ex ipſo Autore per loca parallela, quæ obſervabis innumera, interpretandi: quæ ratio, noſtrô quidem judiciô, commodiſſima; cùm quilibet ſuorum verborum optimus ſit interpres, & non ſolùm locus locum declaret, ſed & ex eo, quòd argumentum aliquoties recurrit, multiplex ejus uſus appareat, & res ſub multiplici forma ſpectata penitius cognoſcatur. Duum verò (16) generũ Autores ad hoc opus adhibuimus: Theoreticos alios, & controverſiarum academicarũ compilatores, Fachinæũ, Bronchorſtiũ, Riemerum, Franzkiũ, Ungepauerum, Pacium, Gerhardum, Vinnium, aut ſi qui ſunt alii, pleroſque


tamen

tamen in manibus Studioſorum exiſtentes, ne vel dicta fidem ſuperent, vel incognitorum laudatione ſuperbire videamur: hôc ipſo diſputaturi & quæ opponant, & quæ reſpondeant, nullo negotiò poſſunt invenire. Alios verò Practicos, interque eos itid. alios reſponſa ſua ex jure civili firmantes, Sandium nim. Friſiæ Senatorem. Quia enim Provincia illa juri civ. ſtrictè inhæret, non habent meticuloſi, quare à lectione Autoris eapropter abſtineant, quòd uſus forenſis vel nullus oſtendatur, vel ad forum, in quo non ſint verſaturi, remittantur. Alios denique ad jus Saxonicum, partim commune: v. g. Dn. Richterum: partim Electorale, B. Car-

pzo-

pzovium: ut certi ſint Studioſi, qui noſtrâ operâ ſunt uſuri, nihil niſi quod in uſu ſervatur, exhiberi. Fruantur itaque hâc noſtrâ manuductione, quâ nihil aliud intendimus, quàm ſtudiorum faciliorem tractationem, quibus Deus ex alto benedicat, ut, quemadmodum agricola plus quàm ſevit, metit, Lectores quoque commoda longè ſentiant uberiora, quàm à nobis ſunt ſuppeditata. Tu verò, Lector benevole, conatûs noſtros ulteriori Tuô favore dignare, atque optimè vale.

J.J.



J. J.

In nomine Domini noſtri
JESU CHRISTI.

DISPUTATIO PRIMA
ad Lib. I. Pandectarum.

Reſpondente

ANDREA Löper/ Stargardiâ Pomeranô.

ad Tit. I. de Juſtitia & Jure.

Th. I.

PRo diſciplina] Cùm rerum potior quidem, ſed verborum tamen prior ſit habenda ratio, Autor de vocabuli JURIS etymo ſollicitus, *in verb. à Juſtitia appellatū.* Quærit: (1.) Jus, UNDE DERIVETUR? Juris quodnam etymon? vid. Donell. *Lib.I.Comm.c.4.* & Bronch. *Cent.I. enantioph. qu. 1.* Cùm verò ob varias hujus vocis ſignificationes non ſtatim directò poſſit reſponderi, Autor *in verb. Pro diſciplina Juris.* Qv. (2.) Jus, QUOTUPLICITER ACCIPIATUR? ſ. quot ſint Juris ſignificationes? *v. l. p. & f. ff. h.n. t.* & Donell. *d. L. 1. cap. 3.* Quò pertinet (3.) quæſtio: Jus, AN ET QUOMODO DIFFERAT A IURISPRUDENTIA? v. B.

Th. I.


IUs pro diſciplina Juris acceptum, Ulpianus rei naturam potius quàm more grammaticò ſyllabas intuens, à Juſtitia appellatum eſſe ait. DN. STRU

l. 1. pr. ff. de Juſt. & Jur.

E fontibus enim Juſtitiæ manat ac profluit; & hactenus Jûſtitiâ eſt poſterius.

pzovium: ut certi ſint Studioſi, qui noſtrâ operâ ſunt uſuri, nihil niſi quod in uſu ſervatur, exhiberi. Fruantur itaque hâc noſtrâ manuductione, quâ nihil aliud intendimus, quàm ſtudiorum faciliorem tractationem, quibus Deus ex alto benedicat, ut, quemadmodum agricola plus quàm ſevit, metit, Lectores quoque commoda longè ſentiant uberiora, quàm à nobis ſunt ſuppeditata. Tu verò, Lector benevole, conatûs noſtros ulteriori Tuô favore dignare, atque optimè vale.

J. J.



J. J.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

DISPUTATIO PRIMA ad Lib. I. Pandectarum.

Respondente

ANDREA Löper/ Stargardiâ Pomeranô.

ad Tit. I. de Justitia & Jure.

Th. I.

PRo *disciplina*] Cùm rerum potior quidem, sed verborum tamen prior sit habenda ratio, Autor de vocabuli Juris etymo sollicitus, *in verb. à Justitia appellatū.* Quærit: (1.) Jus, UNDE DERIVETUR? Juris quodnam etymon? vid. Donell. *Lib. I. Comm. c. 4.* & Bronch. *Cent. I. enantioph. qu. 1.* Cùm verò ob varias hujus vocis significationes non statim directò possit responderi, Autor *in verb. Pro disciplina Juris.* Qv. (2.) Jus, QUOTUPLICITER ACCIPIATUR? s. quot sint Juris significationes? *v. l. p. & f. ff. h. t.* & Donell. *d. L. 1. cap. 3.* Quò pertinet (3.) quæstio: Jus, AN ET QUOMODO DIFFERAT A JURISPRUDENTIA? v. B.

Th. I.

IUs pro discipli- Dn. Struv.
na Juris acceptum, Ulpianus rei naturam potius quàm more grammaticô syllabas intuens, à Justitia appellatum esse ait.

l. 1. pr. ff. de Just. & Jur.

E fontibus enim Justitiæ manat ac profluit; & hactenus Justitiâ est posterius.

Dn. Struv. *a Synt. civ. Ex.I.th. 7.*

b th.8.9. & 38.

c v. th.5.

d th. 46. & Ex.II th.44.

e conf.l.51. in f.cum th. seq.

rius. Definitur ab eodem Ars *a* aequi & boni. *d.l.1 pr.de J.& J.* Docet *b* enim legū generaliter scriptarū defectûs *c* interpretando supplere, easque in quavis causa juxta bonum & aequum, velut normam, dirigere & dextrè applicare: *d* Imò etiam bonitas & aequitas *e* omni inest Juri, aliàs jus non esset. Cujac. *ad l. 1. pr. ff. de J. & J.*

v. B.Ungeb. *Ex. I. qu. 12.* Quâ aequivocatione solutâ, Autor ad *qu 1.* respondet, Appellatum esse Jus à Justitia. Quia tamen vero non videtur simile, Monosyllabum à polysyllabo descendere, cùm illa videantur his esse priora: hinc porro Autor Qu. (4.) Jus, AN PRIUS SIT JUSTITIA? an contrà: Justitia num prior Jure? & respondet ipse: Jus esse posterius, Justitiam priorem; &, dum id cuipiam contra Grammaticam, etymologiis leges praescribentem, videri possit, Qu. (5.) QUAENAM HAEC SIT ETYMOLOGIA? cui resp. Logicam potius quàm grammaticam. Ratio quia JCti rei naturam potius intuentur. vid. Hillig. *D.E Lib. I. cap. 4. lit. G.* Arum. *Ex.I. th.5.* Treutl. *v. 1. Diss. I. th. I. lit. A.* ibique Bachov. 20. Sed Alciatus *Lib. I. Parerg. cap. 29.* Justitiam, *quasi* Vim sistat, dictam esse ait; quâ ratione juris ab ea derivatio difficilis foret.

Est posterius] Abstracta siquidem & simplicia sunt priora: Concreta autem & composita posteriora. *Atqui*, Jus } sumptum pro Arte seu disciplina Juris, hoc est, pro artificiosè digesta praeceptorum, de Justitia conceptorum comprehensione, est quasi concretum; Justitia verò tanquam abstractum, ad cujus ideam, normam & mentem illa praecepta sunt concepta, eum in finem, ut Justitiae conformemur, eamque consequamur: E. Justitia prior est, Jus posterius. (2) Imago sive authenticū prius est copiâ s. exemplari: *Atqui* Justitia est illud originale ad quod Jus est directum & expressum, nosq; ipsimet conformari debemus, & cujus ergò illa praecepta sunt concinnata; Jus verò exemplar saltem est, Justitiam referens,

&

& ad ejus imaginem adornatum. E. illâ quoque posterius. (3.) Omnis finis prior est mediis, Primus enim est intentione. *Atqui* Justitia est Legislatoris, Judicis & Advocati finis, eam sibi ut scopum ante omnia obtinendum præfixerunt, ac pòst demum de legibus, pœnis, ac respectivè actionibus sunt solliciti. E. Justitia est prior, Jus posterius. Contrà verò, quatenus præcepta Juris media sunt ad finem, Justiam, deducentia, priora sunt, Justitia posterior, nempe quoad consecutionem. Quòd si E. Jus posterius Justitiâ, utique & ab illa derivari potest. Nam priora non possunt à posterioribus descendere, nec causatum causam suam antevertere. Apparet tamen exinde, Notationem eam non grammaticam esse, quæ literas ac syllabas intuetur & numerat; sed logicam, quæ ad rem substratam, ejus naturam, & significationem respicit; Illa verbalis, hæc realis dicenda. Hinc, dum has non discernunt Philologorum aliqui, irritô conatu Latiô explodendas exponunt; ut Laur. Valla, *Lib. 6. Elegant. 36.* Immemor sui *in præfat. Lib. 3. eleg.* ubi fatetur: In Pandectis omnes Gratias & Veneres manûs abluisse. Similis derivatio est *in pr. Inst. de Testam. ordin.*

Definitur] Nunc aggreditur rem ipsam, & naturam ejus penitiùs considerans. Qu. (6.) Jus QUOMODO DEFINIATUR? nempe quòd sit Ars. vid. Donell. *d. L. 1. cap. 5.* quoniam autem genus quodammodò incongruum apparet, meritò Qu. (7.) AN JUS CIV. SIT ARS? vid. Ungeb. *Ex. I. qu. 8.* Nam artium finis communiter existimatur esse ποίησις, effectio & productio alicujus operis in sensûs incurrens; cùm tamen Juris nostri scopus sit πρᾶξις, actio legi conformis. Notandum itaque, Artis voculam non sumi h. l. in significatu stricto ac proprio, sed laxius, & generaliter, ut habitûs operativos etiam complectatur. Sive enim ipsum Legislatorem respicias, artis opus erit Remp. ordinare, jure competente informare & vivificare: sive Judicem, & artis opus est, Judicium comptè ordinare, & causam legitimè definire: sive Partes, & artis itidem erit opus, Actiones competenter instituere,

vel efficaciter elidere: Quilibet enim ad propositum sibi finem per convenientia & idonea studet progredi media. *Opp.* Quicquid naturâ nobis insitum, id per artem non definiendum. Atqui æquum & bonum est à natura. E. ℞. Nec etiam dicit Autor quod æquum, sed quod Jus sit ars. (2.) Multa quæ natura in nobis inchoavit, ars perficit. (3.) Materiale saltim est à natura; formale autem artem demum facit.

Ars] Pertinet huc Qu. (8.) An Jus nostrum in artis formam possit redigi? Affirmat Vultejus *Lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 1.* Cubach. *Cent. I. Qu. illustr. decur. II. qu. 1.* An verò jam tum forsan redactum? quod putant Cujacius, Wesenbecius, Pacius, Freigius, quibus add. Matth. Steph. *de art. jur. cap. 8. n. 5.* novissimè Joh. Brandes *in suo de vera & & simulata JCtorum Philosophia. cap. VII. pag. 166.* ubi de conceptione perfecti Corporis Juris *à p. 169. usq; ad finem capitis* differit.

Æqui & boni] Quid sit bonum & Æquum, & Quomodo ars ejus exerceatur? eleg. vid. ap. Guid. Panciroll. *ad l. 1. ff. de J. & J. in Thesauro suo variarum lectionum utriusq; Juris Lib. 2 cap. 1. p. m. 185.* Posset etiam (9.) hîc Qu. Eccur nulla Injusti in hac defin. fiat mentio? Cùm tamen *infra th. 13. hic.* Jurisprudentia, cui Jus in præsenti significatu æquipollet, illud includat. Sed de hoc suô locô. vid. interea B. Ungeb. *Ex. I. q. 12. pag. 31.*

Docet enim] Redditur h. m. ratio definitionis, desumpta (1.) ab Officio & Effectu Juris: unde (10.) Qu. JURIS QUODNAM OFFICIUM ET EFFECTUS? Legum scil. interpretatio. add. Donell. *L. 1 Cap. 5.* Et sic, qui prudens Juris vult audire, ejus quoque peritiâ tenetur pollere; & contrà. Cœteroquin, Quomodo in Jurisperiti & Jurisprudentis differentia discrepent & conciliari queant Magna illa inter JCtos & Politicos Lumina, TABOR & CONRINGIUS; ostendit Magnif. Dn. Joh. Jac. Avianus, *olim. Prof. nostras, hodie Serenissimi Dn. Ernesti Duc. Sax. Consil. Aul. in syllog. illustr. controv. acad. n. 1.*

Inter-

Interpretando] Officium hoc magis artificis, quàm artis esse videtur. Qu. autem (11.) INTERPRETATIO JURIS QUID, ET QUOTUPLEX? vid. Magnif. Dn. Hahn. *obs. ad Wesemb. de Legib. num. 8. pag. m. 77.* & Helfr. Ulric. Hunnius. *integr. tract. de interpr. & aut. Jur.*

Omni inest] Altera definitionis ratio desumitur à Juris materia & essentia: Quòd ipsi bonitas insit & æquitas. Unde Qu. (12.) An omni Juri bonum insit & æquum? vid. Dn. Hahn. *d. l. n. 5. vers. ad regulam. p. m. 73.* Videtur autem Autor delabi ad aliud significatum vocabuli JURIS, quatenus pro Jure lato s. lege accipitur: Quàmvis, si leges bonæ sunt, erit quoque peritia earundem non mala. *Opp.* Multas dari Leges injustas: & in Jure quoque nostro multa, quæ contra æquitatem pugnant, constituta reperiri. *Ad prius Resp.* Dist. Inter Jus in suo rigore & prout ab Autore quoque h. l. acceptum: quô casu falsa est oppositio, Autoris opinio vera: Et prout populariter, ab Autore quoque *th. 2.* hîc sumitur, pro eo quod præcipitur ab eo qui potest, præscindendo, Quàm justè. Eo sensu poterit præprimis de Rebuspublicis corruptis objectio concedi. Hoc tamen notandum: Nullum dari Jus cui non insit æquitas, sive reverâ & in se, sive ad minimum secundùm intentionem vel opinionem Legislatoris, qui bonum quidem intendit, sed forsan à scopo errat; vel certè putat bonum esse quod statuit. Quin & in perversis Rebuspubl. non credent aut concedent Legumlatores, abesse bonum à suis legibus. Nullum enim malum appetitur sub ratione mali, sed semper sub aliqua boni specie: quemadmodum mœchus adulterium, non quatenus malum est, sed in quantum sibi bonum videtur, appetit. Ita quoque in Rep. corrupta Legislator, falsâ occupatus hypothesi, leges suas credit saluberrimas, quia scopo Reip. suæ tam sunt aptæ. *Ad posterius Resp.* Quàmvis Usucapio, quam plerumque in exemplum allegant, dura videatur, non tamen est iniqua. *Instant.* Quoties pro jure venditatur, etiam id quod est iniquum, toties non omni juri inest æquitas. Atqui in jure Rom.

Rom. id contingit. *l. p. in m. ff. h. n. t.* ubi Prætor Jus reddidisse dicitur, etiam quando tulit iniquam sententiam. R. phrasis: Jus reddere, apud Romanos est: sententiam ferre, causam definire: ac toties adhibetur, quoties Prætor id egit; præsupponendo videlicet, eum, ut debebat, processisse: contingit autem, ipsum quandoque abberrasse: ob quod accidens non statim modum loquendi voluerunt mutare. Cœterùm ad hæc verba Autoris add. *th. 34. hic*, cui & *th. 15.* non est absimilis.

Dn. Struv.

Th. II.

Jus pro præcepto Superioris *a* (quæ significatio est potior) sumptum, autore Festô, propter excellentiam & autoritatem præcipientis à Jubendo derivatur, quia & Veteres jura dixerunt jussa. Definitur hoc, quòd sit constitutio vel Naturæ vel Civitatis, *b*

l. 9. ff. §. 1. J. de J. n. g. & civ.

jubens permittensve

l. 7. ff. de LL.

in publicum.

l. 1. & l. 8. ff. de LL.

quæ

a Synt. civ. Ex. I. th. 47.

b Ex. II. th. 6.

Th. II.

Pro præcepto] hæc thesis est altera quasi pars s. membrum antecedentis, in qua nihil novi additur, sed ceptus ibi discursus continuatur & absolvitur. Et quoniam præmissum, varias esse vocab. Juris significationes, tenendum, illud h. l. passivè sumi, Pro Legibus, sive jure condito, & sic materialiter; cùm *th. præced.* formaliter & activè acceptum fuerit, pro Disciplina docente; it. pro synthesi præceptorum, pro corpore formato, formam artis continente. Unde & posteriorem nostram potiorem, s. frequentiorem, magis usitatam & communem appellat; quia, ubicunque Imperans est, ibi jussa dantur, ab Imperio enim & jussione denominatur: Cùm superior illa magis peculiaris JCtis esse videatur.

A jubendo] cur non à justitia? Quia nim. alia planè succedit vocis significatio, non potest non alia quoque offerri originatio. Originem autem hanc causæ efficienti debet, scil. quicun-

cunque jubendi autoritate pollet; qualis in quavis Rep. est is penes quem supremum residet arbitrium. Par in parem non habet imperium.

Veteres jura dixerunt jussa] sc. ante frequentiorem literæ R inventum usum. Ita enim pari ratione Fusiam pro Furia dixerunt lege. Dd. *in tit. J. de L. Fus. Can. toll.*

Jubens permittensve] Quæ virtutes cujuslibet legis sint? *v. d. l. 7.* ubi quatuor reperies. Sed, An omne Jus præcipiat? Accursius negavit. vid. Donell. *2. Comm. 1. pag. m. 36. col. 2. vers. Idem docent.* An legis virtus sit etiam Consulere, Præmiari? Dn. Hahn. ad Wes. *d. LL. n. 5. verb. Illud commune. p. m. 73.*

In publicum] Duo hoc importat: (1.) Legem ratione modi publicandi non clam in angulo loqui, sed palàm prodire, clarâ voce & pro imperio edicere, ut ne quis de ignorantia queri possit. Hinc & quicunque juris autoritatem pro se habent, directò jubere, atque civilibus uti verbis possunt: qui verò præter legis dispositionem agunt, obliquè & per verba precaria procedunt; uti ex testamentorum & fideicommissorum differentia manifestum est. (2.) Eandem ratione objecti latam esse non Titio & Mœvio, sed in universum omnibus: alioquin lex non erit, sed privilegium. Hinc lex dicta præceptum commune; non efficienter, quod plures viri prudentes de eo in commune statuerint; sed quia generaliter & in commune toti societati civili præcipit, &, si ita loqui liceat, in rem magis scripta est, prout aliàs actiones aliquæ dicuntur.

DN. STRUV.

quæ recta sunt.

c. erit autem. 2. dist. 4.

prohibensque contraria.

l. 9. C. de LL.

iis, quibus posita est, [c] parendi necessitatem imponens.

l. 2. ff. de LL.
l. 9. C. eod.
§. 10. J. & de R. D.
Donell. *Lib. 1. Comm. c. 5.*

Vel brevius: Jus est Naturæ, vel Populi, vel ejus qui vicem populi sustinet, jussum. Sic dicitur Jus naturale, [d] civile, [e] prætoriū. Et in hoc significatu Justitiâ est prius.

c *ib. th. 8. seqq.*
d *v. Ex. I. th. 48.*
e *v. Ex. II. th. 3.*

Neces-

Neceſſitatem] Quæ duplici ex fonte promanat; (1.) Conſtituentis autoritate, de qua vid. Donell. *1. Comm 6.* & (2.) pœna legi addita: quia pro nón dicto & præcepto eſt omne id, cui quis, niſi velit ipſe, parere non cogitur. Hocque diſtant à Jure, Præcepta Philoſophorum, quòd Hi, præcepta de moribus tradentes, ſæpè jubent ac præcipiunt quæ recta ſunt, prohibentque contraria, ſed externô brachiô & executione deſtituti; hinc intra præceptorum terminos ſubſiſtere coguntur, Jus nullum conſtituunt. Add. quæ *ad. th 11.* de Juſtitia univerſali, & *th. 14.* de primo Juris præcepto forſan dicentur, & Bœcl. *præfat. in Grot p. m. 37.*

Eſt prius] Lex futuris dat formam negotiis, *th. 18. b.* omne ergò præceptum præcedit actum quem præcipit. Atqui præcepta & juſſa ad hoc fiunt, ut Juſtitia producatur, ſeu actûs boni edantur; oportet ergò hos actûs nondum eſſe, ne effectus ſit ante cauſam.

Th. III.

DN STRUV. Juriſconſulti, quia æquum & bonum rimantur, idque è profundis ac quaſi ſacris civilis ſapientiæ penetralibus erutum producunt & profitentur, Juſtitiamque unicè colunt, meritò Sacerdotes Juſtitiæ appellantur,

l. 1. §. 1. ff. de J. & J.

quò referri debet, quòd & Leges ipſæ Sacra-

Th. III.

Juriſconſulti] Jus per Artem definivit Autor, Magiſter nunc quærendus: JCtum adducit. De ritu antiquo conſulendi JCtos, vid. Joh. Brandes *dict. Tr. de vera & ſimulata JCtorum phil. cap. V. pag. 107.* Hîc quæri poteſt: In quonam conſiſtat ejus artificium? Quodnam ſit ejus officium atque ſtudium? Munus ac partes ejus latè deſcribit Sutholt *Diſſert. I. ab aphor. 11. ad 19.* cui add. Dn. Hahn. *ad Weſ. de LL n. 8. p. m. 77.* Dn. Struv. *Synt. civ. Ex. I. th. 38.* uti & ulterius de Moribus & requiſitis JCti, dictus Brandes, *p. 105. ſeq.*

Civilis ſapientia] quæ Prudentiæ noſtri Juris Synonyma eſt: & indicat, non

non è scrinio cerebri hauriendum esse quod æquum est. *add. th. 24. b.*

Sacerdotes] Justitiam Deam esse, Gentilium fabula est, ex qua & illa de Justitia divina, per definitionem *th. 12.* allatam, intelligenda, traxit originem; & si rectè accipiatur, non adeò inepta. Unus Deus, unicè, ante & supra omnia colendus, nec metus nec præmia avocent. Cultus ille certis personis relinquendus, certô locô peragendus; Idolæ, Deastri, simulacra vitanda. Parabolam hanc eleganter pertexit Autor: atque adeò duo in *h. n. th.* tractat: (1.) JCtorum munia, Rimari bonum: & (2.) Encomia, titulum venerabilem, dum Sacerdotes dicuntur: de qua appellatione vid. iterum Brandes *d. tr. p. 205.*

Philosophiam] Hæc omnium Facultatum superiorum fundamentum est & instrumentum, omnibus adminicula suppeditat, inexhausta fodina; quod Theoria in Jure præstat praxi, id toti Jurisprudentiæ Philosophia; præparat, elaborat, res examinat in thesi, in actu signato, JCtus deinde applicat ad hypothesin & sic in actu exercito: quæ etiam ratio erit, quare Guido Pancirolus *thes. var. lect. L. 1. caput 80.* inscripsit: JCtos à Philosophis & aliis multa sumpsisse. Neque credo Theologum, JCtum aut Medicum, quin Philosophus sit, dari, vel absque Philosophia nomen suum defendere posse; cùm, sicut praxis absque theoria periculosa habetur, Ita & JCtum absque adminiculis philosophicis agere velle, intutum. Non tamen sequetur inde, theoriam praxi, aut Philosophiam reliquis Facultatibus esse præstantiorem; utpote quæ propter illas

Sacratissimæ, *l. 9. C. de LL.* & Digesta proprium & sanctissimum Justitiæ templum vocentur, *l. 1. §. 5. C. de V. J. E.* Iidem Justitiæ Sacerdotes etiam veram, & non simulatam philosophiam affectare dicuntur. *d. l. 1. §. 1. ff. de J. & J.* qua de re vide Plinium *Lib. 1. ep. 10.* Marquart. Freher. *Lib. 1. παρεργ. cap. 1.*

est: at verò, propter quod unumquodque est tale, illud magis tale est: theoria est propter praxin, sicubi enim quæstio in aliquo casu difficilis remoratur causæ decisionẽ, ad Theoreticos rejicitur, ibi enodanda, qui eam ab omni hypothesi abstrahunt, ac planè nudè considerant, resolutam denique ad Dominam suam, Praxin; remittunt, eò digniorem, quòd utrumque tunc contineat, cognitionem sc. & applicationem. Omnium tamen disciplinarum philosophicarum cognitionem, certè aliqualem, vero JCto esse necessariam, cordatus nemo negabit; atque adeò ut rectè suos instruant discipulos, in hoc unicè desudant, ut eos in Jure philosophari doceant; Nec solùm generalem Philosophiæ in Jure usum demonstrare satagunt, sed per partes inductione. Sic Logicam, s. Dialecticam & præprimis Topicam ad usum Legum accommodârunt Nicolaus Everhardus à Middelburg. *Supremi Meblinensis Consistorii Director*; Martinus Schikkardus, *Professor Herbornensis*; Daniel Otto & alii. Axiomata Metaphysica pleraque exemplis è Jure depromtis illustravit Cyprianus Regnerus *in sua vera JCtorum Philosophia.* Naturalium & moralium doctrinam ad Jurisprudentiam applicavit Paulus Zachias, *in suis Qv. medico-legalibus.* Nec ita pridem Joh. Heinr. Voigt, Reg. Maj. Suec. Mathematicus & Arithmeticus *Novam arithmeticam juridicam*, publicæ luci commisit. Practica Philosophia JCtis pènè propia est, atque ita legibus implicita, ut peculiari, novaque applicatione non sit opus: nihilominus Moralistæ, Theologi, JCti & Philosophi id muneris in se susceperunt, ut omnia ad rationis dictamen, tanquam lydium lapidem examinent, prolixius alii, alii concisè magis; & palmam quidem omnibus præripere visus est Hugo Grotius *in aureo suo de Jure belli & pacis tractatu*; ut nunc minorum gentium alios taceamus; Sed nominare non supersedemus Robertum Scharrokium *tr. de officiis secundum naturam.* Alii denique inspectâ civitatis forma, & regimine demum cognitô leges intelligi & dextrè explicari posse statuunt, adeoque ad Politicorum scholas Auditores suos remittunt, Quilibet

suum

suum agit. Sunt insuper alii, mihi nondum visi, Guilielmus Onciacus, Ludovicus Malquitius, Chopius, Reifenbergius, quorum scripta laudari solent. An autem per veram Philosophiam practica sit ex audienda, per simulatam, theoretica? Fridericus Hortlederus *in praloq. de caus. bell. Germ.* statuere creditur, cujus opinionem examinat laudatus Brandesius, *tr. de ver. & sim. Jurisconsultorum Phil. cap. V. p. 77.* utrum veram summi illius Viri mentem assecutus, alii judicabunt. Porro *p. 78. seqq.* quæ Treutlerus & Bachovius de vera & simulata Philosophia dixerunt, ventilat.

Th. IV.

Porro jus &c.] Jus h. l. in sensu quô *th. 2. h.* est accipiendum, sc. pro præcepto Superioris, quod vel integrum concernit Statum, vel singulos cives.

Vel Publicum] Jus in se non nisi unicum est, omne à Superiore promanans: differentiam hanc demum ab objecto nanciscitur, negotiis nempe circa quæ versatur, & actibus quib9 normâ præscribit; ac deniq; Personis quibus præscribitur. Legislator ad instar Medici se habet, cui corpus humanum pro objecto sanationis est, eaque propter dupliciter consideratur (1.) ut integrum, membris cohærens & totam personam referens. (2.) ut dissolutum in membra; quæ distinctim ac seorsim tractat, ac pro diversa hac consideratione diversa quoque medicamenta porrigit; Alia universalia, ad totam compagem, sive ipsam personam salvandam directa; Particularia alia, ad singula membra, oculos, dentes, pulmones

Th. IV.

Porro jus est **Dn. Struv.** vel *f* publicum vel *f* **v. Ex. I.** privatum. Publi- *th. 43. junct.* cum specialius hîc *th. 57. & 58.* dicitur, quod pu- *pr.* blicè utilia

l. 1. §. 2. ff. de J. & J.

seu, quod Statum rei Romanæ spectat,

§. f. J. eod.

aliàs etiam ex autoritate Sancientis jus quodvis dici potest publicum.

l. 38. ff. de Pact.
l. 8. ff. de Tutel.
l. 29. ff. de Test. tut.
l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid.

 l. 18.

DN. STRUV. *l. 18. §. 1. ff. de Damn. infect.*

l. 3. ff. Qui test. fac. poss.

Jus Privatum est, quod ad singulorum utilitatem pertinet

d. §. ult. J. de J. & J.

directò scil. ac principaliter; cùm aliàs privatim utilia per consequentiam quoque ad publicam prosint utilitatem.

arg. §. 2. J. de his qui sui vel al. jur. sunt.

l. 5. ff. Testam. quemadm. aper.

mones &c. curanda. Ita Legislator duorum quasi generum personas sibi propositas habet, Veras, nempe singulos cives; & mysticam, eos nempe universim sumptos, & ita totam Remp. Alia itaq; jura huic, alia illis utilia reperit & applicat, quæ exinde publica & privata dicuntur. Quæ differunt, nõ causâ efficiente, omne enim à publica persona est, sive condendo ut Scriptũ; s. connivendo, ut consuetudo: par in parem non habet imperium. *v. th. 2. h.* sed objectô, & propter hoc Fine. Publicum leges Reip. fundamentales tractat, modũ regiminis spectat, & immediatam Reip. conservationem intendit. Privatum remotè ad hunc scopum cooperatur, de singulis civibus, bonis & causis eorum disponens.

Vel privatum] An E. & Jurisprudentia nostra duplex est, publica & privata? vid. Fiebig. *Semidec. II. qu. 3.* conf. Dn. Struv. *Ex. 1. th. 43.* scil. quia Jus diversum est, studium quoque juris in duos cursûs est distinctum, ita ut JCtus nequeat omnes actûs uniformiter dijudicare, & qui jura docet, præcepta separare ac distinctim tradere teneatur, ne auditores confundat.

Specialius hîc dicitur] Not. Aliud esse: Scribere jus publicum. Aliud: scribere ad jus publicum. Aliud: De jure publico. Ut adeò non omnis discursus de jure publico, & ad jus publicum, confestim sit ipsum jus publicum. Hinc benè Dn. Joh. Lud. Praschius, *de vero & personato JCto,* jus publicum propriè definit h. m. quòd sit COMPLEXUS LEGUM CIVILIUM DE STATU REIPUBLICAE, ubi vocab. JURIS formaliter,

ter, pro disciplina juris accipit, cum nostro Autore *th. 1. b.* Quando autem Dn. Ericus Mauritius, in Academia olim Tubingensi, nunc Chiloniensi P. P. *in suo Juris publici specimine, cap. 2. n. 1.* in vicem vocabuli Jus vult assumendam voculam Lex, ut talis evadat definitio: Jus PUBLICUM SUNT LEGES QUÆ directò & principaliter, vel, quod idem est, executione & intentione ad constitutionem & conservationem alicujus Reip. spectant: accipit vocab. Juris materialiter prout Autor *th. 2. b.* Carpitur autem eapropter à Joh. Brandes *d. Tr. pag. 155.* ubi vid. Eam quam B. Gotfr. Fiebig. *Elect. Jur. publ. semidec. I q. 2.* posuit, examinat laudatus Mauritius *d. c. 2. n. 43.* &, uti videtur, non sine ratione & causa.

Quod Statum] Vox hæc non uno modô sumitur; etiam in solis libris juris Romani, prout ostendit Calvinus cum aliis Lexicographis: cui addatur B. Lymnæus *Tom. 1. jur. publ. Lib. 1. cap. 10. n. 1.* Commodissimè ac propriè Habitudo & consistentia potest intelligi; vera natura ejus, qualiter scil. in facto invenitur, & quomodo juxta institutum ejus se habere debeat.

Rei Romanæ] Res hîc omne denotat, quod ad integram Romanorum universitatem spectat, & verbô: Rempublicam; quò spectat versus ille Ennii: Moribus antiquis res stat Romana, virisque. Sed inde tamen necesse non est, emendare textum, & cum Rœvardo legere: Reipublicæ Romanæ. Non quidem ex causa quam reddit Justus Synold, dictus Schûz, Giessensis olim Academiæ Cancellarius, *in Colleg. public. de Statu rei Rom. vol. 1. Disp. I. th. 3. lit. B.* quasi Respublica dici amplius non mereatur, quæ amissâ libertate unius Imperium subierit; Nam generalius acceptum Reip. vocabulum de omnibus prædicatur speciebus. Sed, quia nec alioquin valet consequentia: Hoc vel illud tali vel tali vocabulô innuitur, E. istud ipsum surrogandum. Cùm hac ratione multæ emphases & elegantiæ tollerentur. add. B. Fiebig. *semid. I. qu. 2. n. 8. seqq.*

Jus privatum] Cur posteriori locô id ponit Autor? adeóne publicum prius est privatô? vid. laudatus Fiebig. *semid. I. q. 1.*

Cùm aliàs privatim] Sed, An & singulis civibus benè est, quamprimùm toti Reipublicæ? Certè, multoties unum aliquod membrum patitur, ut totum corpus salvetur. Scilicet, compensatur ille dolor iterum ex publico, ne unus locupletetur cum alterius jactura, ab iis, qui ut omnibus benè sit, coierunt.

Th. V.

Jus publicū g in sacris, sacerdotibus & Magistratibus consistere dicitur.

d. l. 1. §. 2. ff. de J. & J.

& illud æque ac privatum h non solùm ex civilibus, sed etiam Juris naturæ & gentium præceptis est collectum: Cùm nemo negare ausit, Cultum Dei & obedientiam Magistratui debitam ex Jure naturæ esse.

l. 2. junct. l. 5. de J. & J.

Ho-

Dn. Struv. g *conf. Ex. II. th. 36. pag. 63.*

h *arg. Ex. I. th. 47. 48. junct. th. 60.*

Th. V.

In sacris] Quæ Sacra intelligat Ulpianus; & quæ in universum ejus mens sit, quando Jus publicum describit: Quod in sacris, Sacerdotiis & Magistratibus consistit; &, An illa definitio moderno juri publico sit conveniens? tractatum vide ap. d. Brandes. *cap. VIII. p. 176.*

Sacerdotibus] Sed, Cur sacra & sacerdotes seorsim ponuntur, & quasi contradistinguuntur? Cùm profani Magistratûs soli ponantur, negotiis suis non oppositi. An fortè, quia Sacerdotes pro objecto nil nisi quod merè publicum est, habent; sacra quoque non sunt privatorum: Magistratûs autem & Remp. in universum administrant, & nihilominus res privatorum curant. An, quòd ad sacrorum tractationem non promiscuè admittantur, nec lectione solâ constituantur, ita ut peculiari cognitione negotiorum & personarum sit opus; in profanis contrà servetur? Brandesius *d. l.* non Sacerdotes, sed sacerdotia legit, & de iis plura addit, ibi

ibi videnda. Parum tamen referre atque interesse puto.

Et Magistratibus] Quantum referat ad Statûs alicujus interiorem cognitionem, Nosse, quot Collegia atque Curiæ Consiliariorum sint; Quæ negotia cuilibet commissa: Quæ stata atque ordinaria s. perennia; quæ contrà temporalia, subitanea & extraordinaria: Quæ denique Personæ cuilibet functioni admotæ ac præsint; dici vix potest. Pro pristino Reip. Rom. Statu noscendo conducunt aurea Pancirolli scripta, *Utriusq; tam Orientalis quàm Occidentalis Imperii notitia*: quorum defectum, (rariora enim sunt, quàm ut à quovis haberi possint) supplere potest Andreæ Alciati *de Magistratibus, civilibusq; & militaribus dignitatibus* liber, inter opera ejus *Tom. IV. pag. m. 495.* Pari fermè methodô *Ferdinandi II. Rom. Imper. Statum* descripsit, quisquis fuit, quem minori formâ typis exscriptum publicè exhibuerunt Belgæ Typographi, unà cum Pauli Eremitæ *itinerario.* Quæ de cœtero ad hæc verba notat sæpè citatus Brandesius, *d. tr. p. 183. in f. & p. seq.* videri possunt.

Hodie *i* jus illud publicum maximam sui partem ex Scriptoribus rerum Germanicarum, Aurea Bulla, Recessibus Imperii & Capitulatione Cæsarea est hauriendum, idque in Academiis simul cum privato summopere discendum.

i Dn. Struv. *v. E. II. th. 32. seqq.*

Warem. ab Ehrenb. de fœder. *L. 1. c. 1. n. 126.*

Consistere] Non determinativè sed exemplificativè loquitur Ulpianus. Plura siquidem eò spectant, sed Tria hæc, quia maximè publica, hîc recensentur. Earum quippe rerum, quæ ad alicujus civitatis statum pertinent, aliæ ad internam constitutionem faciunt, quibus carere planè nequit; aliæ verò ad propulsionem malorum imminentium, vel à Deo, cui placando sacra & sacerdotium instituta; vel ab hominibus, tam extraneis, Hostibus sc. quàm civibus, delicta, lites. His curandis Magistratûs, judicia, bella requiruntur;

tur; ut adeò utrumque verum sit: Tria illa in universum esse: Et innumera tamen, si species & individua recensere velimus. conf. Donell. *2. Comm. 5. & 6.*

Juris naturæ] Negat hoc B. Ungeb. *Ex. I. qu. 15.* cui paria facit Dn. Joh. Lud. Prasch. de JCto vero & personato *p. m. 137.* ibi: Quid! Natura jubet ut Francofurti Rex Rom. eligatur? ut Elector Saxoniæ præferat Imperatori gladium? ut octo sint Principes Electores? His accensetur Wesembecius, defensus tamen à Dn. Mauritio, *d. tr. c. 3. n. 6. pag 25.* Imò ipsi Justiniano idem imputat Rudolf Agricola, refutarus ab Arnoldo Vinnio ad §. *4. J. de J. n. g. & civ. verb.* Tripertitium est. Conciliationem duplicem profert Brandes *alleg. tr. p. 156. qui pag. seq.* certâ ratione negantium amplectitur sententiam: quòd immediata sua principia Jus publicum ex placitis & constitutionibus hauriat Principum. Sed enim, Jus publicũ si cum Dn. Mauritio pro legibus, & sic materialiter sumas, nõ tam principia ex Constitutionibus haurit, quàm illæ ipsæ Constitutiones sunt illud ipsissimum Jus publicum. Tutius itaq; cum Autore absolutè affirmatur, hôc ratiociniô: Nulla juris civilis particula in totum deflectit à jure naturali. *l. 6. ff. de J. & J.* cùm Jus civ. nihil sit aliud quàm Jus naturale applicatum. Atqui Jus publicum est positio juris civ. *§. f. J. de J. & J.* E. & publicum jus naturali insistit, principia inde sua, quàmvis alia aliis obliquius, depromens. *Domino Praschio reponi posset:* Et legitimam liberorum semissem, trientem, quadrantem, Natura ubi dicit? & tamen naturalem esse, nemo dubitat. *Distingv.* E. inter rem & rei modum. Natura vult, ut omnia fiant ordine & decenter, ut pax reducatur, & similia. Jus civile applicat. Add. de hac Qu., Fiebig. *Semidec. III. qu. 1. & 3.* Quirinus Cubach. *Cent. 1. decur. 2. qu. 6. pag. 60.* & quos plures recenset Dn. Mauritius *d. c. 3. n. 6. p. 25.* Alciat. *L. 1. parerg. c. 31*

Hodie] An, & quatenus jus publicum Justinianeum modernos obliget Germanos? Certamen inter Dn. Joh. Ott. Tabor. *Comm. de Metat. & Epidemet. cap. V. n. 4. seqq.* affirmantem;

tem; & Dn. Conring. *Tr. de Orig. Jur. Germ. cap. 35.* negantem: Dn. Joh. Jac. Avianus, Consil. Sax. in aula Gothana, quondam apud nos P. P. *in Syllog. illustr. controv. acad. Qu. 2.* ita sopit, ut in castra posterioris negantis transire videatur.

Hauriendum] Dictus Brandesius, *alleg. tr. p. 185.* inquit: Bases binæ, in quibus Jus hoc nititur, sunt Historia, & Prudentia civilis. Benè! quia Historia facti speciem suppeditat, & quomodo subinde attentatis medela quæsita. Prudentia autem civilis præterita applicat ad præsentia, & futura inde conjectat. Pòst *pag. 187.* pergit: Jus publicum est vel proprium vel commune: quoad illud præsupponat (nempe JCtus) necesse est historiam Patriæ. Ex quibus autem illam Scriptoribus imbibere possit, docuit passim Clarissimum illud Germaniæ lumen Bœclerus & alii. Sequentia ibi legi possunt. *Nobis* scriptores duum generum videntur: Alii, qui facta & res gestas recensent, & plerumque simpliciter Historici dicuntur; & vicissim vel antiqua, vel recentia facta notant. Illis Chr. Lehmanni *Chronicon Spirense*, Librum contra morem seculi plus in recessu quàm fronte gerentem accensemus; His autem eos, qui à mutata religione inchoant, & ad nostra tempora continuant: Quò referenda Theatrum ac Diarium Europæa, Lundorpii acta publica, Friderici Hortlederi *causa belli germanici, & sim.* Alii qui jura sancita collegerunt, quibus Goldastum, Freherum, paucos alios, accenseo. Recentiora enim jura in Tomo Recessuum Imperii inveniuntur. Ex quibus si calleas unicum pacis instrumentum Osnabrugis conditum, eris mihi magnus Apollo. Cardo illud est, in quo vertuntur tempora & jura Germaniæ desolatæ ac restauratæ; ad cujus intellectum & universalis & particularis; antiquæ & novæ historiæ cognitio, ni protocollum inspiciendi detur copia, necessaria est. Utrum, qui noviter in illud commentari visus est *Philippus Andreas Burgoldiensis* negocium exhauriat, captum excedit meum. Quare autem Autor noster nullam ejus faciat mentionem, causa est, quòd eô tempore, quô theses has concipiebat, nondum illud publicè prostaret. Mense siquidem Juliô anni 1648. opus suum jam typis publicè exscriptum Senatui Rostochiensi inscripsit.

In academiis] Duæ opiniones hic notandæ & evitandæ: (1.) Jus publicum in Academiis non tractandum, Studiosos ad ejus penetralia non admittendos, nec profananda ejus esse mysteria. Rationes apud ejus propugnatores inveneris. Rectius tamen Dnn. Consistoriales Electoris Sax. senserunt: serò nimis puteum fodi, ubi sitis jam fauces tenet: serò in aulis, & periculosè disci ubi exempla occurrunt, non præcepta. v. B. Carpz. *L. 2. Jurispr. Consist. def. 407.* Fibig. *semid. I. qu. 5.* Joh. Brandes *d. tr. p. m. 189. seqq.* (2.) JCtos ab ejus tractatione in universum excludendos, eamque Politicis relinquendam; Imò, Juris publici prudentiam ac Politicam non esse distincta: quam opinionem fovet etiam Bernh. Suth. *dissert. I. aph. 43.* specialem eam Politicam habens. Cui satisfacit laudatus Mauritius *d. tr. c. 2. n. 41.* ubi vide alios allegatos; quibus addi potest Brandesius, *d. tr. p. 195.* notam characteristicam & differentias inter Politicum, JCtum, & Legumlatorem afferens.

Dn. Struv.

Th. VI.

Jus animalibus brutis impropriè *k* tribui, nemo sanus negabit: tam enim certū est, bruta juris esse expertia, quàm certum est, illis negatam esse rationem; *l* quod & JCtus *l. 1. §. 3. ff.* & Imperator, *pr. in fin. Inst. Si quadr. pauper. fec. dic.* non obscurè ostendunt, dum ab animali

k Ex. I. th. 49. 50. 51.

l d. th. 51. pr.

Th. VI.

Jus animalibus] Illud quod Autor *in h. n. th.* tractat, ortum habet ex illa juris divisione, quâ aliud naturale dicitur, aliud gentium, aliud civile. Primum describitur: Quod Natura docuit omnia animalia. Secundum E. erit, quod Ratio docuit omnes gentes: ac Tertium, quod cujusque particularis Reip. caput præscripsit omnibus suis civibus. *Desumpta* itaque est *divisio* hæc *non à qualitate* quadam Juris, aut modo inessendi, quô sc. subditis inhæreat, competat vel notum sit; quod tamen contra Imperatoris & JCti mentem Autor *th. seq. hic* velle videtur, quando Jus naturale magis qualitativè describit, quod homini naturaliter insit, homini coævum atque connatum: *Sed à causa efficiente*, sive subjecto activo & passivo, Legislatore & subditis.

ditis. Et hic primus erroris fons esse potest, quoad juris naturæ doctrinam: de quo in seqq.

Brutis impropriè] Ex præmissa hypothesi Doctores latenter ad plura delapsi sunt postulata. Si enim istud est Jus naturale, quod cum genere demum humano rerum natura prodidit, idque tam arctè cum eo conjunxit, ut æque ac ipsa ratio ab eo sit inseparabile, imò ratio naturalis, s. quæ de hominis natura & essentia est, ipsa illud constituit, Non potest non sequi: Excludenda ab eo esse bruta: Ac, si vel maximè de illis prædicetur, non tamen nisi impropriè id fiet. *Sed eò non fuissent delapsi*, si mentem Imperatoris sequi, & in fontem divisionis inquirere voluissent. Naturam Imperator & JCtus non allegant ut modum quô Jus cum subjecto copuletur; nec tam strictè sumunt, pro Natura hominis; sed tanquam causam alicujus Juris efficientem, & Legislatricem, & sic in genere pro omnium rerum matre, & primo motûs ac quietis principio. Jam Legislatori sua Resp. quærenda, subditi constituendi, ac jura pro civitatum diversitate sancienda. Præsupponendum etiam, Quemlibet Legislatorem civitatis & civium suorum naturam, indolem & capacitatem perspecta habere, nec impossibilia aut incongrua præscribere, sed potius ad eorum captum se accommodare, nî frustra præcipere velit; Eâ ratione eveniet, ut jus istud ad omnes cives æque quadret, nec ulli nisi propriè competat. Quæ omnia prolixius prosecuti sumus in nostra 1663. habita Disp. *An jus naturæ, & quatenus cadat in bruta.*

mali injuriam fieri non posse *m* statuunt, quod sensu, h.e. intellectu caret. Quòd verò Ulpian9 *l. 2. §. 3. ff. de J. & J.* & eum secutus Justinianus *pr. Inst. de Jur. nat. gent. & civ.* jus naturale omnibus indistinctè tribuunt animalibus; inde fit, quòd in nonnullis brutorum actibus umbræ & simulacra *n* quædam Juris, uti aliarum virtutum, appareant.

Zas. *ad l. 1. §. 2. ff. de J. & J. n. 25.* Grot. *Lib. 1. de Jure bell. & pac. cap. 1. n. 11.*

Dn. Strauv. *m conf. Ex. XIV. th. 8.*

n n dict. Ex. I. th. 49. pr.

Nemo sanus negabit] Imò negaverit, & sanus nihilominus manebit. Nam, si res impropriè talis planè non est talis, sequetur: Bruta juris universi fore incapacia, quia non nisi impropriè illis tribuitur, juxta Autorem. At verò, Jura quædam & debita Ipsis competunt; Natura & ipsis aliqua ex debito assignavit, Requiem, commotionem, alimenta & sim. *Dixeris:* hôc modò ludi in vocabulis, ac Jus sumi effectivè, pro debito, adeoque statum controversiæ inverti: cùm disputetur hic: Ecquid & brutis Jus aliquod observandum sit præscriptum? Num & illorum actûs regulam agnoscant, juxta quam examinari, justificari vel condemnari queant. Id quod Autor eapropter negat, quia, Cui negata est ratio, ejus actûs non debent ad jus examinari, justi vel injusti dici: ratio connexionis est, quia, Qui ratione caret, discernere bonum à malo nequit, impetu ductus agit, eligendi facultatem unius ab altero non habet; cùm tamen leges tunc præscribi necesse sit, ubi ad alterutrum contrariorum facilè potest declinari. *Et certè* fatemur, Statum controversiæ sic legitimè formari; Hoc tamen non prætereundum, diversas Respublicas & legumlationes ita confundi, Naturalem scil. & Rationalem. Ratio utique, quæ Gentium Reip. præsidet, in subditis suis illud, de quo instantia loquitur, exigit; Nobis verò de Natura sermo est, ejusque præceptis, quæ peculiarem gubernat civitatem, distinctos habet subditos, à quibus tantum, quantum Ratio à suis, non requirit. *Limitamus* E. argumentum h. m. Cui ratio negata, ejus actûs ad dictamen rationis non examinandi, nec eatenus justi vel injusti dicendi. Sed inde universalis exclusio non est inducenda: si enim ob defectum rationis bonum à malo *in genere morum*, in causis rationis; si præcepta in Rep. gentium à prohibitionibus dignoscere nequeunt, poterunt tamen *in genere naturæ* distinguere quæ in illa civitate pro bonis & malis, Remp. destruentibus vel conservantibus habentur, quod pariter nemo negaverit, qui brutorum actûs observat. *Instinctus* autem ille quo agunt quædam, alia negligunt, ipsissimi juris naturæ effectus est, ac indicium, præsens illud etiam in brutis esse, sicut effectus semper testatur de sua causa. Omne jus oportet aliquem operari instinctum, urgere, strin-

stringere, stimulari, aliàs jus, (sive ejus qui jubendi, & si non pareatur cogendi potestatem habet, præceptum) non esset. Ubicunque ergò instinctus, ibi præexistit Jus: & ubi instinctus ad naturales actûs, ibi jus naturæ. *Ne dicas*, Edere, dormire, moveri, facta esse, non jura. *Nam*, & Suum cuique tribuere, honestè vivere, facta sunt, sed à suo jure præcepta, & juxta illud exercita. Studere, modestam vitam agere, Rectori obtemperare, facta studiosorum sunt, jussu statutorum academicorum instituta.

Injuriam fieri] Quasi dicat Autor, Ipse Imperator, adversæ sententiæ patronus, fatetur, Actûs brutorum non esse peccaminosos, adeoque ad nullum Jus æstimari. Verùm; hoc solum ait Imperator, Delicta brutorum non pertinere ad suam legislationem & Remp. ut, in qua bruta non aliâ versantur ratione, quàm Clerici inter Laicos, vel peregrini Principis Legatus. Item, facta brutorum non tam ipsa, quàm eorum qui in potestate ea habent, consideranda, quorum intuitu bruta non deliquerunt, sed qui non custodivit, qui irritavit, adeoque mediante brutô perinde damnum dedit ac si lapide vel fuste aut gladiô fecisset, ubi nemo gladium injuriam fecisse dixerit. Quæ ergò Imperator comparatè dicit, non debemus tanquam absolutè dicta, captare: Non absolvuntur bruta ab omni jure & peccato, sed quantum ad loquentem attinet; quasi dixerit Imperator: Hoc non pertinere ad suam expeditionem, relinquenda esse suo Legislatori. Planè uti *in l. 9. §. 7. ff. de Pecul.* dicitur: Licere servis etiam naturaliter in suum corpus sævire: non simpliciter, etiam ad invidiam Principis; Multæ enim Leges Romanæ in autochires, servos & liberos, latæ adsunt; sed quantum ad forum privatum sui domini, qui causæ hujus cognitionem ad se trahere, & damnum illatum peculio deducere non permittitur, utut aliàs domesticam in servos habeamus Jurisdictionem: Cùm violentia proprio corpori illata alterius fori sit, ad jus naturæ pertineat, adeoque Principi potius reservanda.

Inde fit] Imò aliunde, si rectè inspiciantur. Loquuntur enim de Jure à Natura generali, non humana, præscripto omnibus subditis in regno naturæ versantibus: Ad hoc nullâ cum

actibus hominum similitudine opus est, suô jure bruta hujus juris peritia æstimantur; quæ ejusdem generis sunt, non tam similia quàm eadem sunt. Homines in Rep. Naturæ non ut homines, sed ut animalia considerantur, aliis civibus hôc solô digniores, quòd requisitis ad alias quoque civitates necessariis instructi sint; quibus tamen ad hanc Remp. non indigent: ratio non efficit ut homo in Rep. naturæ magis sit civis quàm bruta, sed solum, ut præstantior. Perinde ac Comes non magis propriè Vasallus Principis est, ac reliqui Nobiles, ex eò, quòd de cœtero Comes Imperii sit, ad universalia quoque Comitia vocandus.

Simulacra] Deum colere, Parentes diligere ac venerari, abstinere à copula propinquorum, sunt actûs à ratione hominibus imperati; quorum aliquos si & bruta exercere videmus, actuum humanorum mimimata non ineptè dicimus: ast edere, bibere, quiescere ac dormire, moveri, prolem gignere, distinctum sexum appetere, sunt actûs à natura brutis æque ac hominibus præscripti ac implantati, in quibus nec bruta homines, nec homo bruta imitatur, sed quilibet officii sibimet impositi ex se rationem habet & actûs suæ Reip. adæquatos edit. Et de his actibus Imperatori & JCto sermo est; de his & nos disputamus; Adversarii autem ex alieno genere semper actûs accersunt, ac Respublicas confundunt.

Th. VII.

Dn. Struv. Jus naturale homini soli proprium describitur, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit,

§. 11. *Inst. de R. D.* quod naturalis ratio *o* inter omnes ho-

o Ex. l. th. 49. circa f. & th. 52.

Th. VII.

Dicitur jus gentium] En habes quod diximus! Autorem sc. aliud, ac nos, intelligere jus naturæ: tale nim. quod soli homini proprium, quod ipsum Jus gentium est. Ast, quis? Quis Nostratium adeò judicii jejunus, temerarius, aut novarum opinionum prodigus foret, ut eâ ratione contrarium asserere præsumat? Apparet autem hinc, totam ex diverso juris naturæ intellectu s. acceptione oriri discrepantiam. Alii verbis Imperatoris & JCti strictè inhærent, & tria distincta jura

jura ob totidem Respublicas diversas, admittunt, adeoque divisionem à causa efficiente s. subjecto activo & passivo desumptam statuunt, prout sup. dictum. Alii Naturæ & Naturale Jus promiscuè accipientes, non tam à Legislatore, quàm ratione inessendi dictum putant, ac præsupponunt, omne Jus homini inesse soli debere; v. Donell. *1. Comm. 6. pag. 7. lin. 47. seqq.* Pac. *C. 1. q. 1.* Jus itaque naturale habent pro eo quod hominis naturæ implantatum: Vel, si nobiscum efficienter sumunt, pro dictamine naturæ, restringunt tamen ad naturam humanam, & vel sic in effectu Jus gentium intendunt. Quia autem h. m. numerum ternarium vident imminutum, jus naturæ cum jure gentium confusum; ut Imperatori & JCto rationem desuper reddant, aliunde hiatum hunc explere satagunt, Jus gentium duplex constituendo: Primævum, quod Imperatori in vicem sui juris naturalis reponunt: *arg. d. §. 11. & §. 41. I. de R. D.* Donell. *2. Comm. 6. lin. 40.* ac Secundarium, quod demum verum ac proprium sit Jus gentium. De cujus divisionis natura & vero intellectu *th. seq.* videbimus. Id solum h. l. superaddentes, anxietatibus & ambagibus his neutiquam eos opus habuisse, si mage verbis Imperatoris simpliciter, quàm præconceptis opinionibus ac postulatis hypothesibus, de jure naturæ soli homini vindicando, ac brutis penitus excludendis inhærere voluissent. Sunt insuper, qui duo

homines constituit, Dn. Struv.

§. 1. J. de J. n. g. & civ.

quod divinâ providentiâ & naturali ratione constitutum inter omnes homines peræque observatur.

§. p. Inst. eod. l. 1. ff. de A. R. D.

Idem etiam dicitur p Jus Gentium,

p *v. th. 54. in med.*

d. §. 11. J. de R. D.

ideò, quòd illud communi omniũ hominum rationi consentaneum visũ sit, ut eô omnes uterentur.

Donell. *Lib. 1. Comm. cap. 6.*

Si qui verò sunt, qui spretô rectæ rationis ductu pro corruptis suis moribus in quibusdã id non observant, inde nullam omninò patitur mutationem;

q An jus gent. sit mutab. v. Ex. I. th. 59.

nem; *q* non magis ac nix definit esse alba, licèt oculo alicujus corrupto viridis aut nigra appareat.

Sutholt. *diss. 1. ad Inst. aphor. 54.*

duo posteriora, gentium & civile confundunt. v. Franzk. *Ex. I. q. 5. n. 14. seqq.*

Si qui verò] Autor, ne verba sua, quibus dixerat: Jure rationali omnes gentes uti: captentur, atque mores quarundam, furta, latrocinia, adulteria permittentium opponantur, hâc se declaratione præmunitum voluit, quòd Excessus unius vel alterius civis non labefactet juris civilis firmitatem, aut infirmet ejus universalitatem, sed locum potius relinquat illi alteri legum effectui, qui est de coërcendo & puniendo: quamdiu itaque Legislator ac Magistratûs juris autoritatem tuentur, subditi per contraventiones suas non tam derogant juri, quàm illud contra se provocant & exacerbant. Quemadmodum autem id fit in particularibus Rebusp. per judicia; ita in universali Gentium Rep. per Bella, quippe quæ sunt judicia inter Gentes, contingit.

Th. IIX.

r v. Ex. I. th. 49. in f. & th. 54. pr. cum th. seq.

s v. th. 56.

t v. d. th. 54. in fin.

Cùm verò homini quædam *r* à primæva natura insita & ex simplici ratione cognita; quædam verò ob evidentiam usûs & *s* necessitatis, adhibitô discursu, inventa & communi hominum consensu introducta sint, melioris doctrinæ causâ Jus Gentium dividitur *t* in primæ-

Th. IIX.

Primæva natura] Mens Autoris non hæc est, quasi vel natura in se sit mutata, vel contraria pristinis receperit principia; sed quòd novis emergentibus circumstantiis, necessum fuerit, nova prioribus superaddere præcepta, quibus nec opus anteà fuit, nec quadrassent etiam. Leges enim ad Remp. aptandæ, prout ergò subinde novum quid contingit, ita peculiarem quoque dispositionem requirit.


Melioris doctrinæ causâ] Tripertita hæc Juris in naturale, gentium & civile divisio, à diversitate Rerump. & Legumlatorum desumpta est, quod nemo negaverit. Quoniam itaque Jus gentium non alium Legislatorem quàm Rationem, nec

nec Remp. aliam præter genus humanum agnoscit, sequitur evidenter, Primævum & secundarium non diversas ejusdem generis species, sed ejusdem rei diversum nascendi modum denotare: quod nec Autor it inficias, dum docendi causâ introductam ait divisionem. Doctores nim. postquàm semel brutis jus naturæ negaverant, Ne Imperatori membrum suæ divisionis tripartitæ subtraxisse viderentur, ut porrò tam ipsius voluntati, quàm propriæ suæ doctrinæ & opinioni facerent satis, admiserunt quidem aliquod Jus naturale, sed homini proprium, h. e. Jus rationis: quod, quia ipsum Jus gentium esse deprehendebatur, confusionis evitandæ ergò primævum dixerunt, quod ipsum tamen sit Jus naturale. NATURALE inquam, sive humanæ naturæ inseparabiliter innexum, ut omni connascatur homini, tanquam cujus de essentia sit, Rationalem esse. *v. th. præced.* Quæ Juris naturalis acceptio, utpote à qualitate & modo inessendi desumpta, in se quidem bona, sed menti Imperatoris adversa est, quem à causa efficiente, non formali suam desumsisse divisionem, jam evicimus. Nec enim dixit: Naturale esse, quod per rerum naturam non potest non inesse homini, aut sine quo non existere queat homo; sed quod Natura tanquàm Legislatrix omnia animalia tanq. suos subditos docuit, alioquin malè cohærerent reliqua divisionis membra; quando gentium & civilia jura à diversis Autoribus, & sic causa effic. definita subnecterentur: *v. g. §. 1.* Quod quisque populus ipse sibi constituit. Quod naturalis ratio inter homines constituit.

[margin: primævum & secundarium. Junge *l. 2. & 3.* cum *l. 4. & 5. ff. de J. & J.* in illis primævi, in hisce secundarii exempla *u* reperies. Bachov. *ad §. 1. Inst. de J. n. g. & civ.* Ant. Matth. *ad pr. J. eod.*]

[margin: DN. STRUV. *u d. th. 49. in f.*]

Dividitur] Divisio hæc, ut ex dictis constat, natales suos debet his, qui ob id, quod Jus naturæ cum gentium confundant, bruta prioris expertia esse volunt. In nostra autem *jam alleg. Sp. de Iure natura. cap. 6.* differentiam utriusque speciei manifestam,



festam, credo, fecimus. Sunt certè, quibus divisio illa in primævum & secundarium displicet, v. Bronch. *Enant. Cent. I. qu.* 1. B. Ungeb. *Ex. II. qu.* 2. Attamen si dextrè explicetur, aliâ ratione tolerari potest. Quàmvis enim Jus gentium unum genere sit, absurdum tamen non est, nec entia præter necessitatem multiplicantur, si quædam primævo, quædam secundario gentium juri adscribantur, cùm non diversas ejus species, sed distinctas denominationes, ortas à diverso existendi modo, quem vicissim objectorum subinde emergens causatur varietas, sic denotemus. Illud nempe, quod Ratio cuilibet suggerit atque dictitat, ab initio in unico radicabatur homine, sive, Legislatricis Rationis imperium unicô tunc absolvebatur subditô, cui imperare quædam potuit non expectatô ulteriorum adminiculorum accessu, quia is eandem capacitatem habuit quam habiturus fuit quilibet pòst nasciturus. Nec, multiplicatô genere humanô, Ratio potior aut major, sed amplior saltem atque in plura subjecta fuit diffusa. *Nec movemur* si quis dixerit: Hâc ratione Jus gentium fuisse ante gentes; unde ergò istud nomen huic juri accessit, si ratio denominandi nondum adfuit? absurdam fore nostram explicationem! *Verùm salva res est.* Neque enim confestim hoc nomen ei datum fuit, sed pòst demum, ubi apparuit, omnium hominum eandem esse rationem, omnes Dictaturæ Rationis obsequi & subjacere, nec mutari Remp. aut leges plurium civium accessu, sed augeri & modum sanciendi novum accedere. Ab initio ergò, si non Gentium jus dici potuit, quia nondum extiterunt, quæ uterentur, non defuit tamen capacitas denominandi; Jus Rationis dici potuit, nec impedit quò minus hodienum sic dicatur.

Primævum] Dicamus itaque Jus gentium primævum illa Rationis præcepta, quæ unico etiam homini, vel paucis dictari potuerunt; simplicia illa, quæ non requirunt multas circumstantias. Deum esse colendum, unus Adam scire potuit atque cognovit, se aliunde esse; omnes etiam creaturas in usum ac ministerium suum ab eodem conditas fuisse: Non potuit non tam potentem timere, tam benignum gratâ mente venerari, tantam sapientiam admirari. Cùm Heva in consortium ipsi daretur,

tur, Ratio suggessit, eam ut æqualem tractandam, nec capiti superimponendam, nec scabello pedum subjiciendam. Ubi sobolem nanciscerentur, quæ observaverant, pari rationis instinctu & illi suggerebant, eundem Numinis cultum instillabant, nec ignobiliorem se aut stupidiorem esse sinebant. Accessit frater, accessit soror, his concordiæ studium commendabant, gravitate & innocentiâ vitæ præibant: & sic conseq. Sic illud, quod Ratio ab initio uni monstravit, postmodùm per singulas domos, familias, pagos, civitates propagatum, in integras se diffudit ac diffluxit gentes, atque successu temporis gentium Jus appellatum fuit, tanquam cujus fundamenta in quovis cujuslibet gentis individuo reperiuntur.

Secundarium] Nec tamen hic subsistit ratio, aut in his præceptis acquievit, sed quæ ab initio ob circumstantiarum & occasionis defectum tacere & præterire fuit necesse, ea pro re nata subinde supplevit. Nam ea quæ integris gentium universitatibus conveniunt, præcipere initiô ob carentiam objecti, & antequàm subjectum, Gentes, existerent, non potuit; sed domibus, mox familiis, porrò civitatibus sua dedit præcepta. Postquàm deinde & gentes exstiterunt, atque & illas inter Ratio rerum potiretur, dandæ & illis conversandi leges fuerunt; de Pace servanda, de Jure suo armis tuendo, de fœderibus jungendis, bello legitimè gerendo, Victoriâ in debellatos moderatè utenda & sim. quæ, quia inter paucos locum invenire nondum potuerunt, & ex post facto orta sunt, alteram Juris gentium positionem, alterum Codicem constituunt, non nova juris species, sed supplementum prioris, eôdem Autore superadditum. *Pari planè ratione, ac si* Reip. Romanæ, intra unius urbis mœnia contentæ leges, Jus civile primævum dixeris; Quæ verò de provinciis per Præsides regendis, Magistratibus municipalibus & hujus farinæ, temporis successu accesserunt, dubiô procul, haud pauca, Secundarium.

Th. IX.

Th. IX

Tutela & defensio corporis sui omni

Tutela] Et hæc est unum ex naturæ præceptis, quæ vult, ut omnia Reip. suæ membra sarta tecta maneant, h. e. pariter

demici, *ad titt. ff. & C. ad L. Cornel. de Sicar.* In specie commendandi veniunt Dn. Struv. *Tr. de Vindicta privata*; Joh. Grake *de Autoritate privata*; Dn. Joh. Otto Tabor. *in armamentario Disp. IV. seqq.*

Omni jure] de Naturæ jure jam constat ex paulò antè notatis. Ratio autem suadet, ut irreparabilia damna, quantum possibile, avertantur, Nam melius est prævenire, quàm post vulneratam causam remedium quærere? ordinata charitas incipit à se ipsa. Intèmpestiva autem foret misericordia, Parcere alii, prodere seipsum. v. B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 28. n. 10.* In jure civili nullus tam rigorosus erit Magistratus, qui auxilium suum velit implorari, etiam ubi impossibile est ut obtineatur. Quilibet leges de occisione prohibitivas, de privata & extrajudiciali vindicta, certa sub moderatione sancivit, atq; hactenus volet observari, si salvô jure auxilium ejus liceat expectare, si res ferat, nî periculum sit in mora.

l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. DN. STRUV.

aut quorumvis in periculo constitutorum,

d. l. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. de Sicar.

l. 8. §. f. ff. quod met. c.

arg. l. 3. ff. de J. & J.

l. 7. in f. ff. de serv. export.

c. 6. vers. & quidem. de sent. excomm. in VI.

Constit. crim. Carol. V. *art. 150.* locum habet

Contra quosvis] non privatos solùm, verum & contra Magistratum. Sic Autor *infra D. XXI. th. 29.* Interdictum Unde vi etiam adversus Judicem spoliantem competere ait. Si enim ipse prior legum terminos excedit, nec suæ Jurisdictioni creditos ut decet tractaverit, patiatur & ipse, si ipsum non venerentur ut Magistratum: secus verò, si licitô modô vim inferat, vide *infr. D. IV. th. 10. in f.* vel Jurisdictionem suam pœnali tueatur coërcitione. *v. D. II. th. 12.*

Cum cæde] Ampliatio hæc ita exaudienda: Si res poscat, si aliter elabi non detur, si alterutri pereundum foret, si fugâ unius utriquè consuli non possit: & ita defensio perpetuò debet esse adæquata periculo. Nec enim hostem, quem duobus vel tribus mili-

militum millibus debellare Rex potest, totius Reip. viribus aggreditur. Notentur loca *Josua VII. vers. 3. & 2. Sam. XVII. vers. 1. 2.* Ita privatis quoque defensio moderanda est. add. loca Autoris *VII. 7. & XXIV. 21.* & Mund. *vol. 2. Consil. 6.*

Bonorum] Equidem ea non merentur, ut tantopere in aggressorem excandescamus, *v. c. 10. x. de homicid.* nec ulla enim inter ea & vitam hominis est proportio; quapropter non rarò pecuniariâ vel carceris, relegationis aut fustigationis, quin ordinariâ etiam pœnâ plectuntur, qui aggressores bonorum occiderunt, v. Dn. Richter *Decis. I. n. 1.* ubi in fine allegat B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 91. n. 43. seqq.* commodior tamen & elegantior locus est *Qu. 32. n. 28.* Verùm ea omnia intelligenda sunt, si invasor non ignotus sit; si convinci & res judicialiter ab eo recuperari possit; si iterum fugerit, nihilque abstulerit; si sponte res restituerit; si capi, ejusque vitæ parci potuerit; forsan enim Magistratùs delicti complices ab eo expiscari potuisset: Si jactura rei non magni momenti fuerit; & quæ alia prudens Judex ponderaverit. v. Dn. Struv. *Tr. de vind. priv. cap. VI.* Fachin. *Lib. I. controv. cap. 31.* B. Carpzov. *alleg. Qu. 32. n. 14. seqq.* Dissent. Bronch. *Enant. IV. qu. 82.*

Pudicitiæ] Qui dixerit: Nec corpus hîc lædi, cùm virtutes in animo consistant, & mens illibata servari possit corpore quantumvis vitiatô: Is sciat, Ni restiterit fœmina, suspicionem complacentiæ incursuram, & vel sic existimationi suæ vim illaturam; cùm enim displicentia ipsius pariter in animo consistat, quem non videmus, nec facile credimus, testari manifestius non potuit, quàm ad internecionem usque resistendo. De Honore itaque & existimatione magis quàm corporis integritate salvanda hîc agitur. At verò honorem ac famam occisione lædentis tueri permittunt Imperator ac Statûs P. H. O. *art. 140. verb.* Ehr/ nec minus contra diffamantes, *verb.* und guten Leymunds; at non tantoperè linguâ nocetur, quàm actuali pudicitiæ attentatione. add. Dn. Struv. *d. Tr. cap. 6.*

Quorumvis] Si alium periclitari videamus, atque auxiliô nostrô liberare ipsum possimus, sic tamen ut & ipsi salvi simus, nec

forte

forte aculeum alterius pedi extrahamus ut nostro infigamus, utique ex jure naturæ & debito christiano tenemur: quò facere videntur verba P. H. O. *art. 150. ibi:* Eines andern &c. ubi Nicol. Vigel. *cap. VII. except. 1. p. m. 261.* Nec solùm si nostrates, sed & si extranei sint. vid. B. Carpz. *d. Q. 32. n. 1. & 9.*

Th. X.

Recedit] Autor *in h. n. th.* præcipuè explicandos sibi sumsit duos Juris texx. (1.) *l. 6. ff. de J. & J.* hac occasione, dum jus Naturæ & Gentium explicavit, sequitur Jus Civile, quod nihil est aliud quàm applicatio eorum, quæ in natura generalius dicuntur, ad certam & specialiorem Remp. Translatio theseos ad hypothesin: Elaboratio uberior eorum quæ rudius delineata fuerant; perinde ut Princeps concisè ad Statûs congregatos præloqui, reliqua Cancellario prosequenda committere solet: Ita Legislator civilis os & Cancellarius Naturæ est, pergens ubi ea desinit. Sicut autem prolixâ Cancellarii oratione non alia quàm Principis continetur intentio; ita nullum dabitur Jus civile, quin materialiter in se jus naturæ comprehendat, quàmvis alibi clarius, alibi abstrusius. Hôc solô itaque differunt, quòd Jus naturæ quasi loquatur in abstracto; Jus civ. in concreto. Ut adeò errare deprehendantur Interpretes, qui, ubi aliud merè naturale nominari audiverunt, aliud merum civile eidem opposuerunt, atque adeò obligationes quoque civiles tantùm inde deduxerunt. Quos inter & Autor est *infr. D. XXII. th. 16.* cùm tamen merè

Th. X.

Jus civile quando à jure naturæ recedit, illique vel aliquid addit *y* vel detrahit, *l. 6. ff. de J. & J.* illa, quæ in se juris naturæ sunt, quò minus talia maneant, non immutat; *z* exemplum est in matrimonio *a* *l. 1. §. 3. ff. de J. & J. pr. Inst. de jur. nat. g. & civ.* & aliis. De hoc jure Civili *β* eleganter Modestinus in *l. p. ff. de LL.* ait, quòd illud aut consensus fecerit, (v. c. Legem & Plebiscitum) aut necessitas constituerit (v. c. Senatûs Consul-

Dn. Struv.

y Ex. I. th. 58.

z th. 59.

a ib. th. 56. p. 28.

β conf. Ex II. th. 5. & Ex. I. 63. p. 36. seq.

Dn. Strauv, sultum, Constitutionem Principis & Responsa prudentum) aut consuetudo confirmaverit.

merè naturale mixtim tali, non merè civili opponatur. Nam obligatio est vinculum juris, qualiter E. se hoc habet, taliter & illa; quotuplex *jus*, totuplicia ejus vincula.

Addit vel detrahit] Hoc paradoxon videtur, illis, qui ex §. 11. *Inst. de I. n. g. & c.* Jus naturale audiverunt immutabile; utique enim mutabile oportet esse, cui addi & demi quid potest. Verùm, notandum, istud vel in causis rei intrinsecis, forma & materia, & sic in ingredientibus accidere, quô casu res omninò mutaretur; at verò eô modô Jus civ. cum Jure naturæ non versatur, nec nova nec contraria ponit principia. Vel in effectu, sive novarum virium communicatione & assistentia, vel desertione: qualis mutatio Juri naturæ à civili frequenter accidit, citra tamen intrinsecam essentiæ alterationem. Natura (1.) enim jusserat Parentes thesauros liberis suis quærere *2. Cor. XII. 14.* Id jus civile declarat per Legitimæ relictionem, quâ ratione quid addit; liberas de cœtero Parentibus servando manûs, Ut quisque rei suæ legassit, ita Jus esto: quâ ratione detrahit. Justinianus ex quadrante trientem & semissem effecit, eoque modô addidit. (2.) Natura vult ut individua propagent sui similia, ne species deficiant. Jus civ. id matrimonium dixit, & h. m. conjugium promovendo juri naturæ quid adjecit: graduum tamen distinctio detrahere videtur, dum à propinquorum nuptiis abstinendum est. (3.) Natura Promissa servare jussit, jus civile certos modos, promittentem arctius stringendi superaddidit, quibus non servatis, nudæ naturali conventioni vim agendi detraxit. Hæc omnia juris naturæ principia salva relinquunt nec destruunt, aut vitia promovent, sed cautiores reddunt hos quibus promittitur. Sicut & quando (4.) adversus ingratos nullum redditur judicium, privatæ quasi suorum benefactorum vindictæ committuntur, ut nulla posthac in eos conferant merita.

Non immutat] Nim. ut patet, alia mutatio contingit essentiæ rei, principia ejus invertendo, atque alia, eaque planè contraria

traria ſurrogando: quod eveniret Naturæ, ſi v. g. Parentibus hereditates ſuas legatis exhaurire in præjudicium liberorum permitteretur; ſi matrimonia prohiberentur, qualiter & Clericis ſuis Papa Romanus ea interdixit, vid. *infr. D. XIV. th. 5. in f.* quàmvis longè debiliori efficaciâ, quàm ut naturæ poſtulatis debellandis ſufficiat: quod enim purô, caſtôque matrimoniô facere prohibentur, extra quod nulla copula licita eſt, Dn. Struv. *Ex. XXIX. 21. 25. & II. th. 24.* id nullâ ratione, ut ne illicitô coitu faciant, efficere Pontifex potuit. Obtinuit Natura, tantopere maris & fœminæ conjunctionem urgens, ut concubinæ fuerint indulgendæ alienarum nuptiarum temeratoribus Clericis: taceamus libidinoſa illa ſacrilegia & monialium virginum deflorationes. Alia mutatio circa accidentalia contingit, quando non tam mutatur, quàm, quia indifferens hactenus ad utrumque oppoſitorum aliquid fuit, determinatur ſaltem, certificatur & applicatur; perinde ut ſartor pannum in ſua natura non immutat, ſed ſexui vel ætati accommodat. Ita Legiſlator civilis certis limitibus connubia includens non tam impedit, evertit aut mutat, quàm promovet conjugii ſtatum. Introductâ ſervitute libertas naturalis non mutata, quia principiis ejus nulla oppoſita ſunt inventa. Cœterùm de Qv. Utrum Jus naturæ ſit mutabile? leg. B. Ungeb. *Ex. II. qu. 9.* it. Bronch. *C. I. qu. 4.* Pacius *Cent. I. qu. 2.* Fiebig. *D. I. qu. 10.*

De hoc jure] Alter textus quem in *h. n. th.* Autor explicandum ſumſit, eſt *l. p. ff. de LL.* cujus interpretatio, paulò tamen alienior ab hac Autoris, videri poteſt ap. Beat. Dn. Hahn. *ad Weſenb. parat. ff. de LL. n. 3, verb. unde Modeſtinus. p. m. 68.* Nec ſpernenda B. Dn. Frider. Hortlederi *ſuper h. l. pen.* conjectura, quam fovet *in ſua ſuper Leg. 20. ff. de LL. diſputatione*; quòd ſc. JCtus *in d. l. pen.* recapitulare (ut ſic dicere liceat) ac ſummatim repetere velit ea, quæ per univerſum titulum ſparſim & prolixius dixerat. Omne nim. Jus civile aut Conſenſu, aut Neceſſitate aut Conſuetudine ortum eſſe. *In illius Tit. decem ll. prioribus* evincitur Leges & Plebiſcita, ipſaque SCta communi ſponſione populi, *l. 1. in f. eod.* eſſe introducta; Neceſſitatem verò *l. p. ff. de LL.*

ursisse, ut quæ vel deficerent, extensione supplerentur *ug. ad l. 13. ibid.* vel abundantia restringerentur, *l. 14. cum aliis ll. 17. seqq. eod.* Reliquum confirmavit consuetudo. *de qua in l. 32. seqq.*

Th. XI.

Dn. Struv.

Statuta non solùm Statûs Imperii γ in suis Provinciis; sed etiam civitates municipales δ pro modo Jurisdictionis & potestatis suæ condere possunt.

Dd. *in l. 9. ff. de J. & J.*

ad eorum tamen valorem Superioris confirmatio, præsertim si sint contra jus commune, & Superioris interesse possit, requiritur,

Wesemb. *parat. ff. de LL. n. 3.*
Coler. *de Process. execut. part.* 1. *cap. 3. n. 12.*
Bocer. *class. 1. Disp. 3. th. 41.*

iisque etiam ε forenren-

γ v. Ex. II. th. 32. in fin. junct. th. 42. circa fin.
δ ib. th. 41.
ε Ex. II. th. 12.

Th. XI.

Statûs Imperii] Potestas legum ferendarum, quia Majestatica est, in quavis civitate penes eum est, qui supremâ ibi pollet autoritate. De nostra verò Germania qu. Quis ibi LL. lator? Multi credunt, Coiisse eam ex pluribus Rebuspublicis in unam plurium confœderatorum massam, ad instar Belgarum & Helvetiorum, ubi cujusvis sociorum jura reservata sint; unde veniat, quòd Statuum quilibet legumlationem exerceat: Quam opinionem suis Autoribus, quibus nupperrimus, quisquis etiam ille *Monzambanus* fuerit, accenseri voluit, relinquimus. Retineamus interea pristinam sententiam, unam esse Remp. neutiquá verò ens per aggregationem, cui, ut universim consideratæ, Imperator cum Statibus simul præscribit leges: Propter participationem autem Majestatis, ad quam hi admissi sunt, suis quique provinciis dant jura, quæ Landes-Ordnungen vocamus. Ut verò sciri possit, de quibusnam Majestatis juribus partem acceperint, regulam dedit Lampadius *Tr. de Rep. Roman. Germ. part. III. cap. 14. §. 23.* ubi quædam monita, suô tempore proditura, adjecimus.

Etiam civitates] Utrum solus Princeps, an etiam Alii jura condere possint? v. Pacius *Enant. C. l. qu. 3.* An quilibet Popu-

Populus, & qualibet civitas Jus sibi condere propriâ autoritate possit? Bronchorst. *Cent. I. qu. 6.* Puto, quia ordo, & quæ hunc promovent, Leges, cujuslibet universitatis anima est, eo ipso cuilibet corpori leges condere permitti, quô & in collegium coire permittitur; absque tali enim vinculo facilè difflueret. Unde idem opificum sodalitatibus, denen Zünfften und Gilden/ indulgeri videmus articulos, communiter Innungen/ ab unione s. incorporatione sic dictos, statuere, de quibus v. Dn. Hahn. *ad Wes. d. n. 3. vers Decrem. p. m. 70.*

Municipales] Oppositivè ad Imperiales sic dictæ; de quibus, quia Statûs Imperii sunt, nullum est dubium. Municipales ad priscorum imitationem municipiorum ita dicuntur, quòd non tam civitates, sive liberæ Respublicæ, quàm alterius cujusdam portio, ac Principibus subjectæ sint. Hæc tamen subjectio non impedit, quò minus & illæ statuta condere possint, de negociis sc. suæ Jurisdictioni commissis. Sic, si tribunal & Jurisdictionem contentiosam acceperunt, ordinationem desuper, Proceß- oder Gerichts-Ordnung erigere poterunt. Sin eâ careant, actûs tamen alios Jurisdictionis voluntariæ habebunt, Jus nundinarum, aut sim. Statuere ergò poterunt de rebus venalibus, Marckt-Ordnung. Si collectas de prædiis civium, Bürger-Geschoß exigere licet, componere poterunt ordinationem collectandi, Ordnung vom Verrechten. Et sic de cœteris.

Confirmatio] Sunt, qui nunquàm eam requiri autumant; quos allegat Dn. Hahn. *ad Wes. d. l. p. m. 70.* Credo tamen, usque necessariam esse; Ne, dum ad Principem à sententiis juxta hæc statuta latis, (uti nunquàm cessant victi) appelletur, reformatoria sequatur, rejiciente Principe id quod citra scientiam & consensum suum invaluit. de hac Qu. add. quoque Bernh. Suth. *de Juridict. §. 287.*

rensces, quibus modis forum ibidem sortiuntur, obligantur. Quin & dispositio ultimæ voluntatis secundùm statuta loci facta, etiam ubique extra statuentium ζ territorium valet ζ Gail. 2. *Obs.* 123. Mynsing. 5. *Obs.* 20. Bocer. *d. D. th.* 43.

Dn. Struv.

ζ *v. Ex. XXXII. th. 15.*

Forenses] Qui non ordinariò domicilii aut homagii jure subjecti sunt, sed tribunal & Jurisdictionem Magistratûs eapropter agnoscunt, quòd ad commercia & securitatem Reip. admissi, non tamen subditi sed extranei sint, & Advenæ dicantur, in quos Principi nulla potestas fuisset, nisi sponte accessissent, eosdem, quos & reliqui subditi, actûs exercituri: conformabunt ergò se ad solennitates & ceremonias ibi usitatas. Unde nata est distinctio Doctorum, Teneri forenses in actibus voluntariæ Jurisdictionis, & *realibus*, sive, quæ habilitatem actûs concernunt; secus in *personalibus*, seu iis quæ solam personam Advenæ concernunt. vid. B. Carpz. *Lib. V. Resp. 1. n. 20. seqq.*

Ultima voluntatis] Fingendum: In Frisia juxta præscriptum Juris civ. præcisè septem testes requiri: In Sylva autem Ducis Parochum cum duobus testibus sufficere; ibique Buchonem ab Ayta, Frisium, conditò juxta mores loci testamentò obiisse. Quæritur: An validum sit testamentum, ut in immobilibus in Frisia sitis juxta illud succedatur? Videtur quòd non: Prout responsum refert B. Carpz. *adp. 3. C. XII. d. 12.* secus de Mobilibus *ib. d. 13.* Sed contrarium fuit in Suprema Frisiorum Curia Leowardiæ judicatum & decisum, teste Joh. à Sande *Lib. IV. Tit. 1. def. 14.* & concordant Statuta Lubecensia *part. 2. Tit. 1. art. 16.* ubi Dn. Mæv. Forsan B. Carpz. de legitima loquitur successione; nos de testamentaria.

Th. XII.

Dn. Struv. η v. Ex. I. th. 14.

Jurisprudentiæ finis η est Justitia, ejusque exercitium & administratio. Eò enim inventa est & unicè collimat, ut legibus scriptis dextrè explicatis, & ad spe-

Th. XII.

Jurisprudentiæ finis] Quodnam artis nostræ officium sit, quis scopus? Autor jam *sup. th. 1. vers.* Docet enim, tradidit: de cœtero & Donellus *L. 1. Comm. c. 1.* agit, Quis Juris finis sit? ubi *pag. 36. col. 2.* simul tractat: Quid intersit Justitiam inter & Jurisprudentiam?

Constans voluntas] Per metonymiam subjecti pro adjuncto: quasi dicat: est Habitus voluntatis. Donellus autem *L. 2. comm. cap. 1.* metonymiam Effectûs esse

esse pro causa dicit, eò, quòd Justitia inhabitans efficiat ut non nisi justa velimus. Utrum verò in hominibus aliquid reperiatur stabile ac perpetuum? vid. Jul. Pac. *Cent. I. enant. qu. 4.* &, An rectè Justitia definiatur Constans & perpetua? Conrad. Hornej. ab Autore etiam laudatus *n. 15.* Bronchorst. *Cent. I. qu. 2.* Scil. qui habitu alicujus rei agendæ instructus est, non fortè fortunâ rectè agit, sed datâ operâ; cùm, qui dispositionem solùm habet, sæpiùs agere instituat, sed currente rotâ, urceus pro amphora nascitur.

Tribuendi] Definitiones ab essentia & potentia, non actu & existentia desumendæ; ita ut v. g. Libertas non sit facultas quidlibet faciens, sed faciendi. Nam Geometra dicitur, utut non actu semper metiatur, vid. Hornej. *d. l. n. 19.* quare & Florentinum exemplar, quod reliquæ editiones sequuntur, ita habet.

Justitia divina] Sive enim attributum illud divinum, quâ tota essentia divina Justitia est, intelligas; sive eam qua erga Deum nos reputamur justi, neutra huc quadrat, nec juridicæ est considerationis: nec effeceris aliquid, si dicas, Gentilibus Deam fuisse Justitiam, quò JCti respexerint: Nam ubi suam esse Justinianus hanc definitionem voluit, aliò longè sensu venit accipienda. add. B. Ungeb. *Ex. I. qu. 10.*

Nec de universali] Illa præjudicialis est quæstio: An rectè dispescatur Justitia in universalem & particularem? de qua

Dn. Struv.

species factorum rectè accommodatis, suum cuique tribuatur. Definitur Justitia θ ab Ulpiano *l. 10. pr. ff. de J. & J.* & Justiniano, in *pr. Inst. eod.* quòd constans sit & perpetua voluntas Jus suum cuique tribuendi: quæ definitio non de Justitia divina, sed humana, *Nov. 30. cap. 9. §. 1.* Donell. 2. *Comm.* 1. *& ibi Hillig. lit. C.* nec de universali, ι sed particulari, Conrad. Hornej. *Phil. moral. Lib. 3. cap.* 11. *n.* 12. Cujac. *ad d. l. 10. ff. de J. & J.* Arum. *Ex. I. th. 21.* est accipienda.

θ *ib. th. 15. seqq.*

ι *vid. tamen th. 37.*

consul. Hornej. *d. l. n. 20.* Hæc verò principalis: Ecquid universalis Justitia prudentiæ nostræ juris sit pro scopo? & consequ. An hâc definitione sit exaudienda? quam idem Dn. Ungeb. *d. qu. 10.* affirmativè decidendam existimat. Sunt qui distinguunt, ut verum sit de Justitia in abstracto & ratione essentiæ considerata, in genere, qualis ea esse debeat; secus si in concreto & ratione existentiæ, prout in hac vel illa Rep. consideretur. v. B. Franzk. *Comm. ff. ad h. n. t. n 42.* Schotan. *exam. jur. p. m. 2.* Nos salvô aliorum judiciô præsupponimus Jurisprudentiam Legislatoriam, ad Principes; Consultativam, ad Senatores; & judiciariam, ad Judices & Magistratûs spectantem. Ad Legislatorem quidem totius Reip. cura & ordinatio pertinet, is non adultis modò leges præscribit, ac delinquentes coërcet, sed adolescentibus quoque de optima prospicit educatione & informatione, ut virtutibus imbuti se ipsos gubernare ac delicta evitare valeant; quem in finem scholas particulares & universales constituit, viros eruditione ac morum gravitate conspicuos condignô conducit salariô, & in summa, nihil eorum omittit, quæ optimam promovent Remp. Atenim, hanc prudentiam in jure nostro Justiniano non inveneris. v. Dn. Struv. *Ex. I. th. 11 in med.* Juris nostri prudentia individualis tantùm est, ad unam Remp. Romanam pertinens, eaque judicialis saltem & correctoria, ubi Imperator non docet Leges condere, sed Jus reddere; non vult LL. latores, sed Judices efficere: ac proinde non potest pro objecto habere omnes virtutes, vel certè non eodem modô. Legislatoris quidem intentio, Optima est Respublica, civesque omnibus instructi virtutibus, quapropter & in Scholis quasdam doceri curat; quæ tamen easdem non egrediuntur, in foro contradictorio obtinendæ: quò pertinent quæ *sup. ad th. 2. verb. Necessitatem*: dicta sunt de Philosophia practica. Quasdam verò tanquàm magis ad Reip. tranquillitatem facientes, judicialiter ac punitoriè exigit. Sic (1.) ex acie fugiens punitur, non quasi fortis non fuerit; alioquin multi qui remanserant, fortes tamen non erant, puniendi forent; sed quòd sacramentum militare violaverit; quòd intempestivè Reip. subduxerit operas locatas, animum hosti addi-

derit, commilitonibus autem detraxerit. (2.) Lege Aquiliâ conventus, si inficiatus convincatur, in duplum condemnatur, *§. f. I. de Obl. quæ quasi ex contr. nasc.* §. 26. J. *de Act.* Non tam quòd principaliter ac primariò veracem h. m. Judex eum efficere studeat, (quàmvis & id fortè eveniat per accidens, dum piscator aliquoties ictus sapere, ac vel tandem cautius mercari discit) quàm quòd & Remp. lædat, & proximi conditionem duplici viâ reddiderit deteriorem, ultra damnum illatum & onere probandi eum divexando. (3.) Lex Julia non tam castitatem intendit, quàm excessûs corrigit: & ita conseq. Si dixeris: Leges & Jurisprudentiam neutiquam solâ externâ contentas esse obedientiâ, Dn. Struv. *Ex. I. th. 42. in med.* sed subditorum conscientias etiam adstringere, Id. *ib. th. 58. p. 30.* & *Ex. II. th. 13.* Verùm, non tam de obligatione, quàm executione, nobis sermo est: stringunt equidem jura civium conscientias, sed non scrutantur. vid. Id. *dict. Ex. I. th. 58. pag. 31. pr.* neque de occultis vel Ecclesia judicat.

Th. XIII.

Jurisprudentia describitur] Et quidem nec (1.) Supervacaneè: Etsi enim Jus quatenus pro Arte sumitur, jam tum *sup. th. 1. b.* fuerit definitum, & magna inter Jurisprudentiam & Jus eô significatu acceptum existat; reverâ tamen & in se differunt, uti ibidem fuit indicatum. Nec (2.) ambitiosè magis, sed per veritatem, uti monstrat Donell. *L. 1. Comm. cap. 16.* ubi præsentem definitionem eleganter enucleat ac defendit.

Notitia-Scientia] Taxatur hæc definitio (1.) tanquam Logicorum præceptis contraria, quæ duplex genus eidem rei vetant assignare. Inquirendum igitur: An & quare duplex genus ponatur, An fortè unum insufficiens fuerit? deinde,

Th. XIII.

Jurisprudentia x describitur rerum divinarum & humanarum (i. e. omnium omnino; sicut Lex rerum divinarum & humanarum dicitur Regina, *l. 2. ff. de LL.*) notitia, justi & injusti scientia, *l. 10. §. 2. ff. de J. & J.* §. *1. Inst. eod.* Dn. Struv. x *Ex. I. th. 7.*

Res

Dn. Struv. Res humanæ in jurisprudentia proponuntur, non ut ex principiis & causis suis cognoscendæ, λ sed quatenus de earum jure controversia existere, & in foro apud Judicem tractari potest ac debet: Divinæ verò, quatenus externis ritibus, ceremoniis ac disciplinâ constitui & ordinari, item alienari vel minus possint.

λ conf. ib, th. 9.

de, Quid utrumque significet aut quomodo accipiatur? Distinguendum autem inter duo genera reverâ assignata, & duos terminos adhibitos, qui non confestim duplex genus important. Dantur termini compositi & simplices; & quidem aut voce aut significatione. Deinde ex diversis prædicamentis assumi non debent genera; non itaque nocebit, si ad idem genus superius recurrant. Pariter ut in definitione Tutelæ contingit, de qua *infr. Diss. XV. th. 1.* Idem ergò est, ac si dicamus: Jurisprudentiam esse sufficientem peritiam tum discriminis rerum invicem, tum diversi juris, iisdem applicandi. Ad hoc, ut quid ubique juris sit, sciatur, res ipsæ prius cognoscendæ veniunt; addiscimus ergò rerum discrimina non propter illas, sed propter aliud; tribuenda sunt Deo, quæ sunt Dei, & quæ Cœsaris sunt, Cœsari; est ergò unum finis alterius, nec stant æqualiter, ut duo sint genera. Ut innuit Donell, *d. cap. XVI. pag. 27. lin. 28. seqq.* (2.) tanquam ineptó genere laborans: Cùm enim in jure non dentur demonstrationes, nec per causas procedatur, non potest Scientiam pro genere admittere; Scire enim est rem per causas cognoscere. Verùm, aliud est, difficulter dari, aliud planè non inveniri: Aliud secundùm se, aliud secundùm Nos: Alia est universalium, alia particularium ratio. Quare, non temerè Insignis ille JCtus *Ioh. à Felde*, in hoc anniti videtur, ut certas in jure inveniat demonstrationes, licèt nondum omnibus placuerit.

Justi & Injusti] Inducti sunt ex hoc aliqui, ut crederent, in Jure nostro Romano ea quoque proponi ac foveri quæ injusta sint, v.g. Autochiriam; quam in rem adducunt *l. 9. §. 7 ff. de Pecul.*

de

de qua *vid. th. seq. b.* Concubinatus, de quo *infr. D. XIV. th. ult.* Fraudes Advocatorum, de quibus Autor *D. III. th. 4.* Circumventiones contrahentium: de quibus *D. XI. th. 9.* Quoniam tamen postremæ jubentur absque fallendi proposito esse; Advocati calumniari ac prævaricari prohibentur; Concubinæ pro legitimis non habentur uxoribus, nec earum liberis plena datur successio, *vid. infr. D. XIIX. th. 22, 23.* Autochires denique suæ quoque manent pœnæ; Contrarium utique tenendum. Differentiæ autem ratio, quare definitioni Juris, *sup. th. 1. b.* nihil de iniquo vel malo insertum, hæc redditur, quòd artium præcepta de eo tantùm fiant, quod arti cuique est consentaneum: Habitûs autem intellectivi, qualis etiam Jurisprudentia sit, ex contrariis objectis, circa quæ versantur, definiri soleant: ut constet ex Arist. *V. Eth. 1.* vid. B. Ungeb. *Ex. I. qu. 12. pag. 31.*

Th. XIV.

Præcepta communissima] Quæ & quot juris præcepta; An præcisè tria hæc & non alia; nec plura nec pauciora? passim legi potest apud Autores, Donell. *L. II. Comm. cap. 1.* Schotan. exam. Jurid. hic. Sam. Neand. *tr. de I. & I. §. 12. p. m. 32.* Ita nobis videtur: Cùm jus nostrum civ. ex naturæ & rationis præceptis sit collectum, eò quoque nostra præcepta sunt referenda, ita, ut duo priora ad Jus Naturæ, postremum ad Jus gentium pertineat. Natura, quæ conservationem cujuslibet entis intendit, ac contraria abominatur, singula desideriò quodam, convenientia sibi, dulcia & consentanea appetendi instruxit: quoniam tamen frustra foret, necessaria suppetere, nisi custodiamur à contrariis, ideò vicissim odiò quodam dissentaneorum suos cives exarmavit Natura, ad depulsionem contrario-

Th. XIV.

Præcepta communissima, ad quæ velut ad normam jura omnia exigi debent, sunt Honestè vivere; alterum non lædere; Suum cuique tribuere, μ D.STRUV.

l. 10. §. 1. ff. de J. & J. μ *v. Ex. I. th. 16.*

§. 3. Inst. eod.

Primum in jure nostro totum non præcipitur, quia non vivitur cum perfectis, ideòque necessitate coactivâ communiri ac obti-

D. Struv. obtineri non potest. Dum verò juxta Secundum alter non est lædendus, nullatenus sequitur, seipsum lædere, v sibique vim inferre licere.

v v. Ex. II. th. 109.

l. 13. pr. ff. ad L. Aquil.
l. 6. §. 7. ff. de Re milit.
l. f. §. 4. & 6. ff. de bon. eor. qui ant. sent.
l. 4. §. f. circa f. ff. ad L. Corn. de sicar.
Schneidevv. *ad* §. 3. *Inst. de J. & J. n. 4.*
Petr. Heig. *p. 2. Qu. 36.*

trariorum. Ne verò indomiti Reip. naturalis cives in Remp. specialiorem cujusvis civitatis admissi, quietem publicam turbent, frenum illis fuit injiciendum, ut sic attrahant dulcia, ne contra honestatem faciant; ita propellant adversa, ne terminos legitimæ defensionis excedant. Ratio denique suppeditat rerum cognitionem, earum causas, requisita, contraria: quâ notitiâ facilè poterat quis ad interitum proximi abuti, denegando necessaria, tribuendo inconvenientia; & huic malo ponendus obex fuit, jussique sunt suum cuique tribuere. Ea enim quorundam est malitia, ut sicubi sciverint, unde aliorum salus pendeat, per quæ promoveri, vel cõtrà destrui possint, semper oleum addant camino; contraria cumulent, consentanea impediant, disturbent & annihilent.

Primum in jure nostro] Hoc Autor velle videtur, Quia scopus juris nostri non est Justitia universalis, *v. th. 12. b.* ideò, licèt omnium ferè virtutum in eo fiat mentio, conf. B. Ungeb. *Ex. I. qu. 10. inf.* non tamen directò inculcentur, per modum imperii, sive, actu judiciali: sed per consequentiam, & sic scholasticô solùm more; atque adeò si v. g. profugus ex acie suspendatur, non fiat hoc intentione fortitudinem apud eum excitandi, alioquin vitæ servandus foret, sed ut ipse reatum expiet, reliqui verò à simili fuga absterreantur. Non possum me continere, quin verba Illustris Seckendorfii, *part. 2. cap. IIX.* Fürsten Staat: *num. 4. p. m. 213. edit. noviss.* apprimè hæc illustrantia, transscribam: Es ist zwar sonsten zu einem weltlichen Regiment das Absehen der Gesätze mehr auff die andern beyden

Puncte der Gerechtigkeit/ und Abschaffung der groben Verbrechen/ dadurch andere Leute an ihren Personen oder Gütern beleidiget werden/ als etwa auff die innerliche Pflantzung der Tugenden des Gemüths/ die einen jeden absonderlich angehen/ gerichtet/ Und wird die Unterweisung und Anführung zu guten Sitten und Tugenden nicht so leicht durch äuserlichen Zwang und Botmässigkeit erhalten/ sondern will eine stäte Anmahnung und Ubung erfordern/ welche bey den heydnischen alten Völckern der Griechen und Lateiner/ durch mancherley Unterrichtung der gelehrten Philosophen und Poëten gesuchet worden. Aber in einer kristlichen Poliзey kan und muß die Obrigkeit hierinnen auch weiter gehen/ und nicht allein ihre Ordnung auf die äusserlichen groben Mißhandlungen/ welche wider die menschliche Gesellschafft/ Einigkeit und Friede der Unterthanen gantz offenbahrlich streiten/ sondern auch etwas weiters/ auff Pflantzung Ehre und Tugend in den Gemüthern/und gemeinen Leben und Wandel richten. Weil aber nicht alle ungebührliche Thaten und Beginnen der Menschen / der grossen Schwachheit nach/ die uns anklebet/ alsobalden mit weltlicher gewisser Straff zubelegen/ sondern gar viel auff eines jeden Verantwortung in seinem Gewissen und für Gott dem Höchsten/ gestellet werden muß/ so werden auch die allermeisten Tugenden und Laster/ welche sonderlich einen jeden vor sich angehen/ und nicht zu Nutz oder Schaden des Nächsten alsobald gereichen/ mehr durch fleissige Ermahnung und bewegliche Unterweisung/ als durch Art eines weltlichen Gesetzes/ und darauff gesetzter Strafe/ den Unterthanen eingebunden/ also daß dieses erste Haupt-Gesetz der Gerechtigkeit/ eines erbaren/ und kurtz zu sagen/ kristlichen Wandels fürnemlich und mehr in die Kirchen disciplin, auch die Aufferziehung der Jugend zu Hause und in den Schulen/ als in das weltliche Recht läufft. leg. Dn. Boecl. *praef. Com. ad Grot. p. m. 38. & circiter.*

Se ipsum laedere] B. Ungebauerus *peculiari tractatu M. S. de autochiria*, evincere conatus fuit, licitam hanc jure Rom. fuisse. Fundamentum praecipuum fuit *l. 9. §. 7. ff. de Pecul.* In qua tamen directò & absolutè id neutiquàm permittitur, sed dominus solùm prohibetur factum hoc in foro suae familiae privato,

 per

per deductionem de peculio vindicare: Respublica verò nequaquàm relinquet inultum. Distingv. E. inter publicam permissionem; & ea in d. l. non habetur; Et interesse privatum; & tunc, si servus suis sumptibus curatus & restitutus sit, nihil Domino decedit. Hoc tamen non prætereundum, quamlibet decisionem ex controversiæ sede ordinaria esse hauriendam: At verò *d. l.* ex professo non agit de occisione sui vel alterius: sed hæc in Lege Cornelia de sicariis investiganda, ubi tamen pœna propricidis dictata reperitur, tantum abest, ut autochiria laudata sit.

Ad Tit. II. de Orig. Jur.

Th. XV.

D. Struv. Malè, & contra principia Justitiæ ac honestatis nobis insita & naturâ nota, ξ ex quibus jura fluunt omnia, quæ isto nomine sunt digna, dicitur, JUS OMNE AB OPINIONE ESSE PROFECTUM, & solam utilitatē Principis aut Populi o ejus matrem ac mensuram esse. vid. Connan. *Lib. 1. Comm. c. 1.* Grot. *in proleg. ad Lib. de J. bell. & pac.* Lin-

ξ *Jung. Diss. I. th. 1. cum th. 62. ib.*

o *conf. ib. th. 57.*

Th. XV.

Naturâ nota] Hæc tamen sententia jam olim oppugnatorem experta est Carneadem, de quo eleganter (& qui potetat alius quam sibi similis esse) Grotius *in proœmio sui de J. & B. P. tractatûs.* Describitur autem disputatio ejus à Lactantio, *Lib. 5. Instit. cap. 16.* Causam verò eandem quam Epicurus & qui eum sequuntur, attulit, quibus Non Natura potest justô secernere iniquum; sed, UTILITAS justi propè mater & æqui est. Cyrenaici quoque, autorem Aristippum secuti, apud Laërtium *Lib. 2. in Aristipp.* statuunt, Nihil naturâ esse justum aut bonum aut turpe; sed Lege & consuetudine. Sed vide, qui nobis hæc mutua concessit, Dn. Bœclerum *in Proleg. Grot. p. m. 45. seq.*

Jura fluunt omnia] Sed unum tamen alterô proclivius. De Jure naturali minus dubium est, quod non aliud quàm ipsius Rationis dictamen, ita ut im-

immediatè tanquàm mater & filia connectantur, dicente Grotiô: Naturalis Juris mater est ipsa humana natura (At verò quæ alia hæc quàm Ratio?) quæ nos, etiamsi re nullâ indigeremus, ad societatem mutuam appetendam ferret. Remotius paulò Jus civile exinde derivatur, ut secundô à Ratione gradu distet, ut neptis ab avia; Idem asserente divinô illô Grotiô *ibid.* pergente: Civilis verò Juris Mater est ipsa ex consensu obligatio; quæ, cùm ex naturali jure vim suam habeat, potest NATURA hujus quoque Juris quasi PROAVIA dici: quanquàm immeritò propterea Feldenio vapulare dicatur apud Bœcl. *d. l. pag.* 61.

Lindeman. *in hist. jur. Rom. th.* 1. *& seqq.*

Isto nomine sunt digna] Cùm jus actionum civilium norma esse debeat, ipsum antè rectum oportet esse; ne, dum ad illud corruptum actiones metimur & examinamus, pro rectis, vitiosas efficiamus. Quemadmodum enim ulna adulterata ulnæ nomen non meretur, Ita nec jus cui bonum & æquum non insit. *vid. sup. th.* 1. *in f.*

Ab opinione] Quanquàm si dextrè vocabulum opinionis accipiatur, non absurdè dici crederem, Jura civilia magnam sui partem opinioni debere. Neque puduit enim Imperatorem Responsa Prudentum, ex quibus tamen Juri civili Romano haut parvum accessit incrementum, describere OPINIONES eorum. Et, cùm Jus civ. nihil sit aliud quàm Juris naturalis ad suam Remp. talis aptatio, qualis Legislatori optima esse, & ad suæ Reip. beatitudinem quàm maximè facere videtur, neutiquàm reverentiæ Juri civ. debitæ detrahimus, si ab opinione Legislatoris profectum esse dicamus: probabilem illam intelligentes rationem, quâ is, quantum homini possibile est, accuratissimè ponderavit, quid suæ Reip. conducat, quid obsit. vid. Sam. Neand. *d. tr.* §. 8. *p.* 20. *seq.* B. Franzk. *Ex.* 1. *qu.* 7. *ibiq.* Dn. Fiebig. Riemerus *Dec.* 1. *qu.* 6.

Solam utilitatem] Nullum jus absque utilitate esse, effectivè, nemo negabit: conglutinat etenim cives invicem, & conservat Remp. ut omnia quæ Reip. salutaria eveniunt, ipsi debeantur.

Sed in eo sensu Autor non sumit utilitatem. Hoc negat, Juris rationem aliam esse atque utilitatem; sive, non solùm ea juberi quæ utilia sunt, sed quæ honesta. Legislatori aliam quàm utilitatis propositam esse ideam. Id demum utile est, quod honestum est, Autore Cicerone *Lib. 2. de Offic. cap. 3.* Neutiquàm tamen, quod utile est, quod suæ civitati conducit, negligit; Salus Populi suprema ipsi lex est. Idque tam in Rep. Naturæ s. Rationis, quàm alia qualibet particulari. Solô discrepare modô docet Grotius *dict. proleg. de J. B. & P.* quando pergit: Sed Naturali juri utilitas accedit; Juri autem civili occasionem dedit. cui add. Dn. Boecl. *ad ead. prolegom. p. m. 46.*

Th. XVI.

D. STRUV. Responsa JCtorum Pomponius *l. 2. §. 5. de Or. Jur.* ad jus non-scriptum; π Justinianus verò in *§. 3. & 8. Inst. de J. n. g. & civ.* ad jus scriptum refert: ρ Quia scil. in statu populari, quem respicit Pomponius, nullam juris habebant auctoritatem, nisi quatenus erant usu fori recepta *§. un. Inst. de legit. patron. tut. pr.*

π *v. Ex. I. th. 63. inf.*

ρ *add. ib. th. 64. pag. 39. in M. & D. II. th. 17.*

Th. XVI.

Pomponius - Justinianus] Autor in *h. n. th.* in eo est, ut apparentem textuum in *d. l. 2. §. 5. ff. de O. J. & §. 3. & §. 8. J. de J. n. g. &c.* discrepantiam in luculentam erigat consonantiam. Quæstio videlicet est: Utrum Responsa Prudentum Juri scripto accensenda? quod Imperator *d. §. 3. & 8.* fecisse videtur: An pars juris non-scripti habenda? qualiter Pomponius *d. l. 2. §. 5.* sensisse deprehenditur: de qua Qv. v. Jul. Pac. *Enant. 8. Cent. I.* Thomas Lindemannus, quondam Antecessor in Alma ad Varnum Rostochiensi, Celeberrimus, *ad Tit. I. de J. n. g. & civ. §. 10.* ita conciliare studet, quasi eàpropter Juri scripto accenseantur, quòd tempore Augusti & sequentium aliquot Impp. scribi ac sigillari fuerint solita: Ante Octavium autem æneis tabulis insculpta haudquaquàm fuerint. *Verùm,* nec membra legitimè opposita sunt; nec connexio valida est: Nam æneis tabulis insculpi; ac, scribi, sigillarique

rique, Non sunt opposita hactenus, ut distincta evadant jura, scriptum ac non scriptum. Nec deinde discrimen juris scripti & consuetudinis à sculptura dependet; alioquin nec Prætorum Edicta partē scripti Juris constituere possent; ut quæ nec signabantur, nec æneis insculpebantur tabulis. Alia itaque ratio quærenda: Quòd scil. ob Legum XII. tabb. brevitatem, obscuritatemque necessaria fuerit peculiaris quorundam opera, in vocum ac phrasium vim inquirentium, atque aliorum ibi non expressorum decisionem inde petentium. Et cùm aptè adeò pleraque inde deducere valerent, ut non posset ullus contradicere, sed docti pariter atque indocti convincerentur eam fuisse sancientium mentem, communi applausu acceptabantur, ac tam sanctè observabantur, ut ne Judici temerè ab illis recedere liceret: quod, cùm paulatim invalesceret, ad mores relatum fuit; cùm verò expressa sanctione cautum non esset, sed à privatis originem traheret, legibus accenseri non potuerunt. Augustus Imperator effecit, ut tanquam ex suo ore processerit, quod JCtorum quilibet respondebat, ceperunt ergò sacrarum Constitutionum vim nancisci, ac licèt jura ipsa non essent, non modicam tamen juris obtinebant auctoritatem, ad instar edictorum prætoriorum. Illa autem subsignatio, & quâ continebantur, scriptura, id non præstiterunt, sed fidem solùm debuerunt conciliare, quòd è fonte authentico promanassent.

Hodie &c.] Distinctè procedendum videtur, quia plusculis in locis, præsertim in Saxonia, certa constituta sunt JCtorum Col-

pr. Inst. de Codicill. D. Struv.

Post tempora verò Augusti sic valuerunt, ut pro jure haberentur. Hodie, licèt iterum vim legis non habeant, probabilia tamen sunt, & non exigui ponderis, adeò, ut qui duorum probatorum JCtorum responsa pro se habet, justam litigandi causam habuisse censeatur, & victus in expensas non condemnetur. σ

Dd. *in l. 13. §. 6. C. de Judic.*
Menoch. *de A. J. Qq. cas. 117.*
Bocer. *Cl. 6. D. 30. th. 40. lit. d.*

σ *dict. Ex. II. th. 17. in f.*

Collegia, quæ Scabinatûs dicuntur, ad quæ acta judicialia transmittuntur, ex eorumque præscripto sententiæ pronunciantur: unde dubium alicui suboriri posset, quasi publicâ autoritate reddita, legis vigorem obtineant eorum responsa, perinde ut Augusti constitutio sui temporis JCtos habilitavit. Sed enim, secus de his collegiis sentiendum, quæ consilii solùm hauriendi ergò introducta sunt, nec valent aliter eorum responsa, quàm si à Judicibus recipiantur, à partibus non impugnentur: non obstante, quòd communiter Decisionum nomine insigniri videamus: quia vel inde fit, quòd post deliberationem collegii in hanc itum fuerit sententiam: vel, quòd Judici solùm suppeditent formam, quâ ipse decidere causam possit. Hoc tamen non imus inficias, si longâ observantiâ introductum sit, ut in certa causa sic uniformiter pronuncietur, id, quod ad illud territorium attinet, communis opinionis ac fermè juris rationem habere, à qua non facilè receditur. De qua communi opinione vid. Aut. *Infr. Diß. XXI. th. 6.* & Geil. *1. O. 153. n. 5. seqq. & 2. O. 39. n. 27.* Singulorum autem JCtorum responsa, quæ plerumque in modum consilii concipiuntur, quàmvis à partibus soleant haud rarò pro Judicis informatione produci & actis adjungi, longè tamen inferiorem habent autoritatem; & eâ ut plurimum laborant suspicione, quasi pro eo sint elaborata, qui pinguius honorarium obtulerit.

In expensas] de Expensis, Quomodo, quando, quâ ratione victus victori in eas sit condemnandus; quid aliquem ad refusionem earundem liget, vel ab iisdem liberet, vid. latè Fachin. *Lib. I. controv. 49. seqq. & Lib. XII. q. 51.* Dn. Struv. *Ex. XLIV. th. 6.* Interpp. *ad pr. & §. 1. J. de Pæn. tem. lit.* Præprimis qui in possessorio obtinuit, si succumbat in petitorio, ab expensis absolvitur. B. Carpz. *L. 1. Resp. 18. per tot.*

Ad Tit. III. De Legibus, Senatusq; Consultis, & longa consuetudine.

D. Struv. Th. XVII.

Lex delictorum etiam involun-

Th. XVII.

Delictorum involuntariorum] Voluntaria dicuntur, quæ fiunt consilio, præ-

prævià deliberatione & conclusione, ut adeò voluntas positivè ad ea concurrat & efficienter: Involuntaria verò, non ea quæ coacti & inviti fecimus, sed quæ non concluseramus facere; & sic ignorantiam quandam præsupponunt: Ad quæ enim refragantes adigimur, omninò peccaminosa esse scimus, & hôc ipso relistimus ac NOLUMUS: longè alia sunt, quæ magis NON-VOLUISSE dicimur, sive non caventibus nobis obtigerunt, & concurrimus ad factum materialiter, sed non sub ratione mali & intentione nocendi. Tam sancta autem Lex est, ac suorum salutis adeò sollicita, ut non ea modò quæ sponte committuntur puniat, sed & quæ non præcaventur coërceat. Nec injuriâ; cùm nec malos, nec in præjudicium aliorum oscitantes esse deceat. Lex securosà damno præstare vult cives, quacunque etiam ratione inferatur. Quemadmodum enim peregrinantes non minus custodiæ ac securitatis, quàm quietis & victûs causâ ad hospitia divertuntur, atque adeò quæ alterius quoque quàm cauponæ factô ablata vel corrupta sunt, ab eodem præstari desiderant, cùm, si damnum pati voluissent, idem sentire potuissent in via publica commorati. Sic, evitandi damni ac securitatis percipiendæ causâ in civitates coiimus, ac Principis tutelæ nos commisimus, qui eapropter ad cauti Patrisfamilias instar curiosis pro nobis vigilat oculis, omne damnū amoliturus *add. infr. D. VII. th. 5.*

Delicta

luntariorum τ est coërcitio, τ *D. Struv. v. III. 8. it. XIX. 13. 15. 21. & 22.*

l. 2. ff. de LL.

quàmvis delicta à voluntate & affectu potissimùm υ æstimentur, υ *dict. Ex. 48. th. 3. & 7.*

l. 14. ad L. Corn. de sicar.

§. 7. Inst. de obl. quæ ex del.

Dicuntur autem involuntaria, quæ non sponte & ex proposito, sed per ignorantiam, juris φ præsertim quæ neminem excusat, φ *de qua vid. Ex. XXIX. th. 53. seqq. & Ex. III. th. 9.*

l. 9. pr. l. 4. ff. de Jur. & fact. ign.

contrahuntur,

l. 1. ff. de LL.

Interdū & ex ignorantia facti supina, χ crassa, & cum culpa quadam conjuncta delinquens punitur. χ *dict. Ex. XXVIII. th. 59.*

l. 9. §. 2. ff. de Jur. & fact. ign.

G *l. 31.*

D.Struv. *l.31. ad L. Aquil. §. 4. & 5. J. eod. l. 1. l. 5. §. 1. ff. de his qui dej. vel effud.* vid. Gl. & Dd. *ad d. l. 1. ff. de LL.* Donell. 1. *Comm.* 22.

Delicta affectu æstimentur] Huic dubio satis Autor facturus, ait, Non obstante, quòd id demum pro delicto sit habendum, quod affectu & intentione dolosâ sit commissum, justissimâ tamen ratione coërceri & involuntaria, sive, & hos qui culpâ vel ignorantiâ deliquerunt; non per modum pœnæ, sed coërcitionis, dum redigantur modò per impositam damni resarcitionem intra se ipsos, ut ne proximo noceant ignorantiâ suâ, si cautius mercari nolint discere. Sic nil movet, quod dicunt: Ubi nullus dolus, ibi nec delictum nec pœna: Limitamus enim h. m. Ibi nec verum delictum, sed quasi; nec pœna propriè dicta, sed coërcitio. Eâ ratione & *l. f. ff. de Decret. ab ord. fac. l. 51. pr. verb. adbibitâ vi. ff. ad L. Aquil.* & alios, qui objiciuntur, textûs diluimus.

Per ignorantiam] Sedes hujus materiæ recurret *infr. D. XIII. th. pen. & fin.* quare prolixiores hîc esse nolumus. Latè satis eam prosecutus est allegatus Autori Donellus *Lib. I. Comm. c. 18. seqq. ubi vid.*

Culpa punitur] & regulariter quidem extra ordinem ac mitius; ut proportio sit inter delictum ac pœnam. Ob latam autem culpam, etiam ordinariam infligi pœnam, testatur Dn. Strüv. *Ex. III. th. 8. & 78.* Ratio non adeò est obscura, quia Autor supinam & crassam, h. e. spontaneam & attractam præsupponit, quæ ab ipso dolo & proæresi vix poterit discerni.

Th. XIIX.

ψ *conf. Ex. II. th. 6. 7.*

Lex ψ quia jubet ut quid fiat, vel ut ne fiat, (quod utrumque non nisi de futuro intelligi potest) futuris formam

Th. XIIX.

Non nisi de futuro] In eo Legislatoris & Judicis: Legum ac judiciorum continetur discrimen. Ille futuros prævidet actûs, moderatur ac determinat; Hic jam exercitos examinat ac dijudicat. Quin imò, sicubi Legislator ad supplicantium instantiam disponit, Judicis per-

personâ susceptâ, Legislatoris terminos excedit, adeoque de præteritis exaudiendus venit. Id quod nec Pontifex dissimulat, hanc Rescriptorum & Constitutionum differentiam innuens, quòd illæ in futurum, Hæc de præterito disponant, *c. 2. & f. x. de Constit. junct. c. 10. x. de Rescript. c. fin. ut lit. pend. nih. innov.* add. Donell. *1. Comm. 5. p. 6.* Bronchorst. *Enant. I. 67.* Unde Interpretes elegans formârunt conclusum: Quòd Jus futurum regulariter in judicium nequeat deduci: sive: super jure futuro judicium haud fundetur, *l. 11. §. f. ff. de recept. arb. l. 31. ff. de Judic. & sim.* cui plures causarum decisiones superstruunt: v.g. quòd Beneficium ex *l. si contendat. 28. ff. de Fidej.* super debito conditionali, vel cujus dies adhuc pendet, adversus creditorem non competat. v. B. Carpz. *Process. Tit. 20. art. 4. n. 9. seqq.* Quod vicissim tamen limitant, (1.) Si jus futurum à præsenti pendeat, per *l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quant.* vid. eleg. Geil. *2. Obs. 74.* & Joh. à Sande *Lib. I. Tit. 4. decis. Fris. def. 3.* (2.) Si declaratio solùm aliqua desideretur à Judice. vid. Id. Sande *d. l.* ubi facti speciem cum sua decisione refert. Alias alii superaddunt, quas brevitatis studiô præterimus.

mam dat negociis. D.Struv.
l. 7. C. de LL.
l. sancimus. 27. sub. fin. C. de testam.
Nov. 22. pr.
Nonnunquam tamen & ad præterita trahitur; præsertim quando vel declarat aliquid,
Nov. 19. pr.
vel annullat
l. f. C. de Pact.
l. pen. C. de Incest. nupt.
vel expressè cavet, ut ad præterita quoque, adhuc tamen pendentia, trahatur.
d. l. 7. & ibi Salicet. *C. de LL.*

Ad præterita] Quemadmodum judicia regulariter super præteritis fundantur, Ita leges regulariter circa futura versantur. Ita, cùm Carolus V. Imp. in Comitiis Imperii 1530. & in aliis 1548. & 1577. alii cavissent, ne quis pro sorte centum florenorum plures quàm quinque locô annuorum redituum compararet, ac in Camera Imperii quæstio incideret: An dictæ constitu-

tiones ad præteritas quoque & ante dictas LL. contractas emptiones sint porrigendæ? Conclusum fuit Quòd Non. v. Geil. *2. Obs. 9.* elegans præjudicium reperitur apud Dn. Richter *Decis. IV. n. 19. pag. m. 49.* sic & Wurmserus *Exerc. VII. ad jus publ. qu. 11.* ait: Lex nova pœnalis ad delicta prius perpetrata non extenditur: ibique plures allegat. Cùm Ordines Frisici A. C. 1501. d. 18. Febr. de oppignorationibus publicè registrandis edictum publicassent, Senatus Frisicus posteà declaravit, ad præterita non porrigendum: recensente Sandejô L. *3. T. 12. d. 16.*

Vel expressè cavet] Quæ limitatio quoque Pontificis est in *d. c. f. de Constit.* Exempla inveniri poterunt (1.) in *l. 27. C. de Usur.* (2.) *l. 22. §. 1. C. de SS. Eccl.* (3.) *N. 78. c. 2. & 3.* (4) *l. 9. C. de Pact. pign.* (5.) *II. f. 55. pr. verbb. hactenus perpetratas.* Elegans (6.) exemplum de Cessionibus & redemtionibus actionum seu nominum in *noviss. Elect. Sax. decis. 28.* cui (7.) addi potest *Decis. V. & X. §.* So lassen wir. (8.) in *Decis. XXXIV. §.* nachdem nun. & ad eandem præjudicium ap. Dn. Richter. *d. decis. 4. n. 19. p. m. 49.* (9.) *Decis. XLV. §. ult. &* (10.) *Decis. XLVII.* aliæque plures. Ulterius de hac *th.* consule Gudelin. *de jur. nov. L. IV. c. 14.* L. *V. c. 2.*

Th. XIX.

D. Strauv. Non quidem omnium, quæ à Majoribus sancita sunt, ratio reddi potest, *l. 20. ff. de LL.* non minus tamen, utut hæc nobis sit ignota, illa sunt servanda. Quò facit *c. 3. Dist. 4.* *l. 51.*

Th. XIX.

Non omnium ratio] Autor in *h. n. th.* famosam & vexatam Interpretibus legem *20. ff. de* LL. conatur explicare, in eum sensum, quasi nulla lex in se sit absque ratione, utut nobis non semper integrum sit eam penetrare. Et quidem Certum aliquid dicitur dupliciter, In se, & secundùm nos: Dubium quoque nullum est, quin cuique Legislatori sua fuerit ratio movens, & causa Legis impulsiva sive eliciens, quæ, quia inseri ex stylo consueto non solet, nec tutum semper est, perspici à subditis rationem, plerumque inter arcana statûs natam; quin & alia

alia longè quàm quæ vera est, annectitur, ac si tempora postmodum mutentur, difficilimæ evadit divinationis: sed tamen *multi sunt, quibus hæc explicatio displicet*, cùm vel ex historiis, vel archivorum monumentis de vera legis ratione constare possit, quibus dubio procul asserventur acta deliberationis, super novis legibus sanciendis habita. *Delabuntur autem eò, ut distinguant* inter Jus CONSTITUTUM & RECEPTUM, sive Codicis ac Pandectarum. Ibi enim Imperatores ad certos & speciales casûs propositos ex particularibus, hodieque maximam partem latentibus causis responderint. Hîc verò inter JCtos, tanquàm accuratos Philosophos quælibet opinio antè satis fuerit ventilata, quàm ab aliis recepta; nec diutius retenta, quàm sufficientiores in contrarium non apparuerint rationes. Quòd si tamen ponderaverit quis, & Imperatores Consiliarios suis Consistoriis admovisse, legum, rationumque peritissimos, ei dubium sedebit, annon & ibi post longam disputationem in optimam itum fuerit sententiam. Quare Fridericus Hortlederus *in quadam ad h. n. l. 20. Disp. sub Arumæi præsidio 1608. d. 8. Nov. habita & jam sup. nobis laudata*, cogitationes alias de vero ejus intellectu fovet, Quòd sc. multa contra communem legis rationem, ob aliquam singularem æquitatem, humanitatem, commiserationem, summâ optimâque ratione sint recepta, quæ, si ad legis illius communis normam & rationem vellimus exputare, subvertenda planè forent: adeoque non omnium quæ à Legislatore conduntur, eadem facienda sit ratio, non omnia ad unum examinanda modum. Cùm ipsimet Imperatores, qui alicubi, legibus se ex communi ratione teneri, erant professi, *l. 3. C. de Testam. l. 4. C. ad L. Falc. §. f. Inst. qu. m. test. inf. & sim.* alibi exemptos se glorientur ob singularem eorum personæ prærogativam. *l. 14. ff. de Manumiss.*

l. 51. §. f. sub fin. ff. ad L. Aquil. Istiusmodi verò legum, in quibus ratio valdè obscura, exempla sunt *l. 9. ff. de Relig.* ω *& sumpt. fun. l. 63. ff. de Ædil. edict.* a *l. 12. ff. Qui & à quib.* b *manum.* Cujac. *ad Tit. ff. de J. & J. §. diximus satis.*

D. STRUV.

ω *v. Ex. XLVI. 80. n. 2.*

a *v* XXVII. *4. inf.*

b *v. Ex. II. th. 47.*

l. f. C.

l. f. C. de Quadr. praescr. l. 32. C. de Don. int. vir. ux. add. ulterius Joh. Brandel. *p. 157. de vera JCtorum phil.*

Ignota servanda] An itaque & in Jure nostro talia proponuntur quae CREDENDA magis quàm scienda? Nim. nihil à ratione inveniri potest, quàm secretum etiam habeatur, quin rationis beneficiô quoque explorari, sive ratio ipsius indagari possit. Quia tamen subditis nobis obtemperandi gloria relicta, & officium JCti in interpretanda magis quàm examinanda lege consistit, Hinc meritò dicitur, obediendum esse & illi legi, cujus vera ratio ignoratur, sufficit nim. legem simpliciter intelligi, eique sic obtemperari posse.

l. 9. ff. de Relig.

l. 9. ff. de Relig.] Gajus JCtus, cùm *Lib. 7. ad edictum provinciale* scripsisset: Ei qui mortuum inferre prohibitus fuit, integrum esse, actione in factum ad aestimationem & pretium experiri; ex hoc ipso mirari se pergit, quare constare videatur, neque heredi, neque in heredem dari eam actionem. Unde anxiè se torquent Interpretes de vero illius textûs sensu. Accursius particulam IMPERITIS inserendam vult, eo sensu: Unde miror quare imperitis constare videatur. Nim. quia obscura est ratio, non minus latet imperitos; sed enim, eam fuisse JCti mentem, reliqui Dd. omnes dubitant. Plerique exemplum nostrae *l. 20. ff. de* LL. esse volunt, & praeprimis Princeps JCtorum Cujacius *Lib. IIX. obs. 12.* allegatô ad hoc Senecâ, *Epist. 14.* scribente: JCtorum responsa valere, etiam si ratio non reddatur. Ejus vestigia legit quoque Wissenbachius *Disp. ad ff. 23. th. 24.* & acutissimus Arnoldus Vinnius, *Lib. 1. select. qu. 2. post pr.* eò inclinat. Videtur autem nobis Gajus disputare contra eos, qui negant actionem hanc heredibus actoris competere, idque certò constare credunt; Cùm certum tamen sit *(1.)* perpetuò eam competere; (2.) rei persecutionem continere: Jam verò ex *§. 1. J. de Perp. & temp. act.* clarum est, actiones, etiam ex delictis descendentes, heredibus dari, si rei persecutionem contineant; cui regulae JCtus inhaeret, nec aliâ dignatur dissentientes refutatione, quàm ut miretur, contrarium iis tantopere, adversus ipsa juris principia constare.

l. 63. ff. de Ædil. edict.] Ulpianus *librô 1. ad Edictum Ædilium Curulium* cùm scripsisset, ad solas venditiones pertinere edictum, pergit; Cur de locationibus nihil edicatur, Mirum videbatur. Hoc à Dd. confestim arreptum, atque reliquis nostræ *l. 20. ff. d.* LL. exemplis associatum est. Quasi quoties mirari JCti dicunt, omni destituantur ratione; Cùm tamen in ipsa *l. 63.* Ulpianus rationem subjungat: atque adeoque non de se, sed aliis exaudiendus videatur, quibus scrupulum & mirandi ansam, allegando rationes, eximere conatur. de quibus *infra ad D. XII. th. 29.* bono cum Deo sumus acturi.

l. 63. ff. de Ædil. edict.

l. 12. ff. Qui & à quib.] Idem Ulpianus *Lib. 5. de Adulteriis*, postquàm verba cujusdam legis, ne quæ à marito divertit, sc. causâ adulterii, servos ullâ ratione manumittat, & ne eum quidem qui extra ejus ministerium in agro vel provincia fuit, prohibentis recensuisset, subjicit: Perquàm durum quidem id esse, Legem tamen ita scriptam esse. Quod iterum nostræ legis exemplum à Dd. habetur. Quasi Ulpianus pro paupertate ingenii sui nullam rationem habuerit, sed ad occultas qualitates, asylum ignorantiæ, nostram *sc. l. 20. ff. de* LL. recurrere coactus fuerit. Nec enim sequitur: Dura Ulpiano hæc decisio videtur, E. latuit ipsum ratio: Quam tamen & ipse suppeditat, Ne mancipia quæstioni subducantur. Nimirum, potuisset mœcha servum totius adulterii gnarum ad rus ablegasse, ut ignorantiæ prætextum ipsi præberet, ac postea ipsum tanquam ullius criminis nescium præ reliquis libertate donare. Habet itaque prohibitio ista suam rationem, utcunque primâ fronte duriuscula videatur. Respicit autem Ulpianus forsan ad Edictum Severi & Antonini, quod recenset Imperator in *pr. J. de hared. instit.* ubi vide Dd.

l. 12. Qui & à quib. man.

Th. XX.

Scripturam de essentia] Scriptura regulariter non est necessaria; quia non pertinet ad rei essentiam, sed probationem. *l. 12. C. de Probat. l. 4. ff. de Fide instr. l. 4. ff. de Pign.* Itaque sine scriptura fieri possunt (1.) & valent Pactum & Trans-

Th. XX.

Lex ad scripti Juris species *c* quidem refertur,

D. Struv. *c arg. th. 5. Ex. II.*

l. 7. pr. ff. de J. & J.

§. 3.

D.Struv. §. 3. *J. de J. n. g. & civ.*

ſcripturam tamen de eſſentia *d* ejus eſſe fruſtra contenditur,

d ib. th. 2.

§. 10. *J. de J. n. g. & civ.*

quia per ſolam ſanctionem ejus qui poteſtatem Legislatoriam habet, conſtituitur.

arg. §. 4. 5. 6. *J. de J. n. g. & civ.*
Br. *in l. 8. C. de LL.*
Seb. Med. *tr. de LL. p. 8. q* 11. *n. 6.*

Poſt duos tamen menſes à die publicationis demum pleniſſimè valet, ita ut allegatio ignorantiæ non amplius admittatur,

Nov. 66. c. 1. & ibi Cujac.
Gudelin. *de jur. nov. Lib. 5. c. 2. §. ſed utrum.*

Transactio. *l. 17. & 21. C. de Pact. l. 5. l. 28. de Transact.* (2) Venditio, *l. 10. & l. 12. C. de Prob.* & Pretii ſolutio. *d. l.* (3) In poſſeſſionem inductio. *l. 11. C. de fid. inſtr. d. l. 12. de prob.* (4) Diviſio. *l. 9. C. de fid. inſtr, l. 12. C. fam. erc.* (5.) Hypotheca. *l. 4. ff de fid. inſtr. d. l. 4. de Pign.* (6.) add. *th. 29. h. XI. 25. & D. XIII. th. 24.* (7.) Proteſtatio v. Jenſch *Diſſ. inaug. de Proteſtation Jenæ 1657. Præſide Dn. Schröterô habita. poſit. 6. §. 10.* Limitatur (1.) Niſi vel inter contrahentes convenerit ut in ſcriptis contractus celebretur. *l. 17. C. de fid. inſtr.* vel (2) Lex ſcripturam requirat, ut in teſtamento ſolenni. *l. 21. C. de Teſtam.* it. in mulieris interceſſione. *l. 23. §. f.* C. *ad Sct. Vellej.* & aliis caſib. vid. Pac. *Iſag.* C. *de fid. inſtr. p. m. 621.*

Fruſtra contenditur] Ita etiam Dn. Hahn, quem nuper obiiſſe dolentes inaudivimus, *in notis ad VVeſ. tit. de* LL. *num. 5. verb. Tamen quoad noſtrum. p. m. 73.* ſentit, quòd ſcriptura nec de eſſentia nec de exiſtentia legum, ſive in genere, ſive Romanarum in ſpecie requiratur. Ratio allegari ſolet, quia leges Phoronæj, antiquiſſimi Legumlatoris græci, fuerunt leges, utcunque non fuerint ſcriptæ. Nam Cadmus demum literas introduxit in Græciam. Leges quoq; in Rep. Laconica memoriæ cuſtodiebantur, §. *10. J. de J. n. g. & civ.* Sic antiqui Germani & Galli in conventibus cecinerunt leges ſuas memoriæ mandatas cum Druidibus ſeu

seu Sacerdotibus suis: Unde cantiones magistrales, Meister-Gesänge/ natæ sunt. Quoniam tamen potissimùm scribi solent, tolerari scriptura tanquam necessarium quoddam adjunctum potest. v. Dn. Reinking. *d. R. S. & Eccl. L. 1. cl. 2. cap. 5. n. 50. seqq.* B. Ungeb. *Ex. II. q. 6.* Nobis distinguendũ videtur, ut Lex abstractivè & ut ens per se considerata, in scriptam & non-scriptam dividatur, & à scriptura planè præscindat; quod fieri non posset, si de ejus essentia esset scriptura. Si verò in prædicatione conjungatur lex cum scriptura, ut ens per accidens constituat, & Lex scripta dicatur, tunc scriptura utique de essentia legis scriptæ erit, perinde ut proceritas de hominis longi; albedo de essentia parietis albi est. Habent enim & entia per accidens suam essentiam. vide planissimè hæc ante nos tradentem Magnif. Dn. Joh. Strauchium pronuper ad nos reducem *Diss. I. th. 6. pag. 4.*

Post duos menses] Equidem lex confestim à momento promulgationis operari & obligare incipit, adeoque Justinianus constitutione suâ non coarctare vim legis voluit, sed finem ignorantiæ & aliis cavillationibus ponere; Ita enim, ut qui præsentes publicationi fuisse convincuntur, statim ex tunc obligati sint: qui absentes noscuntur, pro his ignorantia præsumtivè militet, donec & hos scivisse probetur. Post lapsum spatii bimestris ipsimet allegantes ignorantiam probare, & scientiæ præsumtionem elidere teneantur. *l. f. ff. de Decret. ab ord. fac.* Quanquàm laudato huic spacio locum quidam relinquant in generalibus legibus; quasi decreta particularia mox à publicatione ligare incipiant, cùm spacium angustius, subditi pauciores sint, possitque adeò statutum celerius se diffundere: quod probant, quia dicta Novella 66. de Constitutionibus Principum loquitur. Sed enim, utrobique par ratio est, Absentia, & inde orta ignorantia: & solent Principum edicta pluribus locis prælegi & affigi, certè in locis principalibus & frequentioribus. v. Gudelin. *d. l. p. m. 227. seq.*

Th. XXI.

Leges omnia determinent] Ac quàmvis Legumlatores omni studiô eò annitan-

tan-

Th. XXI.

Cùm ex doctrina Principis Philoso- D. Struv.

H sopho-

D. Struv. sophorum utilissimum sit, leges ita latas esse, ut omnia determinent, & quàm paucissima relinquantur Judicibus; *e* nullo jure Jurisprudentia nostra, quòd nimiâ legum multitudine laboret, reprehenditur. Tantum enim abest, ut nimia illarum sit multitudo, ut etiam ob varietatem negotiorum infinitam, & dum natura novas subinde formas edere deproperat *l. 2. §. 18. C. de V. J. E.* plures ferri debere ac promulgari, experientia satis superque testetur.

e conf. Ex. I. th. 4. junct. Ex. II. th. 47. in f.

tantur, adhuc tamen cum Autore in fine hujus thes. fateri necesse habemus, nova subinde emergere negocia, legibus anterioribus nondum determinata, ut vel interpretatione extensivâ priorum, vel sanctione novarum legum sit opus. Ea enim quæ futura sunt, Legislatorem æque ac alios latent homines; accedit contradicendi studium, ad quod à natura quasi feruntur homines. Aliis igitur legem sic, aliis aliter interpretantibus, vel eo modò novâ Principis decisione est opus. Cujus rei exemplum in nostro etiam jure Saxonico deprehendimus. Cùm enim seculô superiori inter ejus Interpretes variæ dissensiones vigerent, ac Statûs provinciales ad Electorem Augustum querelas deferrent, multoties super eadem causa à diversis Collegiis diversa reddi responsa, jussa fuerunt controversa inter se capita designare, quibus conciliandis viri docti & prudentes è Consiliariis aulicis ac provincialibus, nec non Facultatum juridicarum ac Scabinatûs Assessoribus præfecti sunt, quorum conclusa postmodùm Elector approbavit ac sub Constitutionum titulo publicavit; eoque ipso altercationes sopivit. Sed fomitem ac fontem ipsum non sustulit aut obstruxit. In diversas enim opiniones successu temporis rursus itum fuit. Quare hôc seculô Elector Joh. Georg. hujus nominis primus novarum disputationum puncta conciliavit, emissâ processûs judiciarii novâ ordinatione. Quâ ratione rem omnem credidisses peractam. Verùm, paucis abhinc annis modernus El. Sax. Joh. Georg. II.

plus-

plusquàm nonaginta capitula inter suos JCtos controversa novis sanctionibus definire necesse habuit. Utrum hic disputationum finis sit futurus, posteritas dicere poterit.

Paucissima Judicibus] Equidem non confestim, ubi mens legis alicujus paulò est obscurior, ipse Princeps est inquietandus, sed Judicum officium ad interpretationem adhibendum, conf. Dn. Struv. *Ex. II. th. 47. in f.* Quoniam tamen & hi affectibus humanis expositi sunt, ac mentes eorum falli possunt, sicuti manûs obstetricum, de quibus Pontifex *in c. 14. x. de Probat.* Ideò consultius est, omnia, quantum possibile, legislatoriâ & sic authenticâ dispositione certa constituere, ut judices canonem aliquem inveniant, quem sequantur. Causas autem illas vocant arbitrarias, earùmque insignem catalogum collegit Menochius in tractatu, quem de Arbitrariis Judicum quæstionibus inscripsit. Sic & pœnarum arbitrariarum mentionem facit Autor noster *paulò infra D. III. th. 6.*

Nimiâ legum multitudine]. Non imus inficias, si vel solum Jus Romanum computemus, admodùm multas ibi leges inveniri. Ex computatione enim Johannis Sithmanni, Regii in Gymnasio Stettinensi Professoris, *in nucleo suo pandectarum*, in solis Pandectis 8145. leges sub 442. titulis continentur. Lehmannus in chronico Spirensi *Lib. V. cap. 59. pag. 512. col. 2.* longè plures asserit, nempe 9198. quibus addit textûs Codicis 4554. nec non 166. Novellas: Quòd si juris Canonici capitula & canones, quorum in solis Gregorii Decretalibus 1959. sub 185. rubricis inveniuntur, adnumeremus, quantitas oppidò ingens evadet. At verò, nec de solo juris civilis corpore loquitur Autor, sed de universa Jurisprudentia, quæ in Germania nostra præter Jus commune, in recessibus Imperii contentum, innumera statuta, ordinationes & consuetudines particulares sub se comprehendit; ut adeò de superfluitate & abundantia legum longè fortius convinci videatur. Ex qua pluralitate, quæ incommoda oriantur, disputatum vide in allegato Lehmanni loco. Verùm enim verò, quantum ad Jus universum attinet, videtur ab Adversariis fallacia compositionis & divisionis committi. Si omnia particularia cum jure

universali jungas, multa sunt, sed tunc nec omnia ubique valent. Jus Canonicum minimam sui partem in Imperio; Jus Saxonum ne in patria quidem sua integrum observatur; quid Svevis cum Frisiorum Satutis? & ita consequ. Transeundum itaque per singulas Germaniæ provincias, in quavis earum computandi suorum Statutorum articuli, & quas ex jure communi in subsidium vocant leges, adjungendæ: certè paucas fore constabit, quas quælibet earum observat. Quantum deinde ad Jus Romanum in specie attinet, omnes quidem textûs vulgò legum appellatione insigniri videmus, sed nec omnes coquos esse constat, quos cultros gestare deprehendimus. Quia enim in artis formam redigi debuit, multa inserenda fuerunt, quæ ad artificium, ad definitiones, divisiones, vocum explicationes, ad Juris historiam & constitutionem in genere, & similia, pertinent: hæc ubi demas, pone plusculas remanere leges, multæ tamen parallelæ, & synonymæ sunt, repetitæ, divisæ, aut verbis diversis, sensum eundem referentes. Materiæ quædam planè intactæ relinquuntur. Sic nullas in Jure Justiniano inveniri LEGES VESTIARIAS, Besoldus *in diss. de Præm. & pæn. & Leg. cap. 9. §. f.* maximè tamen necessarias, asserit; quippe quæ statum ac dignitatem personarum etiam extrinsecus discernunt & ostendunt. conf. Ordn. und Reform. guter Polic. Anno 1548. Tit. Von Unordn. und Köstligk. der Kleider. & A. 1577. eod. tit.

Th. XXII.

D. Struv. Princeps supremâ præditus potestate, leges civiles ita subjectas habet, ut iis solutus *f* esse videatur,

f v. Ex. II. th. 8. seqq.

l. 31. ff. de LL.

Nov. 105. c. 2. §. 4.

cum summo enim imperio pugnat legi-

Th. XXII.

Princeps legibus solutus] Agitur in *h. n. th.* de objecto & effectu legum, ad quosnam vires obligationis suæ extendant, Utrum ipsum vinciant Legumlatorem? Status controversiæ ab Interpretibus variè formatur: An Princeps sit solutus legibus? Utrum Imperator sit solutus legibus? diversissimô sanè effectu: quia Imperator noster Germanus non est Princeps absolutus? Autor noster textûs Juris ad speciem super hoc articulo

ticulo pugnantes invicem distinctionis fœdere studet conciliare; Secernendo videl. officium à potestate. Idem sentit B. Dn. Hahn. ad Wes. *n. 7. b. p. m. 75. in verb.* Principe exceptô. Absolutam enim potestatem cogere nemo potest; nihilominus si cives suos ad legum suarum observantiam pronos efficere studet, commodius id non præstabit, quàm propriis insistendo præceptis: quô enim majori religione ac reverentiâ Principem plebs animadvertit suas colere leges, eô fortiori studiô easdem servare annitetur; nam Regis ad exemplum totus componitur orbis. Si credas, pœnis refractarios coërceri posse, Principe quantumvis contra legum tradita veniente, non falleris equidem, sed id non est artis opus, cuilibet tyranno proprium: cives utraque ratione in officio continentur, sed quæritur, quis commodior, aut principe dignior? imò uter securus magis? certè pudor magis à peccato quàm pœnæ metus abstrahit. add. Suth. *diss. ad Inst. 1. aph. 83. & de Jurisdict. §. 31.* Cœterùm de hac Qv. uberius vid. ap. B. Carpz. *ad L. Reg. c. 2. sect. 1.* Grot. *de I. B. & P. L. 2. c. 4. n. 12.* B. Ungeb. *Ex. II. qu. 5. pag. 60.* Fachin. *Lib. I. cap. 2. & L. XI. cap. 2.* Bronch. *Cent. I. qu. 11.* Huc quadrat & illa Qu. An Princeps Augustæ privilegia tribuat, quæ ipse habet? ap. Pac. *Cent. I. q. 13. pag. 11.*

D.Struv. gibus subjici, obligari *Nov. 23. c. 2.* Cum officio tamen boni imperantis non pugnat, sed illi probè convenit, leges quas ipse tulit, servare, nihilque magis propriū est imperii, quàm legibus vivere. *l. 23. ff. de Legat. 3. l. 4. C. de LL. l. 3. C. de Testam. §. f. Inst. Quib. mod. testam. infirm.*

Videatur] particula hæc non improprietatis, sed modestiæ & temperamenti h. l. signum est. Frustra sunt, qui propterea negant Principi hanc libertatem, dum divinas, naturales & gentium leges excipiunt: Autor præoccupavit, ad civiles suam restringendo thesin. Nec est, quod cum Scholasticis vim legum directivam separemus à coactiva, ut de priori negemus, de posteriori verò asseramus: displosit hoc commentum Dn. Petrus

Musæus, hodie Inclutæ Christian Albertinæ Universitatis Theologus Professor, in *peculiari quadam super hac Qu. disputatione Ao. 1644 heic habita*: licèt dictam distinctionem ante ipsum Do. M. Hieronymus Prætorius An. 1615. in eadem cathedra asseruerit *Disp. de Rep. in genere, secunda. canone 7.* Cæterùm contra thesin nostram sequentia solent adferri; (1.) In quo Statu Populus Rom. fuit tempore Politiæ & Democratiæ, in Rep. libera; in eo erit Princeps in Rep. occupata tempore Monarchiæ: Atqui is, etiam universim sumptus subfuit legum obligationi. E. & Princeps. *Maj. prob.* quia non potuit plus juris in Principem conferre Populus, quàm ipse habuit: Surrogatum sapit naturam ejus cui surrogatur; qui succedit in locum, succedit in jus. *Min.* prob. per *l. 2. ff. de Duob. reis:* ubi dicitur, quòd id quod singuli debent, omnes debeant. ℞. 1. *ad Maj. Neg. conseq.* non omnis successio fit cum iisdem qualitatibus; nec rarò successores de facto sibi plus quàm licet, attribuunt, & dum nemo contradicit, jus aliquod præscriptione quærunt. 2. *ad Min.* ℞. *Neg.* exinde probari quod intenditur. Plures rei debendi in solidum objectivè tenentur, ut quicunq; ex iis convenitur, integram teneatur solvere summam, nec oblatione quotæ & ratæ liberetur: non subjectivè; h. e. non faciunt exinde communitatem quandam, quæ collectivè sit obligata. Hinc, licèt singuli, seorsim ac distributivè accepti, in populo Rom. legibus fuerint obligati; non tamen collectivè sumpti: nam Populus ut universim, ut integrum corpus, ut persona mystica acceptus, singulis, nempe dispersim sumptis, imperavit (2.) Affertur, quod non absolutè, purè & categoricè asseratur illa solutio à legibus, sed in *d. l. 23. de Leg. 3.* ita dicatur: Eas Principem servare leges, quibus videatur esse solutus; quâ restrictione innuatur superesse quasdam quibus parere invitus teneatur: Si ergò servare decet eas, quibus est solutus, servare cogetur eas, quibus non est solutus. ℞. Postulatum hoc pro certo haberi, & sic peti id quod est in principio: negamus superesse quibus solutus non sit. Nec ea dicti textûs mens est, sed ampliativè dicitur, Decere Principem, utcunque solutus sit legibus, eas nihilominus observare.

Th. XXIII.

Th. XXIII.

Sed & extrajudiciales] Quæstio huc recidit: Utrum ad hoc, ut pro consuetudine quid recipi debeat, sit necesse, judiciô contradictoriô receptum esse? sive, ut contradictum quidem, sed per sententiam obtentum sit? *Videbatur quòd sic*: (1.) quia quàmdiu Princeps actuum est ignarus, tamdiu silentiô non potest approbasse: Atqui privatim gesta ignorat, in judicio demum gesta sunt notoria. E. extra judicium gesti actûs non inducunt consuetudinem. (2.) quia Ulpianus in hanc judicialem contradictionem tanquam notam consuetudinis characteristicam jubet inquiri. *l. 34. ff. h. n. t.* Ad quodcunque E. in re quapiam respectus haberi jubetur, id ad eam quoque requiritur. Facit (3.) quod Alexander Imper. Præsidem ad ea respicere jubet, quæ in eodem controversiæ genere sunt servata. E. ad altercationes judiciales remittit. Sed, *Contrarium videtur*. Quippe (1.) in alleg. *l. 38. ff. h. n. t.* expresse à rerum judicatarum autoritate, sive præjudiciis distinguitur consuetudo; adeoque duplex Juris non-scripti fons innuitur: Actus nempe tam extrajudiciales, quàm judiciales. Ac (2.) si adeò præcisè actûs judiciales requiras, nusquàm ulla invalescet consuetudo: Si enim unico actui contradicatur, jam interrumpitur continuum consuetudinis, & omnes actûs sequentes erunt reprobati. Potest etiam (3.) de aliis negociis in-

Th. XXIII.

D. STRUV.

Consuetudinem *g* non actûs solùm judiciales; sed & extrajudiciales *h* inducunt

l. 38. ff. de LL.

ejusque tanta vis *i* est, ut legem tollat.

l. 32. §. 1. ff. de LL.

Quia verò facti est, ab allegante venit probanda *k*,

l. 1. C. quæ sit long. consv.

arg. l. 10. C. de Non num. pec.

Geil. *1. Obs. 36. n.* 16.

An autem Doctori *l* excellenti de consuetudine testanti plena fides habenda sit? non caret controversiâ; Nobis negativa magis arridet:

arg. l. 12. ff. & l. 9. §. 1. C. de in Test. m

Cothman. *vol.* 1.

g Ex. II. th. 18.

h v. ib. th. 20 in m.

i th. 22.

k dict th. 20. v. Præsumitur. th. 21. & Ex. XXIIX. 8.

l d. th. 21. in m.

m v. Ex. XXIIX. th. 36.

Con-

Consil. 13. *num.* 73. *seqq.*

introduci consuetudo quàm quæ in judicium deducuntur. *Ad* (1.) *E. R. Neg.* Min. quia sicut non omne in judicio gestum, est notorium; exemplô eorũ, quæ testes deposuerunt: & infra *D. XXII. th. 10.* exceptiones dicuntur notoriæ, & tamen Judici ignotæ. Ita nec quicquid extra judicium fit, obscurum & incognitum est: nec quidquid notorium est, in judicio gestum esse dici potest. Præsupponimus tamen, actûs, de quibus sermo est, non clam, sed in conversatione exercitos fuisse. *Ad* (2) ℞. 1. Contradictio judicialis non inducit, sed inductam probat consuetudinem: non enim constitui, sed confirmari dicitur *d. l. 34.* quæ, utpote de potiori specie loquens, non est exclusivè intelligenda. 2. JCtus ait: Primûm & ante omnia ad hunc modum tanquam firmiorem respiciendum: vincet E. si non hôc, tamen aliô probatô. JCtus ordinem solùm procedendi monstrat. *Ad* (3.) ℞. *dist.* inter præjudicia & consuetudinem: hæc potior. conf. Aut. *infr. D. XXI. th. 6.* B. Hahn. *Wes. h. p. m.* 57. Coll. jur. Arg. *h. th. 37. p. m.* 24. Bronch. *Cent. I. q. 10.*

Legem tollat] Non quia fortior, sed quia posterior: Non tollit, sed vincit: qui effectus non præstantiæ consuetudinis, nec autoritati, nec rationis præstantiæ adscribendus; Eandem enim & Lex & Consuetudo agnoscunt causam, supremam sc. potestaté; Quæ connivendo actibus legi abs se publicatæ contrariis, id ipsum tacitè agit, quod legem sanciendo expressè fecit. Ut adeò non malè *d. l. 2. C. quæ sit long. consv.* neget Tolli legem consuetudine. Quod ipsum Imperator *§. f. I. de Libertin.* innuere videtur mihi: Quando Dedititiorum conditionem in desuetudinem abiisse, Latinorum verò nomen non frequentatum fatetur, & eo non attentô, tamen suis se decisionibus ea planè abrogasse dicit: quô non fuisset opus, si solâ desuetudine leges credidisset sublatas. Sed quæstionem hanc uberius tractatam vid. ap. B. Ungeb. *Ex. II. qu. 8.* Bronch. *C. I. qu. 9.* B. Hahn. *Wes. de LL. p. m.* 86. Zœs. *h. n. 32.* Perez. *C. h. t. n. 11.* B. Fiebig. *D. I. qu. 9.* Schotan. *exam. jur. p. m.* 49. An consuetudo legem possit interpretari? Pac. *C. I. qu.* 15.

Facti

Facti est] Consuetudo Jus est, non Juris. Facti est, non factum v. B. Carpzov. *p. 2. C. 3. d. 22. n. 2. & p. 2. C. 39. d. 29. n. 7.* ex pluribus quippe actibus atque factis uniformibus circa idem negotium exercitis, tanquam sua materia & partibus exstruitur: quæ facta non præsumuntur, sed probanda sunt. *vid. infr. XIII. 18. n. 1.* Ubi verò ad suam pervenerit perfectionem ac notoriè constat, juris instar habetur. Facti ergò est, ratione originis. Jus est, ratione formæ & operationis. Quot autem facta seu actûs, & quantum tempus requiratur? non certò constat. Sunt qui duos sufficere actûs existimant. v. Bronch. *C. I. qu. 8.* Tot certè necessarii erunt, quot notitiam apud Principem, de cujus conniventia agitur, inducere possint. Sunt, qui Decennium requiri putant. v. Bronch. *d. l.* B. Ungeb. *Ex. II. q. 7. p. m. 71.* Sed vid. Disp. nostr. de Silentio. *cap. 2. n. 14. 15. 16. 17. & 18.* B. Carpz. *p. 2. C. 3. d. 21.*

Doctori plena fides] Benè Autor! Licet enim perito in sua arte credendum. *arg. l. 12. ff. de stat. hom.* ubi autoritate Hipocratis partus septimestris judicatur legitimus: gradus tamen fidei sunt observandi; & ubi de facto agitur, testimonium unius ad plenam probationem non admittendum. *vid. infr. D. XIII. th. 29.* Licet ipse Judex sit. B. Carpz. *p. 2. C. 3. d. 22. n. 2. & Cent. 1. Decis. 3.* Sumus enim Doctores Juris, non facti. Si tamen ab Advocato de stylo curiæ in quo diu versatus est, attestatio haberi potest, firma nascetur præsumptio. v. B. Hahn. *h. verb. Quia peritis p. m. 88.* ubi simul de Modo, quô consuetudo probanda, tractat; de quo consul. etiam B. Carpz. *ad p. 3. C. 38. d. 9. n. 3. & p. 2. C. ib. d. 7. n. 11. & p. 3. C. 15. d. 28. n. 8. & sim. locis.*

Th. XXIV.

Æquitas, quatenus attemperatio quædam & directio est juris legitimi & positivi, & sic in arbitrio Judicis ali- cujus D. Struv;

Th. XXIV.

Æquitas] Ratio connexionis, qua utitur Autor, ut ad hoc argumentum delabatur, est, quia egit hactenus de lege scripta & non-scripta, & circa utramque officiô & potestate Legislatoris: subjungendum nunc de JCtorum, Judicum & Advocatorum circa utramque, officiô & pote-

D.Struv. cujus vel Jurisprudentum posita, non potest esse scripta; *n* sed omnis est non scripta

n v.Ex.II. th.44.

l.16. ff. de Cond.& demonstr.

Franzk. *in Comment. ad tit. ff. de J. & J. n. 48.*

Ejus in omnibus causis potior quàm stricti juris ratio haberi debet

l. 8. C. de Judic.

modò non sit cerebrina, *o* sed ex ipsis legum visceribus & arte juris eruta. de quo vid.

o conf. ib. th.48.inf.

Reinking. *de R. S. & Eccl. L. 2. cl. 2. cap. 12. n. 13.*

potestate: quæ consistit in lege ad factum applicanda, per interpretationem vel simplicem, vel extensivam, vel restrictivam, & ubique pro norma & fundamento habenda est æquitas: h. e. quia verba legis civilis deficiunt, & solùm per consequentiam decisio inde sumenda, probè attendat Judex, ut eam textui affingat mentem, quæ juri naturali sit convenientior, & quam verosimiliter ipse Legislator consultus amplecteretur: jus enim civile omne è jure naturali est depromptum. *l. 6. ff. de J. & J.* Unde constat, quid sentiendum de dogmate illo: dari æquitatem aliam naturalem, aliam civilem, de quo consul. Suth. *Diss. I. aph. 25.*

Non potest esse scripta] Ex antè dictis patet, æquitatem, quam hic intelligimus, esse ipsum rationis dictamen, & jus naturæ, quod juri civili passim inspersum est. Quia itaque datur Jus civ. scriptum & non scriptum: Quæstio nata: Utrum & æquitas alia scripta, alia non-scripta? Certè omni juri æquum & bonum inest, *th. 1. inf. h.* E. & consuetudini. Sed lusus in vocabulo, & aliud æquum, aliud æquitatem esse videtur. Materialiter omni juri æquum inest, jus civile nunquam in totum à jure naturæ recedit: sed cùm legi positivæ ob rigorem, quem aliquo casu continere potest, temperamentum & moderatio aptanda venit, ea utique ex principiis juris conquirenda, scrutanda, & singulari artificiô de quo *th. 3. sup.* eruenda: quâ industriâ, si à Legislatore decisum legi scriptæ insertum, non foret opus, adeoq; æquitas formaliter considerata in tantum non est scripta, ut juri scripto potius contradistinguatur, & ad eum in hujus solum defectu recurratur, vide B. Ungeb. *Ex. I. qu. 9.*

Ejus

Ejus potior ratio] Summum jus summa injuria: in dubiis benignior interpretatio amplectanda: *l. 91. ff. de R. J. l. 14. §. 13. in f. ff. de Relig. & sumt. fun.* ubi verò jus certum est, Judex non potest lege benignior esse. *l. 12. ff. Qui & à quib. manum.* In extremè obscuris potius Imperator ipse consulendus. *l. 1. & f. C. de LL.* add. Bronch. *Cent. I. quæst. 5.* Fachin. L. *I. cap. 3.* & *L. XI. cap. 3.*

Ad Tit. IV. De Constitutionibus Principum.

Th. XXV.

Lege regiâ] Ratio & fundamentum, quare *titulum IV. de Const. Pr.* huic thesi præfixerim, est, quod viderim Autorem in ea de via, quâ Princeps ad Legislatoriam pervenerit potestatem, agere; quam aliam non reddit, quàm famosam illam Legem Regiam, de qua tamen, utrum ens an non-ens sit, adhuc sub judice lis est. Prius pro certo ponit B. Ungeb. *Ex. II. qu. 4.* Alii, quòd nec Livius, nec Tacitus, nec ullus ejus temporis alius Historicus ejus mentionem faciat, de existentia ejus dubitant: quæ *Martini Schokii*, Professoris olim Groningensis, hodiè Francofurtani adversus Coccejum disputatio fuit; usque huc continuata, ut ex nupero illius tractatu de quadruplici lege regia apparet. Certè, Principes semel possessione nacti, vel præscriptione tuti esse poterunt, lege illâ quantumvis evictâ. conf. Joh. Frid. Scultetus. *Disp. inaug. de Leg. Reg. 1662. Witebergæ. Klengelio Præside habita.*

Principi & in Principem] Optimè Autor phrasin Imperatoris Ei & in eum, § 6.

Th. XXV.

D. STRUV.

Lege Regiâ sub Augusto Imperatore latâ, omne imperium Principi & in Principem, non cumulativè sed abdicativè est translatum.

l. 1. pr. ff. de Constit. Princip.

§. 6. Inst. de J. n. g. & civ.

l. 2. §. 11. ff. de Or. jur.

l. 1. §. 7. C. de V. J. E.

h. e. non potestatem solùm populus Principi tribuit; verùm, cùm summum jus retinere, vel de eo aliquid

 par.

D.STRUV. participare potuisset, illo se spoliavit, & Principem instruxit.

Govean. *2. var. lect. 30.*

Hortens. *ad §. 6. J. de j. n. g. & civ.*

§. 6. J. de j. n. g. & c. explicat. Populus videlicet omnia jura activa & passiva, quæ populo adversus alios, & aliis adversus populum competebant, cessit Principi adversus alios exercenda & tuenda: quæcunque ergò literæ quondam ad Senatum Populumque Romanum dirigebantur, hodie ad Principem dirigendæ: & quæ olim sub nomine Senatûs concipiebantur, hodie sub Principis nomine. Neutiquam itaque necesse est, legere vel exaudire: Ei & in se: quasi vel Princeps potestatem in se ipsum acceperit: vel in Populum: Prius esse nequit. Si posterius, quare inseritur particula ET: cur non dicitur Ei (Principi) in se (Populum?) Nusquam clarius hæc quàm ex *§. 4. & 6. J. de Fideic. her.* ubi aliquoties illa phrasis recurrit, hauriri possunt, quæ de activi & passivi juris transitione diximus.

Non cumulativè] Non perpetuum Vicarium populus Principem constituit, cujus ministeriô, ut hactenus Senatûs, uteretur; nec mixtam regiminis speciem ex Monarchia & statu populari effecit, quia enim hæc duo extremè sibi contrariantur, misceri vix possunt; sed deletâ planè liberâ Reip. formâ jus omne Principi cesset, perinde ut in annuis Magistratibus successori fasces Imperii nihilô sibi de potestate retentô, tradit, qui hactenus administravit. Toleraverunt tamen aliquandiu Principes Legislatoriam Senatûs potestatem *l. 9. ff. de LL.* ne spoliatus omni jure ex recondatione pristinæ felicitatis imperatorum] statum adhuc recentem turbaret: eô postmodum firmatô Senatum & hôc jure privavit *Le. Imp. p. suam Nov. 78.*

Th. XXVI.

Princeps privilegia per modum conventionis ac titulô onerosô quibus-

Th. XXVI.

Per modum conventionis] Dum paulò superius Principem ab observantia legum absolvimus, nova suboritur quæstio: Utrum contractibus secum initis, vel privilegiis à se vel antecessoris indultis

dulcis stare teneatur? Separatim Autor, & nos cum eo de his videbimus, & (1.) quidem de Privilegiis: Circa quæ distinguit Autor, Onerosô an lucrativô titulo fuerint quæsita: per modum contractûs an liberalitatis & donationis tributa: quasi posteriori casu pro lubitu revocare queat, forsan quod injuria non fiat donatario, cui hactenus benè fuit factum, ac sufficiat ipsi vel in paucis largitatem Principis esse expertum. Quoniam tamen præsupponimus, non nisi benè meritis, non nisi re probè deliberatâ immunitates concedi, durum existimamus, id quod purè & in perpetuum datum, sine causa adimi: Principis enim Clementia terminos ignorat, variatio ipsum non decet, & si merita non antecesserunt, certè secuta sunt beneficium. Quod si tamen propriæ indigentiæ, belli vel publicæ utilitatis prætextu adimantur, æquum æstimamus quidem, ut ex mutua gratitudine beneficiarius tantisper cedat, ita tamen ut cessante causâ recuperet, ne levitatis, inconstantiæ, avaritiæ, sordium & astutiæ reus arguatur Princeps. v. Rumelin. *ad A.B. p.2. diss. 8. th.12.* (2.) de Contractibus tractatur *infra Diss. XXV. th. 23. circa f.*

Cum extmneis] Extraneorum intuitu Princeps non ut Princeps, sed ut quivis alius privatus, honoratior tamen, atque ut civis Reip. Rationis consideratur, nec ullius prærogativæ aut à legibus immunitatis compos æstimatur: Sicuti ergò

D. STRUV: busdam, etiam subditis, concessæ sine justa privationis causa revocare non potest; cum pactis & contractibus, sive cum extraneis, sive cum subditis initis, naturæ & gentium jure *p* obligetur *p conf. Ex. II. th. 9. & 30 & Synt. feud. VII. 9.*

l. 1. §. 1. *cum seq. ff. de Off. Procur. Cæs.*

l. 15. *ff. de Publican.*

l. p. C. de Don. int. vir. & ux.

l. 2. C. de quadrien. præscript.

l. 2. C. Ne fiscus rem quam vend. Lib. X.

l. prædia. 5. C. de locat. præd. civil. Lib. XI.

Carol Tapia *in l. f. ff. de Constit. Princ. part. 2. c. 9.*

Baro Enenkel. *de*

I 3 *Pri-*

D.Struv. *Privil. Lib. 3. c. 8. & 9:*

ergò extraneo Principi, ita & exteris non-subditis ad observationem contractuum & privilegiorum tenetur. Ex quo capite Societas Hansæ Teutonicæ non immeritò apud Magnæ Britanniæ Monarcham paucis abhinc annis adversus edicta 1660. in suorum privilegiorum præjudiciorum publicata conquesta est. Simile edictum à Parlamento d. 9. Oct. 1651. emissum ejusdem tunc eadem de causa revocari petiit: de qua materia v. Magnif. Dn Marquart. hodie Reip. Lübec. Consul. *in suo Tr. de jure commerc. sing. Lib. IV. cap. 3. n. 28. seqq.* Alia (5) Quæstio est, an & in quantum Princeps successor Antecessoris facta præstare teneatur? de qua consul. Dn. Tabor. *penul. tract. de Oblig. success. in offic.*

Cum subditis] Et hoc urgebat Procurator Ordinum Frisiæ, quando abjuratô Hispaniarum Rege prædium quoddam ab ipso venditum nomine Ordinum revocabat, Non licuisse Regi venire adversus pacta cum Ordinibus de Domanio suo, sive bonis fiscalibus non alienandis; de qua lite vid. Joh. à Sande *Lib. III. Tit. 4. def. 1. p. m. 151. col. 1.* ubi Bodinum Vasquium & Cabotium laudat.

Ad Tit. V. De Statu hominum.

Th. XXVII.

Homines *q* à natura vel sexu in mares & fœminas *l. 9. ff. de Stat. hom.* à statu *r* seu conditione in liberos & servos *s* *pr. Inst. de jur. pers. l. 3. ff. de Stat. hom.* qui-

q. v. Ex. III. th. 2.

r ib. th. 5. seqq.

s ib. th. 9. seqq. & th. 30.

Th. XXVII.

Natura vel sexu] Ita Justinianum quoque Naturæ vocabulum pro sexu accepisse, Interpres ejus Gotofredus *ad Nov. 118. cap. 1. pr. mihi lit. I.* observavit. Moveri solet de fœminis quæstio: An sint homines? Rationem suppeditavit Paulus librô 5. sententiarum, relatus *in l. 38. §. 5. ff. de pœn.* dum homini mulierem opposuisse videtur. Verùm, hominem ibi JCtus non opponit Non-homini, mulieri; sed ut genus certæ speciei: quia enim sexus embrionis adhuc latet, hominem citra errorem appellat: opponit itaque mulierem & hominem, intelligens prægnantem & fœtum. Habet autem

autem divisio hæc suum in nostro jure usum, quia in dotium, intercessionum & aliis materiis peculiaria pro mulieribus jura sunt statuta, ita ut ex quandoq; melioris; ut in dictis articulis; quandoque deterioris, quàm mares sint conditionis: ut in causis successionum & publicarum functionum. vid. B. Carpz. *tr. pecul. de Jure fœm. singulari.* Qui & *L. 2. Jurisprud. Consist. d.16.* Hermaphroditos juxta eum refert sexus dijudicandos, in quem post inspectionem à natura magis inclinare deprehenduntur.

Quibus & Statuliberi.] Isti enim de libertate nil præter nomen participant, ac propterea sic dicuntur, quod statuta ac deputata seu promissa sit ipsis libertas. Nihilominus à quibusdã hic status eorum in dubium vocatur, iisque in libertatem vindicantur, eo argumentô: Cujuscunque rei præstatione is qui servum debet, non liberatur, illa non est servus. Atqui præstatione Statuliberi, debitor servi non liberatur. E. *Maj. prob.* quia liberamur utique solutione ejus quod debetur. *Min. prob. per l. 38. §. 3. ff. de solut.* Sed Resp. Maj. tali contrariô Syllogismô: Quidquid aliquo casu retrò convalidatur, istud non fuit ipso jure nullum & ex se, sed quodam accidenti. Atqui deficiente libertatis conditione, convalidari potest præstatio statuliberi, quia effectivè tunc pro servo teneri potest à creditore. E. Cessat liberatio, non quasi statuliber non sit servus absolutè, sed certô resp. quia acceptans eum non est securus de defectu conditionis. add. B. Ungeb. *Ex. II. qu. 12. p. 57.*

quibus & Statuliberi *t* annumerantur D. STRUV. *t v. Ex. XL. th. 49*

l. 9. pr. l. 16. ff. de Statulib.

l. 11. pr. ff. de legat. 2.

dividuntur. Adscriptitii *u* mediæ sunt conditionis, utpote qui solius Domini intuitu servi, quoad reliquos liberorum jure fruuntur. *u v. III. 22. & XL. 70.*

l. 21. C. de agric. & cens. Lib. 11.

l. 1. C. de præd. Thamias Lib. 11.

l. 6. §. 5. C. de his qui ad Ecclesi. confug.

quibus nostrates homines *x* proprii fermè comparandi *x dict. Ex. III. th. 23. & XL. 70. seqq.*

Husan. *de hom. prop. c. 2. n. 35.*

Ad-

Adscriptitii mediæ conditionis] Nam (1.) status, qui est anima quædã civilis, ac formalis liberorum à servis differentia, ipsis negari nequit; cùm manumissione non habeant opus. *l. 21. in f. C. de Agric. & cens. Lib. 11.* In qua (2.) & servis cœteris contradistinguuntur, add. *d. l. 1. C. de Præd. ibam. d. l. 6. §. 5. C. de his qui ad Eccl. l. 1. C. de infant. expos. l. f. C. de Transact.* (3.) quia propriis pactionibus tales evadunt: Quod si E. h. m. & servi fierent, foret id contra *l. 10. C. de liberal. caus.* Sunt tamen in aliqua Domini potestate, sed quæ magis obfuscet, quam extinguat statum; cùm non personæ propter eam, sed mediatè & in consequ. propter prædium perpetuò conductum imperet, prout ex *d. l. 21.* constat: Et huc respicitur, dum servi dicuntur, conf. B. Ungeb. *Ex. II. q. 11.* qui tamen dissentit.

Nostrates homines proprii] Tantopere ergo servitutis personalis materia non spernenda: cùm passim in Germania reperiantur quos Lassen/ Leibeigene dicimus, servis, exceptô statu, haut absimiles. Controversiæ circa eos occurrentes commodè decidi non possunt, quin subinde ad Jus Rom. de servis dispones, tanquam argumentum vicinum recurras. Addatur huc elegans tract. Dn. Dav. Mœvii, huc faciens, sub titulo, Von Abfolg der Bauers-Leute: it. *Eclog. 38. & 39. ad §. 1. J. de libertin.* Dn. Joh. Philippi. Omnino itaque doctrina hæc utilitatem habet & addiscenda est. juxta effatum B. Dn. Hahn. *Wes. h. t. n. 5. p. m. 105. seq.* Nec quicquam tam remotum à foro videtur, quin sagax Advocatus alicubi applicare queat.

Ad Tit. VI De His, qui sui vel alieni juris sunt.

Th. XXIIX.

D. Struv. *y v. Ex. III. th. 35. seqq.*

Patria potestas, *y* utpote quæ ante omne imperium civile fuit, juris est naturalis, *z*

z th. 37. ib.

l. 2.

Th. XXIIX.

Patria potestas juris naturalis] Aliter in hac Qv. disputandum nobis cum Philosophis, & his, qui à jure Romano præscindunt; Aliter cum his, qui principiis juris nostri adhuc insistunt. Priores cum Autore sine dubio faciunt, ut qui-

D.Struv.

l. 2. ff. de J. & J. eaq; in pietate, non in atrocitate α consistere debet, *l. 5. ff. de L. Pomp. de parric.* Unde meritò reprehenditur Bodinus, qui vim illius asperrimam lege Romuli inductam revocari consultum & utile existimat.

Zib. *apud Arum. vol. 1. de jur. publ. disc. 34. posit. 4.*

α *th. 39. ibid. in med.*

quibus vocabula: Parentes, liberi, conjugium, reverentia, obsequium, alimenta, gratitudo & quæ similia huc recurrunt, sunt juris naturæ: cùm insuper ex sententia Aristotelis *1. Pol. 8.* Naturæ lege & præscriptò liberi parentum imperio subjiciantur. v. Grot. *de j. b. & p. L. 2. c. 5. n. 1. 2. & 7.* Bachov. *in supplem. ad disp. 2. de act. p. m. 61.* Franzk. *in auctuario ad Ex. II. p. m. 53.* Hi de utroque parente simul loquuntur, & eatenus non admodùm falluntur. v. B. Ungeb. *Ex. III. qu. 2. in nego. p. m. 118.* Sin juris civ. principia, quibus soli Patri hæc potestas vindicatur, *§. 3. in f. J. de her. qual & diff.* spectemus, adhuc contra Autorem statuendum existimarem. Fundatur quippe jus illud super jure familiæ, & est portiuncula publicæ ac supremæ potestatis, communicata Patribus in vim domesticæ Jurisdictionis, ad sublevandos Magistratûs multis litigiis, majorem potestatis supremæ autoritatem ac firmitatem conciliandam; liberos denique libertate ac perfectione privans, ut non pro principalibus sed alienæ familiæ partibus & instrumento vivo habeantur. Constat insuper ex *l. 2. ff. de R. J.* fœminas à potestate ac muneribus publicis exclusas: Magistratûs & munera civilia non esse juris naturæ, *§. 11. in f. J. de R. D.* Naturam liberos non partes parentum, non imperfectos, non parentibus implicitos produxisse, quomodo E. jus potestatis paternæ adscribemus juri naturæ? certè nulla causa producet effectum sibi contrarium. add. B. Ungeb. *dict. qu. in ajo.* B. Hahn. *Wes. b. n. 1. p. m. 111. in verb. Propria civium Rom.* & quos ibi allegat.

Bodinus] Scil. *Lib. I. cap. 4. n. 22. & 28.* quem tamen refutat Arnisæus *Relect. polit. cap. 4. sect. 2.* add. Reinh. König. *Theatr. polit. part. 1. c. 1. ar. 125.* Pro eo posset afferri quod paulò antè

diximus, ſublevari Magiſtratum, multis gradatim ſubordinatis tribunalibus; quale conſilium Genero ſuo Socer, Jethro Moſi ſuggeſſit: It. longè ſanctiorem cultum à civibus ſuis poſſe ſibi Magiſtratum polliceri, qui parentibus ſuis, hominibus privatis ſubjacere & obſequi adſueti ſunt. Viciſſim tamen reponetur, tribunalia jam tum publica eſſe conſtituta, ut Parentũ Jurisdictione non ſit opus, quibus modicè ſufficiat caſtigandi poteſtas. Civitas inſuper Chriſtiana cultiores civium gignit mores, quàm ut parentibus vitæ neciſq; poteſtatem in liberos parentibꝰ dari neceſſe ſit.

Th. XXIX.

D.Struv. Non obſtante, quòd matrimoniũ ſolo conſenſu β perfici, &, non dotibus ſed affectu contrahi dicatur,

l. 11. C. de Repud.

ad legitimationem liberorum per ſubſequens matrimonium dotalia, vel potius nuptialia inſtrumenta de jure civili γ requiruntur,

l. 10. & 11. C. de Nat. lib.
Nov. 12. cap. ult.
Nov. 18. cap. ult.
Nov. 74. pr.
Nov. 89. cap. 8.
§. f. Inſt. de Nupt.
§. 2.

β *v. Ex. XXIX. th. 20. & 26. pr.*

γ *v. Ex. III. th. 50. verſ. & eum.*

Th. XXIX.

Conſenſu, affectu] Patria poteſtas tum aliis modis, tum juſtis conſtituitur nuptiis: de quarum requiſitis *infra Diſſ. XIV.* agetur. In præſens hoc notandum, eas vel præcedere liberos, vel ſubſequi; ſive, conſiderare vel liberos ſuſceptos vel ſuſcipiendos, adeoque celebrari vel re integrâ vel non integrâ? intendimus vel legitimè ſuſcipiendos, vel ſuſceptos naturales legitimandos. De his ubi agitur, Jus civ. inter alia legitimationis requiſita documentum quoque, quod dotale vocamus inſtrumentum, ſive atteſtatum mutatæ affectionis concubinalis in maritalem, ſubſecutarum nuptiarum & dictæ dotis, quæ inter concubinarios nulla eſt, expoſcit. Neutiquam tamen exinde ſequitur, neceſſariò dotem requiri; ut enim dos ſine nuptiis nulla, ita nuptiæ ſine dotibus multæ fiunt. Hoc ſolum innuitur, eum qui dotem dictam oſtendere poteſt, nuptias ſatis probaſſe: ſumptô probandi argumentô à communiter accidentibus: quotiens enim inſtrumentô continetur aliquid geſtum eſſe,

eſſe,

esse, adhibitis solennitatibus debitis id processisse præsumitur. §.11. & 17. *J. de Inut. stip.* § 8. *J. de Fidej.*

Jure civ. requiruntur] & quidem sub quadam necessitate, Nam quoties hujus legitimationis fit mentio, instrumenti adhibitio per duos ablativos annectitur, quorum officium est, qualitatem, conditionem, modum atque formam dare negocio, at, neglectâ eâ, nullus est actus. Unde dubitare quidam cepe. runt, an legitimi evadant liberi, instrumentô istô non confectô? v. Bronch. *miscell. controv 97. Cent. 1. p. m. 233.* Distinguendum tamen inter necessitatem constitutionis & probationis: de illa negamus, de hac concedimus; asserentes, non ad essentiam sed veritatem legitimationis requiri. Utique status controversia movebitur attestatô isthôc destitutô; sed enim, si nuptias aliunde possit probare, omnino audiendus. Facit, quòd in omnibus allegatis txx. signum solùm pro signato, instrumentum pro nuptiis, continens pro contento ponatur; & præprimis *in l. 5. C. de Natur. lib.* ubi origo & forma hujus legitimationis refertur, nullum Scripturæ vestigium aut instrumentorum mentio reperitur. leg Magnif. Dn. Strauch. hodie feliciter ad nos reducis *Ex. IV. th. 7. p. m. 42.* B. Franzk. *Ex. II. qu. 8.* ibique Fiebig. Cujac. *Lib. XIII. obs. 4.*

Jure Canonicô] juxta cujus principia futuri conjuges ternâ vice è suggestu publicè denunciantur, publicè ad templum adhibitis instrumentis musicis per plateas deducuntur, ibique in facie Ecclesiæ, ac coram pluribus ad hoc invitatis testibus à Sacerdote copulantur, actusque iste actis ecclesiæ inseritur; ut adeò pecu-

§. 2. *J. de her. quæ ab intest.*

Secus verò est de jure Canonico

c. tanta. x. Qui fil. sint. leg.

quod moribus observatur,

Gudelin. *de jur. noviss. Lib. 1. c. 16. §. Porro. in f.*

Cœterùm matrimonium subsequens etiam in articulo mortis d contractum, liberos ex concubina susceptos retrò facit legitimos.

Geil. 2. *O. 141. n. 8.* Mantic. *de Conject. ult. vol. L. XI. c. 13.*

D. Struv.

d *ib. in pr.*

liari attestatô, nisi peregrè profecturi sive aliò migraturi sint, opus nullatenus habeant: sufficiet attestatum è calendario ecclesiastico: ein extract aus dem Ehe- und Tauff-Buch. v. B. Carpz. *ad p. 1. C. XVI. d. 76.*

In articulo mortis] Quo tempore quidem suscipiendæ in futurum sobolis spes cessat, adeò ut quidam crediderint, Ubi certum est, finem obtentum non iri, ibi frustra adhibentur remedia: sed decepti sunt hac suâ credulitate, quippe non agitur hîc de matrimonio in futurum celebrando, sed animus solùm ratione præteriti declaratur. Quàmvis nec erremus, concedendo, utique & futurum intendi, si nim. reconvalescat: quo tempore nec spes omnis de prole foret contraria, & si foret, accidenti, non intentioni imputandum. Nec in contrarium facit *l. 20. ff. de Jur. dot.* Quia stipulatio non annullatur propter matrimonii nullitatem, sed dotis inutilitatem, ut quæ unius momenti nulla esse potest.

Ad Tit. VII. de Adopt. & Emanc. & al. mod. quib. pot. solv.

Th. XXX.

D. Struv. ◦ v. Ex. III. th. 62.

Datus extraneo ◦ in adoptionem hodiernô jure in ejus familiam ita non transit, ut etiam in adoptantis sit potestate,

§. 2. *Inst. de Adopt.* *l. 10.* §. 1. *C. eod.*

§. 14. *J. de hær. quæ ab intest.*

{ *arg. th. 65. ibid. cui add. XXXII. 26. pr. & 36. in m.*

quod & exinde patet, quia præteriri { aliàs in testamento ad-

Th. XXX.

Ita non transit] Autor videtur hæc Antonio Matthæi, cæteroquin dissentienti, dixisse: ut qui *ad pr. Inst. h. n. t.* (1.) provocat ad allegatæ *l. p. pr. vers. Sancimus. C. h. verba: QUASI non fuisset in al. fam. translatus.* Innui his putans, Reverâ filium transire in potestatem adoptantis, atque solùm successionis jure haberi, ac si facta non fuisset adoptio. Quod confirmat porro ex pariter allegato §. 14. *J. dict. tit. verbis: Atq; si in patris naturalis potestate mansisset.* E. putat, reverâ transiit. Verùm, particula QUASI non semper similitudinem & fictionem significat, sed non rarò etiam pro veritatis expressiva accipitur. *v.* §. 1. *vers.*

vers. sin autem ille I. de empt. vend. l. 3. §. 10. ff. de Min. l. 25. in f. pr. ff. Locat. Subaudienda itaque & supplenda verba: Sicut etiam reverâ in al. fam. translatus non est, & reverâ in patris naturalis potestate mansit. (2.) urget Matthæus, quòd adoptivus noster à suo Patre fictitio possit emancipari. *d. l. p. in f. pr. § 1. vers. sed si quidem remaneat. & §. sin autem. 2. & §. 6. I. quib. mod. pot. solv.* Jam verò privatio præsupponit habitum. Sed ℞. Taliter se privatio habet, qualiter habitus antecedens permittit. Non emancipatur ut à potestate, quæ nulla est, liberetur; sed ut adimatur ipsi jus succedendi Patri adoptivo intestato. Sic & fœminæ suô modô adoptant & emancipant. add. B. Ungeb. *Ex. III. qv. 11.* B. Hahn. *Wes. b. p. m. 113. & 119. n. 6.* Lindemann. olim Prof. Rostoch. *ad Tit. I. de nupt. th. 12. & ad Tit. de Adopt. th. 3. & 4.* Colleg. jur. Argent. hic. *§. 55. p. m. 55.*

adoptantis non posset. **D. Struv.**

d. l. 10. §. 1. C. de Adopt.
M. Lyclam. 1. *membran. 25.*
Bachov. *ad Tr. v. 1. D. 2. th. 10. lit. A.*

Th. XXXI.

Sine justa causa] Impuberes olim arrogare planè non licuit, teste Ulpianô *in Fragment. Tit. 8.* Divus Pius equidem ut liceat effecit, sed durâ admodum conditione: Sive enim morte extinguatur patria hæc potestas, ab intestato virilem; ex testamento legitimam petent: Sive vivus emancipare velit, omnium bonorum quartam relinquere jussus est. Hoc solum sciri refert, utrum Justitia causæ ad solam Emancipationem, cui etiam Autor adjecit, An verò & ad Exheredationem requiratur? sive: An non nisi ex causa liceat emancipare; Exheredare verò promiscuè & sine causa permittatur? quod durum videtur, utpote cum majori inju-

Th. XXXI.

Si arrogator impuberem arrogatum sine justa η causa emancipaverit vel exheredaverit, ex D. Pii constitutione quartam partem omnium suorum bonorum θ præter bona ab ipso impubere allata ei relinquere tenetur.

η *v. Ex. III. th. 60. vers. ceterùm.*

θ *ib. vers. Illa quarta.*

d. §. 3. Inst. de Adopt.

l. 22.

D.STRUV.

l. 22. pr. ff. l. 2. C. eod.
l. f. ff. si quid in fraud. patron.
Govean. 1. *var 3.*
Vaud. *1. var. Qu. 29.*
Donell. *2, Comm. 23.*

injuria conjunctum, quàm emancipari sine causa: atque adeò justa illa causa & ad exhæredationem trahenda, quia posita in antecedentibus, censentur tacitè repetita in consequentibus. §. 1. *I. de vulg. subst. §. 5. I. de inut. stip. §. 3. I. de Societ. §. 16. I. ad L. Aquil. cap. 41. in f. pr. x. de Appell.* Et tamen contrarium nobis videtur, scil. τὸ sine justa causa, ad exheredationem non pertinere: (1.) quia nullatenus ea cum effectu licet, sive nulla de causa: ob rationes jam allatas; sive ob justam causam, per *l. 8. § 15. ff. de inoff. test.* circumvenire enim hanc exheredationem arrogatus potest, missâ legitimâ quartam omnium bonorum petendo; ita ut plus reliquis liberis noceat Pater hunc exheredando, quàm instituendo. (2.) quia Emancipatio & Exheredatio distincti tituli sive causæ sunt: jam verò, clausulæ uni separatorum annexæ ad reliqua non trahuntur, per *c. 71. x. dict. tit.* Et, cùm justam testator habuit causam, imputet sibi, quòd vivus non emancipavit. vid. Vinn. *ad §. 3. I. h. t. verb. Decedens exheredavit.*

Quartam omnium bonorum] Sunt quibus hoc displicet, tanquam naturali pietati, naturalibus liberis debitæ, adversum, & naturali possibilitati contrarium. Aut enim naturales & legitimos jam tum habet, & ipsorum legitima sic imminuitur. Aut quinque impuberes arrogatos rursus emancipat sine causa, & impossibile est, ut unius totius quinque dentur quartæ. Sed vereor, ne metus iste sit frustraneus. Quoniam is qui vel jam habet, nativos an adscititios, vel certè sperat ex uxore suscepturum, arrogare non permittitur. per *l. 17. §. 3. ff. h. n. t.* in quo phrasis *An non debeat permitti*; non dubitativè & interrogativè, sed decisivè sumitur. Equidem Vinnius *ad I. h. n. t. num. 3.* rationem, quare D. Pius assumtorum meliorem quàm naturalium esse voluerit conditionem, dari non putat; sed reddi potest vel (1.) hæc, quòd rem antè prohibitam non nisi ægrè, & dura sub lege concedere; vel (2.) quòd variationem in præjudicium arrogatorum præ-

præcidere sic arrogantibus voluerit: alias alii adferunt. Et hac ratione supersedere possumus aliis ex illorum effato pullulantibus controversiis: An legitima hæc (quam talem esse putant) etiam aucta sit per Imperatorem in Nov. 18? quod Mynsing. Negat. Vinnius *d. l.* affirmat. Cæterùm de ipsa principali quæstione consulantur B. Ungeb. *Ex. 3. qu. 12.* Franzk. *Ex. II. qu. 9.* & qui dissentit Bachov. *Tr. v. 1. Disp. 2. th. 9. lit. E. verb. An & hac quarta.*

Ad Tit. IIX. De Divisione rerum & qualitate.

Th. XXXII.

Sed & aliarum] Non convenit Doctoribus: Alii ad tempus bellicum id restringunt: Alii inter transgressionem & violationem distinguunt: vid. Giphan. *ad §. 10. l. h. n. t.* Certè, odiosa restringenda. Et quæ speciali de causa constituta reperiuntur, in regulam non sunt convertenda. Nec juvat dixisse: quod fratri capitale fuit, quomodo aliis impune erit? Nam Romulus parem vel æmulum ferre non poterat, prætextu solùm occidendi fratris destituebatur: quare, si aliud exemplum, præprimis de municipii cujusdam muris, esset allatum, ipsemet in castra Autoris transirem. Jam verò, pœnæ delictis adæquandæ, ut gravius plectatur, qui totius Reip. unicam sedem, caput Regni; quàm qui partem læsit: Sunto & municipiorum muri sancti: at verò, sanctitas qualitas est, recipit magis & minus: erunt ergò in gradu longè inferiori. Esto, puniendum, quicunque cujuslibet urbis muros

Th. XXXII.

D. Struv.

Pœna transcendentis muros capitalis, non solùm ad urbis Romæ, sed & aliarum civitatum muros, qui itidem sancti sunt

§. 10. Inst. de R. D. l. 8. §. f. ff. eod.

pertinet; præsertim, cùm & in genere dicatur: Violare muros capitale esse; & ratio generalis, Quòd hostile & abominandum sit, alià quàm per portas egredi, subjiciatur,

l. f. ff. eod

We-

D.Struv. Wesemb. *in parat. ff. de R. D. n. 2. in f.*
Goedd. *in l. 5. ff. de V. S. num.* 16. *& 17.**
quàmvis id in praxi vix observetur, Nisi fortè in castris Principum & propugnaculis.
l. 3. §. *17. de Re milit.*
Jul. Clar. *pract. crim. Lib. V.* §. *f. qu. 63. n. 29.*

muros transcendit: certè non confestim plectendus capite: id enim, ubi Legislator voluit, exprimere in lege solet. *l. 9.* §. *11. ff. de Poen.* Quemadmodum enim non quod contra leges est, statim ipso jure nullum est, v. Vinn. *Lib. 1. select. qv. 1.* ita nec poena absolutè posita, capitalis: aut, quae uno casu talis est, ubique applicanda. *vid. cap. 11. x. de Rescript.* Ipsemet Imperator, si quid atrocius statuat, ad alios extendi vetat. §. *6. circa f. I. de I. n. g. & civ.* Ea denique quae generaliter & indefinitè dicuntur, non raro pro substrata materia specialiter & restrictivè veniunt exaudienda: praeprimis ob rationes à nobis allatas: quibus accedit, quòd novae Reip. ac novis legibus statim sub initium autoritas quaerenda sit, ne in contemptum abeant: qui contemptus in Remo jam aderat: quare, ne turbas daret tenero adhuc Regi, è medio tollendus erat, sicut & Salomo, ut novo imperio securitatem foenoraretur, fratricidiô quodam id auspicabatur, atque Adoniam imolabat. *1. Reg. II. 25.*

In praxi] haec optima theoriae Interpres, ubi transscensioni murorum nullam intercessisse animadvertit hostilitatem, missô rigore, extraordinariam dictat poenam, perpetuam scil. Relegationem: vide Scabinorum Lipsensium Quaestori Witebergensi mense Martiô 1607. datum responsum, apud B. Carpz. *pr. Cr. p. 1. Qu. 40. n. 25.* de Relegatione indefinitè Senatui cuidam oppidano eosdem respondisse refert Berlich. *p. 1. Decis. 70.* at verò relegationem indefinitè dictatam de perpetua exaudiri volunt iidem apud eundem Carpzov. *ad p. 4. C. 47. d. 5.* in quibus locis praejudicia, quae ulterioris prolixitatis vitandae causâ huc non transscribimus, tanquam in fonte legi possunt.

Th. XXXIII.

Th. XXXIII.

Nec mobilibus] Parum referre dixeris, Scire quæ mobilia sint, quæ immobilia, cùm affectio hæc rerum physica sit, non juridica. Sed enim, insignes effectûs juridici diversitati huic superstructi sunt, ut neutiquam tacenda sit tyronibus. (1.) Occurrit usus ejus in puncto satisdationum, à quibus rerum immobilium possessores sunt immunes. Autor *infr. Disp. II. th. 17.* Jam quæritur. Quæ sint immobilia? Certè, quædam naturâ talia sunt, quædam usu & interpretatione juris; quòd facilè auferri non possint. Hinc Scabini Lips. Mens. Jul. *1619.* in causa Petri Franßen & consortium, contra heredes Christophori Werbigs zu Dieben responderunt, Creditorem pecuniæ hereditariæ cujus dies nondum cessit, non obstrictum esse satisdare B. Carpz. *p. 1. C. 5. d. 18.* Sic canes venatici in feudo venatorio; lecti, scamna & similia, in diversorio: Sedilia in templo, in se mobilia, usu & necessitate pro immobilibus reputantur. (2.) In Successionibus. In Saxonia conjuges sunt heredes mobiliares. Incidit quæstio: Utrum merces in taberna; Medicamenta in pharmacopolio; Libri in bibliopolio mobilia sint, & conseqv. uxoribus debeantur? quod ex jure civ. asseritur per *l. 66. ff. de V. S.* ubi Gœdd. *n. 4.* Ex jure Sax. *in sent. post* LandR. *sub tit.* zum Erbe gehören *fol. 534. col. 4.* cui accedit peculiare Electoris ad Scabinos Lips. rescriptum 1617. d. 24. Januar. relatum à Berlich, *p. 2. Concl. 29. n. 41.* Secundùm quod

Th. XXXIII. D. Struv:

Res incorporales ι nec immobilibus nec mobilibus κ annumerantur; cùm natura illarum id non patiatur, sed tertiam rerum speciem constituunt, λ

l. 7. §. 4. ff. de Pecul.

l. 15. §. 2. circa f. ff. de re judic.

l. 1. C. de Prætor. pign.

l. 12. §. 45. ff. de instruct. leg.

Pinell. *ad rubr. C. de Bon. matern p. 1. n. 24.*

nonnunquam tamen μ pro subjecta materia alterutris accensentur.

Geil. 2. *O.* 11. *n. 10.*

Berlich. *p. 3. Concl. 33.*

ι v. Ex. III. th. 80.

κ de his vid. ib. th. 81.

λ v. ib. th. 86. vers. Notandū autem.

μ conf. e. leg. Ex. XXVI. th. 26.

L &

& in nostris provinciis judicari, patet ex responso Facult. Jur. Jen. public. 1641. d. 22. Dec. quando vidua cujusdam Bibliopolæ, cui juxta Statuta hujus loci mobilia debentur, merces librarias quoque petierat.

Pro subjecta materia] Mobile vel immobile esse, corporum affectio est, quorum proprium est, loco includi, spació quodam ambiri, & conseqv. de uno ad aliud transferri. Incorporalia nullo continentur locô, ex nullo ergò possunt removeri, privatio enim præsupponit habitum. Per analogiam tamen ad immobilia referuntur, quæ immobili adhærent, vel ad eam competunt; Sic, ut possessor actionis ad rem immobilem competentis, satisdare non teneatur. B. Carpz. *ad p. 1. C. V. d. 17.* Idem de Annuorum redituum possessore Scabinos Lips. respondisse, testatur Idem *d. l. d. 16.* add. Aut. *inf. D. II. th. 17.*

Ad Tit. XIV. de Officio Prætoris.

Usque Huc Autor seriei titulorum institit, nec ullum præteriit; Nunc verò tit. 9. de Senatoribus. Tit. 10. de Officio Consulis. Tit. 11. de Officio Præfecti Prætorio. Tit. 12. de Officio Præfecti Urbi. & Tit. 13. de Officio Quæstoris. præteritis, ad tit. 14. de Off. Præt. transit, præprimis ex illo legem Barbarius tertiam explicaturus. Ratio tanti hiatûs forsan est, quòd pauca vel nulla ad jus privatum controversum, vel haurienda disciplinæ fundamenta inibi contineantur; vel, quòd deprehenderit, se jam excessisse compendii terminos: cùm, si in quolibet libro tam diu hærere, vel adeò prolixus esse velit, non viginti quinque sed centum quaterniones implerentur.

D. STRUV.

Th. XXXIV.

Cùm omne jus ratione sit introductum,

arg. l. 39. ff. de LL.

æquum item & bonum contineat,

l. 1. pr. ff. de J. & J.

absur-

Th. XXXIV.

Omne jus æquum & bonum] vid. sup. *th. 1. in f.* cui addi possunt *th. 15. & 24. bis.*

Communem errorem jus facere] Status controversiæ tum abstractivè & in thesi; ut modò ab Autore & Bronch. *Cent. I. qu. 12.* factum; tum concretivè & in hypothesi: An, quæ à falso Magistratu

ſtratu per magiſtratûs nomen geſta ſunt, rata eſſe debeant? ut Hotomannus *d. l.* vel ſpecialius: An, ubi per partum Johannæ Papiſſæ detecta fraus fuit, ejus in Papatu acta rata eſſe debeant? Paſſivè clarius enunciatur h. m. Errorem jus fieri non poſſe: ſive: Errantes errorem ſuum in jus convertere, ac pro jure impoſterum ſervando ſancire non poſſe: vel potius non præſumi voluiſſe, ut pro jure ſervetur, quod erroneè geſſerunt. Ita nec Populus Romanus errorem ſuum, quô Barbarium putabat eſſe liberum, pro jure venditavit, aut confirmavit; nec juſſit hôc ipſo liberum eſſe & haberi,

absurdè dicitur: D. Struv. Communem errorem jus facere. *11 v. Ex. l. Lib. 14.* Nec barbarā hanc ſententiam *l.* Barbarius. *3. ff. de Off. Præt.* quicquam juvat. M. Lyklam. 1. *membr. Ecl. 6. & 7.* Hotom. *illuſtr. qu.* 17.

quô erroneè liberum credebat. Sed hoc ſolum, ut acta, de cætero legitimè ab eo confecta & geſta, tolerentur & conſerventur; At non in gratiam ſui erroris, ſed eorum qui cum pecuniæ ac temporis diſpendio coram putativo Prætore litigaverant: ac, ſi hæc eapropter annullanda forent, quòd Judex inhabilis fuerit, de novo diſceptare cogerentur; cùm certum tamen ſit, non aliam à competente Judice latum iri ſententiam, atque ab incompetente lata fuerat. Sanxit E. populus, Vel hanc retinendam: Idque non ex errore, ſed ex certa ſcientia, excuſsô errore.

Barbaram ſententiam] Alludit Autor ad verbum legis initiale, nomen putativi illius Prætoris; tanquam haud ſine omine Barbarius vocatus fuerit, qui barbaræ huic opinioni anſam dederit. Cœteroquin & alii textûs huc allegari ſolent. (1.) §. 7. *J. de Teſtam. ord.* ubi ſervô inter teſtes repertô, teſtamentum nihilominus conſervatur. Sed pariter ob publicam magis & teſtantium utilitatem, quàm errorem. (2.) *l. 3. in f. ff. de Supell. leg.* Ubi mens teſtatoris manifeſta non impeditur, quòd in vocabulo erraverit. (3.) *l. 20. de Pæn.* ubi Jus commentitium poteſt per Jus antiquum explicari.

Ad Tit. XIIX. de Officio Præsidis.

D. Struv.

Th. XXXV.

Quia negari nequit, quòd Judex veritatem amplecti, & quod ei justius æquius videtur, judicare debeat,

auth. Hodie. C. de Judic.

sequitur omninò, Illum non tam secundùm acta & probata, quàm secundùm conscientiã judicare teneri: ξ

addc l. 79. §. 1. ff. de Judic.

l. 3. §. 2. & l. 12. ff. de Testib.

l. 2. C. si contr. jus vel util.

Arum. *Exer. 6. in παρεργ.*

Reinking. *L. 2. de R. S. & Eccl. cl. 2. cap. 12. n. 16.*

Franzk. *L. 2. Resol. qu. 22.*

ξ *v. Ex. IV. 34. in m. & XLIV. 5. n. 3.*

Th. XXXV.

Secundùm acta] ex hoc argumento apparet, Autorem missis titulis XV. de Officio Præfecti vigilium: XVI de Officio ProConsulis & Legati & XVII. de Officio Præfecti Augustalis, ad Tit. XIIX. de Off. Præsid. transsiliisse, atque ex eo textum in *l. 6. §. 1.* interpretandum sumsisse. Ita enim Ulpianus ibi: Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur. Et ideò Præses provinciæ id sequatur, quod convenit eum ex fide eorum quæ probabuntur. Unde, ipso Gotofredò *ibid.* *mihi lit. C.* teste, colligi solet: Judicem debere judicare secundùm probata. De qua quæstione tractantes allegat Cujacium *L. 12. Obs. 19.* Hotoman. *Illustr. Qu. 21.* quæ tamen mihi est *27. pag. 177.* add. B. Ungeb. *Ex. XVI. qu. 5. p. 702.* Bronch. *C. 1. quæst. 14.* Autor *infra Ex. XXI. th. 5.*

Secundùm conscientiam] Verus, ni fallor, controversiæ status est: Si eveniat, Acta & probata conscientiæ Judicis adversari: Utrum eorum in hac collisione sequendum habeat? Si, quod mihi videtur, dicendum, assererem, eum casum vix esse dabilem: quia aut Judex ipse acta confecit, aut solùm ad eum transmittuntur. Qui processum ipsemet dirigit, si debitam ordinis judiciarii notitiam habet, vix patietur, ut conscientiæ suæ quid contrarium geratur activè inse-

inferatur, sed dubiò procul partium malitiam prævidebit, errantes maturè monebit, increpabit perversos, suamque Jurisdictionem pœnali tuebitur judiciô: aut si expedire propriâ nequiverit industriâ, certè ad consuetam inferioribus Judicibus confugiet relationem, Bericht nach Hofe: & inde instructionem expectabit: Ad quem verò acta solùm transmittuntur, perspectô errore definitivè pronunciare non habet necesse, sed ulterius inquiri jubebit; monstratâ ac suppeditatâ simul viâ sibi cognitâ. Quòd si integri Collegii Adsessor est, monebit Collegas, informabit, ac contrà nitentes obtestetur: ut, quoniam ad votorum alligatus est pluralitatem, suam tamen liberet conscientiam. Summa, Errant Doctores, dum putant, in hac actorum & conscientiæ pugna præcisè necessum esse definire: cùm tamen alius detur elabendi modus.

Ad Tit. XXI. de Officio ejus cui mandata est Jurisdictio.

Th. XXXVI.

Mandari non potest] Iterum Autor, missis duobus titulis XIX. de Officio Procuratoris Cœsaris, vel Rationali. & XX. de Officio Juridici, progreditur ad Tit. XXI. de Off. ej. cui mand. Jurisdict. in specie genuinum allegatæ *l. 1. pr. eod.* sensum ostensurus, in quem & ante ipsum Fachinæus *Lib. IX. controv. cap. 99.* inquisivit. Invehitur autem ibi Papinianus in quosdam Populi Rom. Magistratûs, qui, cùm vix ipsi publici judicii haberent exercitionem, aliis tamen eandem mandare audebant, aut certè credebant eandem implicitè ac tacitè cum mixto imperio delegato transiisse: id quod juri civili hactenus adversabatur, dum quod propriô jure non competit, ne explicitè

Th. XXXVI. D.Struv.

Exercitio publici judicii, utpote speciali lege aut constitutione competens, mandari *o* non potest,

l. 1. pr. ff. de Off. ej. cui mand. est. jurisd.

Nisi in casu justæ & necessariæ absentiæ *π*

d. l. 1. pr. ff. eod.

cui causa Infirmitatis, ut quidam volunt,

o v. Ex. IV. th. 40. n. 2. & th. 81. vers. Unde etiam.

π d. th. 40 vers. una exceptio.

D. Struv. ç *ib. vers. quod de absentia.*

lunt, vix ç est adjungenda.

d. pr. arg. l. 2. §. 7. vers. Corporis. ff. de Vac. & excus. mun.

Constit. Crim. Car. V. *art. 2.*

Idem & de Jure Canonico σ dicendum.

σ *d. th. 81. inf.*

c. 3. x. de Off. & pot. Jud. Deleg.

Fachin. *L. 9. contr. 99.*

plicitè quidem aliis mandari potest: Jam verò, Jurisdictio & mixtum imperium jure ordinariô competit. E. illud solum in delegatos transmitti potest. v. Bronch. *Cent. I. qu. 18.* & Fachin. *L. IX. cap. 98. it. L. XII. c. 96.* Secus de Mero imperio, quod extra ordinem illis ultra officium speciali dispositione est commissum, & quidem quoad solum exercitium, ipso imperiô penes Populum remanente. add. Bronch. *dict. C. I. qu. 16. p. m. 29.*

In casu absentiæ] Prædictæ regulæ limitatio aliqua ipso Jure civ. fuit admissa; dum Lege Juliâ de vi nominatim cavebatur, posse Magistratum mandare merum imperium, Si Proficiscatur. Id quod à quibusdam (1.) ad solum Legis Juliæ de vi *restringitur* casum: quasi JCtus limitativè eam allegaverit: adeoque exceptio firmet regulam in casibus non exceptis. *Verùm* casus L. Juliæ de vi non allegatur ut ratio decidendi, sed tanquam locus ac sedes, unde exceptio de Absentia emerserit; adeoque accentus inter legendum non applicandus legi Juliæ, sed Profectioni, ad emphasin exprimendam, & verum sensum servandum. (2.) Nimis *extenditur*, ut & si ægrotare contingat Magistratum, mandari queat merum Imper. Id quod *moribus hodiernis*, ubi Jurisdictio cepit esse patrimonialis, *vid. infr. D. II. th. 11.* tolerari posset, ob P. H. O. *a. 2. verb.* aus Schwachheit oder Gebrechlichkeit ihres Leibs/ Vernunfft/ Jugend/ Alter oder anderer Ungeschickligkeit/ *Jure* tamen *civ.* necesse non erat, ut Magistratus vel ipse judicaret, vel delegaret. Dabatur tertium: aliter se poterat expedire. Populo rursus resignando.

Jure canonicô] Juxta quod, frustra quibusdam negantibus, datur aliquod merùm Imperium, atque adeò haut frustra quæritur, An juxta illud delegabile sit merum Imperium? Nos, non obstantibus (1.) *Clem. 1. §. 1. de Hæret.* (2.) *c. 4. x. de Raptor.* cum Autore, ut Jura Juribus magis concordent, facimus.

Tantum!

DISPUTATIO SECUNDA ad Lib. II. Pandectarum.

Respondente

JACOBO EBERHARDO Häberlen/ Oetingensi.

Ad Tit. I. de Jurisdictione.

Th. I.

IUs dicentis officium] Jus dicere: quid sit? & officium quomodo differat à Jurisdictione? tradit Suth. *tr. de Jurisdict.* & prius quidem §.102.& §.283. posterius autem §.132. quæ, cùm Autor in omnium sit manibus, huc transscribere supersedemus.

Latissimum est] Jus dicere & Jurisdictionem exercere differunt tanquam latius & strictius; Criminalium enim causarum dijudicatio ad Jurisdictionem non pertinuisse certissimum est, & tamen Jus de iisdem reddi dicitur, in *l. 2. §. 23. ff. de O. J.* Plura itaque sub se comprehendit τὸ Jus dicere, quàm τὸ Jurisdictionem exercere. Hinc ait Autor: Latissimum illud esse. Ac lepidi admodùm sunt Interpretes antiqui in reddenda ratione, quare non Longissimum dicatur? v. Suth. *d. tr.* §. 134. Henelius *in otio Uratislav. cap. XI. p. 88. in m.* Ad quæ autem officium illud extendatur, vel non? Idem Suth §. 128. *seqq.*

Nec imperii nec Jurisdictionis] Quid Jurisdictio: quid Imperium? vid. itid. ap. Suth. *d. tr.* de illa §. 173. de hoc §. 236. Quænam autem sint illa civilia & privata negocia quæ specialiter tribuuntur? Id, *ib.* §. 135. 142. maximè §. 156. Hoc autem vult Autor,

Th. I.

IUs dicentis officium latissimū τ est, & omnem Magistrat9 functionem, quæ in jure dicundo versatur, complectitur *l. 1. ff. de jurisd.* adeò ut & illa, quæ aliàs nec imperii nec jurisdictionis sunt (v. c. tutoris υ datio *l. 6. §. 2. de tutel.*) eo contineantur *d. l. 1. ff. de jurisd.*

D. Struv.

τ *v. Ex. IV. th. 52.*

υ *vid. ib. th. 67. n. 1. & XXXI. 29.*

tor,

tor, functionem Magistratuum in longè pluribus constitisse expeditionibus, quàm solis negociis Jurisdictionis: adeoque non omnia Jurisdictionis dici posse, quæ à Magistratu exercentur.

Tutoris datio] sive: dum Magistratus, v. g. Romæ Prætor, Præses in provincia, dant tutores, jus reddidisse dici possunt: & tamen, quia id functionis ordinariæ non fuit, atque in ipsa creatione Magistratuum non includebatur, actus Jurisdictionis exercitæ dici non meretur. Ea demum Jurisdictionis esse dicuntur, quæ Magistratui ut tali competunt, per quæ aliquis ex privato fit Magistratus, quæ in generali illo mandato, quo alicui functio committitur, tacitè simul sequuntur. Fuisse autem tutelam Magistratibus postquam tales jam essent creati, speciali mandatô concreditam, aliunde constat. vid. *infr. D. XV. th. 7.* Suth. *d. l. §. 157.* Bronch. *Cent. I. qu. 19.* Fachin. *L. XII. cap. 100.*

Th. II.

D. Struv. Jurisdictio generaliter accepta est publica juris de quavis φ causa dicundi vel reddendi potestas. Species ejus sunt Jurisdictio χ in specie sic dicta, & Imperium, quod vel merum vel mixtum *l. 3. ff. de jurisdict.* Hodie de consuetudine fermè omnium locorum Jurisdictio communiter in Superiorem ψ seu crimina-

φ *v. Ex. IV. th. 49.*

χ *fac. §. 49. in f. & th. 51. ibid.*

ψ *conf. ib. th. 80.*

Th. II.

Generaliter accepta] si vocem hanc non tam ex stylo Juris Romani, cujus interpretationem profitemur, quàm ex nativa potestate æstimes, non repugnabit latius accipi, atque de criminalium dijudicatione prædicari, fatente id prælaudatô Suth. *d. tr. §. 109. seq.* At verò, dum dictas interpretamur leges, celare non decet, quo sensu quævis vox ibi accepta reperiatur: nec inficiamur itaque, nusquam ibi Jurisdictionem, in relatione ad imperium, acceptam inveniri tanquam genus erga species Suth. *§. 106.* Fachin. *Lib. XIII. cap. 21.* B. Hahn. *Wes. h. t. p. m. 155.*

Est publica] Jurisdictio, quomodo definienda? v. Suth. §. *173.* Fachin. *L. XIII. c. 20.*

Dicendi vel reddendi] An & de novo Condendi? Suth. §. *283. & 288.* An verò

verò Juris constitutio meri est Imperii? Fachin. *L. XIII. c. 22.* Quibus, & quot modis Jus dicitur, redditurve? Suth. *§. 289. & 292.*

Potestas] quô modô hic aut alibi vox hæc accipiatur? v. it. Suth. §. *176. & 229.*

Species ejus sunt] An, quæ, & quot sint Jurisdictionis species? v. Suth. §. *111.* sed, An & partes habet? quæ illæ, & quot? Suth. §. *305. in m.*

Hodie de Consuetudine] Scil. post Friderici Imper. *de Pace Constantiæ* constitutionem. §. *Nos Romanorum. in f.* Quomodò se hodie Jurisdictio habeat? v. B. Hahn. *Wes. h. p. m. 169.* B. Franzk. *Comm. ff. h. n. 56. seq.* Suth. *d. tr.* §. *106. 114. 403. 414.* B. Carpz. *pr. Cr. p. 3. Qu. 109.*

Moribus locorum] Serenissimus Sax. Dux. Ernestus, quantùm ad suæ Celsitudinis provincias clarè disposuit, qui casûs ad utramque Jurisdictionem pertineant. Fürstl. Sächs. revidirte und vermehrte Landes-Ordn. 1653. *part. 2. tit. 10.* Von denen in die Ober- Cent- und Erbgerichte gehörigen Fällen. *pag. 102. seqq.* v. B. Carpz. *Process. Tit. 2. art. 1. §. 5.*

minalē Germ. Das Hoch- oder Hals-Gericht/ & Inferiorem seu civilem das Untergericht/ dividitur. Quibus autem limitibus ω istæ species vel partes circumscribantur, nullâ communi lege definitur, sed moribus & consuetudinibus singulorum locorum est relictum. Paurmeist. *lib. 1. de jurisd. c. 17. n. 8. & 9.*

D. Struv.

ω add. th. 78. ib.

Th. III.

Jurisdictioni non subservit] Respicit Autor ad *th. 7. b*, ubi ait: Mixtum Imperium Jurisdictioni quandoque servire, hôc sensu, quòd officium Magistratûs quandoque magis in causa cognoscenda & sententia invenienda consistat, executio verò non nisi in refractarios necessaria sit; quô casu executor alienæ ordinationis ac minister sit Jurisdictionis, cui donec

Th. III.

Merum imperium *a* inde, quia jurisdictioni, velut mixtum, non subservit, sed per se stat, sic dictum, definiente Ulpian. *l. 3. ff. eod.*

a v. Ex. IV. th. 49. & 73.

M est

D.Struv. est habere gladii potestatē ad animadvertendum in facinorosos; ubi per gladium, quô olim communiter vita adimi solebat

l. 8. §. 1. ff. de pœn.

non solum ultimum supplicium, sed & quævis gravior coërcitio, quâ reus pro delicto plecti solet, significatur.

l. 70. ff. de R. J.

l. 6. pr. ff. de off. Proconſ.

imò quot sunt gradûs *b* pœnarum, de quibus

b ib. th. 76

l 28. ff. de pœn.

tot etiam meri sunt imperii.

Zaſ. *ad l. 3. n. 25. & seqq. ff. de jurisd.*

quid? quòd nec pœnæ pecuniariæ *c* à mero imperio sint excludendæ.

c ib. th. 77. pr.

l. 4.

donec advocetur, expectare incumbat. Contrà quàm merum Imperium, ut quod proprium negotium ac nemini secundas agit, nedum Jurisdictioni, cum qua nihil planè habet commune, cùm ad eam criminalia nullatenus pertineant. Potest & eapropter Merum esse dictum, quòd purum adhuc & in proprio fonte, Populo ipso, existat: Mixtum enim, de natura pristina multum amisit, quando Magistratibus, qui nudi sunt officiales, fuit concessum. Non ergo desumta divisio à compositione & mixtura, quæ in Mixto sit, Merum autem nihil tale in se hebeat. Dum enim hoc nostrum dicebatur Merum, certè fuit aliud dicendum Mixtum. Posset autem & Non-merum dici, de quo Non-mero imperio disputatur apud Suth. *de Jdict* §. 265. 266. 267.

Sic dictum] Merum Imp. Unde, & quare sic dicatur? Idem Suth. *d. l.* §. *386.*

Definiente] Quomodo merum imperiū definiatur? Id. *ib.* §. *392.* add. Bronch. *miscell. controv. C. I. q. 7.* Utrum in *d. l. 3.* vera definitio, an descriptio saltem, aut exemplum sit? v. Fachin. *L. IX. cap. 94. & L. XIII. c. 12.*

Gladii, ad animadvertendum] Gladius quid hîc significet? Suth. *d. tr.* §. *393.* Quare Animadversio hîc ponatur, & quid significet? itid. Suth. *ib.* §. *394.* An autem ea tantùm sint meri Imperii, quæ ad ultimum pertinent supplicium? Id. *ib.* §. *391.* Quodnam ergo in universum est ejus objectum? Id. *ib.* §. *395.*

Qua-

Quavis gravior coërcitio] An merum imperium semper graviori & severiori pœnâ uti debeat, quàm fortè mixtum imperium? Suth. *d. l.* §. *242. seq.*

Gradûs pœnarum] An, & Quot dentur gradûs pœnarum? &, An idem sint Pœnarum genera? v. B. Hahn. *Wes. b. n. 6. vers. Sex gradûs p. m. 159. pr.* Suth. *d. l.* §. *397.*

Pœna pecuniaria] Quis mulctæ dicendæ jus habeat: utrum Ordinarius, an Delegatus? Bronch. *C. I. qu. 11.* Utrum ad merum imperium pœnæ pecuniariæ pertineant? Suth. *d. tr.* §. *324.* Dubitandum autem propterea non videtur, quia & mulcta satis gravis esse potest. An fortè & Carcer ad merum pertineat imperium? Id, Suth. §. *324.* B. Hahn. *d. p. 159.* Relegatio denique ad inferiorem Jurisdictionem non pertinet. v. B. Carpz. *pr. Cr. Q. 105. n. 59.* ubi tamen de Fornicatione *n. 49.* ait, puniri per Jurisdictionem inferiorem, si copula sacerdotalis sequatur.

Ad bestias] Equidem hæ nec deliquisse nec puniendæ dicuntur, ut adeò frustraneum videatur, super fori competentia, utra Jurisdictio coërcere possit, disputare. Quia tamen quandoque exempli & territionis causâ utique in eas aliquid statuendum venit, v. P. H. O. *a. 116.* non immeritò quæritur, Cui id competat? Et non justius ulli, quàm ei qui aliàs crimẽ, in cujus societatem tracta fuit bestia, puniendum habet; Ne causæ connexitas dividatur. *Mor-*

l. 4. ff. de interd. & releg. D. Struv.
Costal. Govean. Duar. *in l. 3. ff. de jurisd.* Paurmeist. *lib. 1. de jurisd. c. 13. n. 17.*
& vis meri imperii etiam ad bestias
Exod. XXI. 28. seqq.
Levit. XX. 15. 16.
c. mulier. XV. q. 1.
Bart. & Dd. *in l. ult. ff. de sepulc. viol. & tit. de cadav. punit.*
& mortuorum cadavera extendatur. Non solùm autem jus animadvertendi in reos criminum, sed etiam de causis criminalibus cognoscendi *d* & judicandi meri hujus imperii appellatione denotatur, & perperam illa duo à nonnullis separantur, ut patet ex *l. 6.*

d th. 74; ibid.

D. STRUV. *l. 6. pr. de off. Proconf.*

Mortuorum cadavera] Par horum est ratio. Delictum utplurimùm expiatur morte: Non rarò tamen ultra mortem in cadaver aliquid statuendum est, quod haut incongruè permittitur in consequentiam illi, qui principale delictum dijudicavit, v. Fachin. *L. XIII. c. 17.*

Animadvertendi, Cognoscendi] Fuerunt, quibus placuit, Merum imperum in sola Executione, eaque tam civilium quàm criminalium causarum, constitisse. v. Suth. *d. tr.* §. *387.* Omnem verò cognitionem ab eo fuisse exclusam. vid. Id. *ib.* §. *388.* Perperam planè! Quia sic non mixtum solùm imperium fuisset omninò supervacaneum; sed & Merum valde mutilum, potissimâ sui parte, causæ cognitione, destitutum. Nec enim omnis cognitio præcisè ad Jurisdictonem alliganda. *Nec facit*, quòd datus ad exequendum non possit examinare justitiam sententiæ. *v. c. 28. vers. quia verò sæpe. x. de Off. & pot. jud. deleg. c. 5. de sent. & re j.* Suth. §. *361. inf. remissivè.* Bronch. *C. I. qu. 72.* Executor enim merum imperium non habet. Cœterùm, quid olim fuerint Cognitiones? Id. Suth. *d. l.* §. *193.* Hoc tamen inficias non imus, Accidere quandoque, ut alter Magistratus habeat Jus incarcerationis, alter jus vitæ & necis. Exemplum in Urbe Coloniensi ad Rhenum ejusque ArchiEpiscopo reperitur, apud Sleidan. *Lib. VI. n. 42. p. m. 160.* Ita Spiræ in Camerales civitas executionem, Ipsum verò merum Imperium Camera habet. v. Matth. Steph. *de J. dict. L. 1. c. 3. n. 65.* Simile quid inter utrumque Senatum Academiæ & Urbis Rostochii ex mutuo pacto obtinet. v. *formulam concordiæ inter Duces Megap. & Urbem Rostoch. super Academia 1563. initam.* §. zum vierdten ist ꝛc.

Th. IV.

Princeps concedens alicui merum imperiũ, non ipsum imperium, sed exercitium saltem ejus con-

Th. IV.

Non ipsum Imperium] ut proprium scil. & suô nomine exercendum; cùm non præsumatur donatio, sed magis assumtum eum in ministrum, ac potestatem hanc vi officii creditam ei fuisse, prout Quæstoribus ac Præfectis nostris ea-

eadem conceditur, remanente ipso jure penes Principem, cujus nomine omnes actûs exercent. Hanc controversiam tractat Suth. *d. tr.* §. *400.* & Bronch. *C. I. qu. 15.* statum paulò aliter formantes, An solus Imperator, an verò alii quoque Magistratûs habeant merum imperium? sed eodem res recidit.

Henricus V. Imper.] Is Henrici IV. filius ac simul persecutor fuit; at verò Suth. *d. l.* Friderici, & quidem secundi filium fuisse asserit. Neutrum, ut puto, benè! Friderico enim secundo filius fuit Conradus, non Henricus. Quintus autem ille Henricus nec filius nec Pater Friderici secundi extitit, imò nullius pater, ut quarti præcepti sentiret pœnam. Auguror itaque Henricum VI. Friderici primi filium, ac Patrem Friderici secundi fuisse.

Rectè secundùm hunc] Historiam hujus certaminis passim recensent Interpp. Lotharius sc. asseruit, eos qui merum tunc tenebant imperium, meros officiales, Imperatorem verò proprietarium esse. Azo contrà, non ministerium ac nudum exercitium s. factum, sed ipsum jus possessoribus vindicavit: in sponsionem uterque deposuit equum. Utut verò Azonis sententiam damnaret Imperator, tantopere tamen Lotharii opinio à Dd. improbata fuit, ut perpetuò eam damnarent silentiô Alciat. *2. Parad. 6.* Et, dum rectè se Azo explicuisset, æquum omnino sensit, dum Romani imperii facies, quam Lotharius intendit, dudum ante ipsos, per

concessisse censetur D. STRUV.

l. 1. pr. ff. de off. ejus cui mand.
l. 8. ff. de off. Procons.
l. 4. de off. Præs.

& sic Henricus V. Imp. in sponsione Azonis cum Lothario rectè secundùm hunc judicavit, ut propter æquum etiam equum in sponsionem deductum aufferret. Alciat.

in d. l. 3. n. 26. 27. & seqq. & 2. parad. 6.

Aliud verò dicendum, quando imperium in feudum *e* & jure patrimonii alicui, ut hodie Principibus & Statibus Imperii, est concessum; tunc enim propriô jure ab ipso exercetur, est transmissibile & *e v. Ex. IV. th. 80.*

 here-

D.STRUV. hereditarium. Hinc licèt præsens in ditione alicujus sit Imperator, non tamen suspenditur jurisdictio inferioris. Imò verò expressè constitutum, quòd subditi suis ordinariis judiciis relinquendi sint.

ordin. Cam. p. 2. tit. 1. pr.

per Carolum Magnum ejusque successores, germani sanguinis Imperatores, fuit immutata. add. Vinn. *de Jurisdict. c. IV. per tot.*

Licèt præsens] Verum hoc est in absoluta Monarchia, conf. *Landr. L. 3. a. 60.* Wo der König hin kömt/ stehen Ihm alle Gericht offen: sc. quæ aliàs per officiales exercet. Hinc & Papa paria habet, an appellatum ad se fuerit, an ad se causam avocaverit. *c. 56. de Appell. c. un. in f. ut Eccl. benef. sine demin. conf.* An & Imperator causas in Camera pendentes avocare & ad suam aulam trahere possit? v. Berlich. *decis. 158.*

Subditi ordinariis judiciis] Nostri enim Principes non meri sunt Magistratûs. vid. Suth. *d. tr. §. 405.* & sufficit Imperatori, vel tandem per viam appellationis ad eum deveniri. Quantum autem tribuendum sit axiomati: Tantum potest quilibet Princeps in suo territorio, quantum Imperator in Imperio. v. Dn. Richter *Decis. IV. n. 16. & Decis. XV. n. 14.*

Th. V.

Princeps concedens alicui castrum cum jurisdictione f mit den Gerichten/ vel saltem cum pertinentibus, omnem jurisdictionẽ, quæ castro cohæret, & sic etiam merum imperium concessisse intelligitur, tum

f conf. Ex. IV. th. 80. in m. & Synt. feud. cap. VI. aph. 18. n. 4.

Th. V.

Castrum cum Jurisdictione] Duplex est quæstio (1.) An castrô simpliciter & absque mentione Jurisdictionis in feudum concessô, ea nihilominus concessa videatur? quam habet Geil. *2. O. 62. n. 6. seqq.* & Autor *disp. feud. IV. th. 10. in med.* (2.) An concessâ exsertim Jurisdictione, sed simpliciter, non determinando, inferior an superior sit, exaudiendum quoque sit merum Imperium? quod Autor tum hic, tum *dict. feud. IV. th. 11.* affirmat. cui add. Fachin. *L. XIII. c. 19.* Bronch. *C. I. q. 17.* B. Carpz. *Process. Tit. 2. art. 1.*

art. 1. n. 71. seqq. & remissivè Suth. *§. 414. j. §. 113.*

Benef. Princ. lat. interpr.] Qualis interpretatio facienda sit beneficii à Principe concessi? Pacius *C. I. qu. 19.* tractat. Nos, allegatâ *D. IV. th. 11. feudali Schnobeliâna*, mentem nostram aperuimus.

Th. VI.

Academiarum] Nobis ita videtur: Aliter defendi jura jam occupata & quietè possessa; Aliter acquiri jura de novo. Academiæ Italicæ quarum fermè fundatores & fundationes ignorantur, dum fortè merum exercent imperium, possunt, de titulo interrogatæ, ad laudatam provocare Authenticam, ejusque satis laxè explicatæ vi jura sua tueri: Nostris Academiis pari felicitate interpretatio illa non procedet, jubebuntur documenta fundationis producere; sicubi ergo utriusque Jurisdictionis ibi reperietur mentio, salva res erit. Alioquin dictâ Authenticâ non juvabuntur. de Rostochiensi Academia diximus *ad th. 3. in f.* Cœterùm de hac Qu. vid. Wurmser. *Ex. Jur. publ. V. qu. 10.*

Super quovis] Mea exemplaria quibus utor, legunt: ALIQUO. Nil refert. Indefinita æquipollet universali: & vox Aliquo non fungitur hîc vice pronominis determinativi, sed sapit germanismû, repræsentans solum articulum, regulariter substantivis præfigi solitum. Nec tamen

D. STRUV.

tum quòd indefinita locutio æquipolleat universali; tum quòd beneficium Principis latissimè sit accipiendum *l. 3. ff. de constit. Princip.*

Th. VI.

Ex qua ratione etiam colligimus, Rectoribus Academiarum per *Auth. Habita. C. ne fil. pro patre* sub voce jurisdictionis, & quia generaliter litis super quovis negotio movendæ mentio fit, merum imperium concessum esse; quod tamen pro diversitate locorum aliæ Academiæ pleniùs, aliæ minùs plenè exercent.

Clar. §. *fin. q. 35. n. 23.*

Ernest. Cothman.

D.Struv. man. *resp. Acad. 1. n. 110.*

Besold. *disc. de jur. Acad. c. 6. n. 3.*

men sequitur, Merum E. imperium includitur; quia Jurisdictionis solùm mentio fit. *Dixeris*: Idem Imper. *in Const. de Pace Const.* Jurisdictionem aliam facit civilem, aliam criminalem. ℞. Si & h. l. idem voluisset, facile ipsi fuisset hoc exprimere, arg. *c. 12. x. de Decim.*

Th. VII.

Mixtum imperium *g* est potestas in causa civili aliquid jubendi, & non obtemperantes modicè coërcendi *h*

g v. Ex. IV. th. 62.

h ib. th. 64

l. 3. l. 4. ff. h. t. l. 26. ff. ad Municipal.

Hoc aliquando subservit jurisdictioni, ita ut hæc emineat, & imperium non nisi illius explicandæ & ad effectum perducendæ causâ exerceatur

l. 1. in fin. & l. fin. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.

interdũ jurisdictio illi inest, & imperio quasi

Th. VII.

Ex testamento] postquàm Autor th. præced. de subjecto & personis egit, nunc Objectum transactionis aggreditur, atque occasione *l. 6. & l. 8. ff. h. n. t.* duas præcipuas resolvit controversias. (1.) An de controversiis ex testamento ortis rectè transigatur, non inspectis testamenti verbis? Ratio dubitandi sumitur ex *l. 19. C. h.* quòd transactio bonâ fide facta sub prætextu instrumenti de novo reperti non rescindatur. Ne itaque ob testamentum quoque ex postfacto inventum idem attentetur, cautum fuit, ne ante explorata contenta ejus transigatur. add. Vinn. *Tr. de Transact. cap. 5. per tot. & Lib. 1. sel. qu. 8.* ubi simul investigat: Quid statuendum hîc de gratuita pactione? sive: quæ vera prohibitæ transactionis ratio? & an non pacisci liceat? quæ controversia Borcholtenii quoque est: si rectè assequor Hahnium *Wes. h. n. 5. p. m. 271.* de Cœtero elegantem casum

Th. XXIX.

Transactio de controversiis ex testamento proficiscentibus, *ς* nisi inspectis, cognitis & intellectis verbis testamenti, non valet

l. 6. ff. de transact.

Ad transactionem verò de futuris alimentis *σ* ultimâ voluntate relictis insuper Prætoris arbitrium & autoritas requiritur

l. 8. pr. & §. seqq. ff. l. 5. C. eod.

ς v. VI. 57.

σ ib. th. 58.

casum ad Authoris thesin pertinentem, disputatum vide ap. Sandej. *L. IV. Tit. 5. d. 15.*

Futuris alimentis] Altera controversia est super alimentis alicui modò in præteritum, sive in solatium exantlatæ miseriæ: modò in futurum, sive in cautionem futuræ indigentiæ: modò inter vivos constitutis, modò in ultima voluntate relictis. Præterita desinunt alimenta esse, postquàm vita aliunde sustentata est: de his licitè transigitur, sive ex contractibus pendeant, sive ex testamento. Debita ex contractibus in transactionem deduci possunt, quia minor eorum favor. Super debitis ex testamento in futurum, tunc demum, si Magistratus causam cognoverit, & alimentarii conditio melioretur. Vinn. *Tr. de Transact. c. 6. per tot.*

Th. XXX.

D.Struv. τ v.VI.61. & III.99. De criminibus capitalibus sanguinis pænam ingerentibus τ tàm accusatori quàm Reo transigere licet, exceptô Adulteriô; de cæteris criminibus, sanguinis pænâ non coërcendis, υ citra Falsi accusationem non licet. (υ ib.th.62.)

l. 18. C. de transact.

Duæ hîc regulæ & duæ exceptiones. Ratio prioris regulæ est in

l. 1. ff. de bon. eorum qui ant. sent. l. ult. ff. de prævaricat.

Ab ea (ex manifesta Triboniani additione) excipitur crimen adulterii, φ ob lenocinii suspicionem, quâ de adulterio transactio fœdatur (φ d.th.61. p.209. pr. j. th. 59. in m.)

l. 14. pr. ff. ad L. Jul. de adult. l. 9. C. eod.

Fundamentum regulæ secundæ est, quòd in criminibus non-capitalibus

Th. XXX.

Triboniani additione] pergit Autor in argumento de Objecto, & occasione allegatæ *l. 18. C. h. n. t.* de transactione super criminibus duas ponit regulas, *subjunctâ* cuilibet limitatione: quarum priorem tamen Triboniano, qui eam legi contra mentē primi ejusdem Autoris adsuerit, imputat. Sc. cùm priscâ Romanorū ætate adulterium capitale non fuerit, ineptè exceptum tunc fuisset: Triboniani verò temporibus capitale fuit, Constantini scil. constitutione in *l. 30. C. de Adult.*

Mult. v. Autor. *infr. XXIV. 17. in f.* excipi ergò potuit, utpote sub regula comprehensum: imò debuit, ne ansa lenocinii detur maritis. Verùm, si aliqua Ungebauero *Ex. XVI. qu. 11.* habenda est fides, adulterium non Constantini demum operâ, sed Juliâ lege capitale evasit. add. *infr. D. III. th. 11.* ubi Qu. Utrum in capitalibus causis procurator admittendus?

Accusatio falsi] quasi ea capitalis quidem non sit, sed nihilo tamen magis à transactione exclusa. Error hic Græcis Interpretibus originem debet, qui τὸ citra exceptivè acceperunt: cùm tamen sensus sit: super falso non transigimus quin falsi crimen incurramus: uti B. Franzk. *Comm. ad ff. h. n. t. n. 28.* notavit. Nobis, *in disput. de Crim. falsi 1665. habita*, visum fuit distinguendum: an Falsi crimen ita sit qualificatum, ut sanguinis pœnam inferat, est enim extraordinarium: v. B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 93. n. 16. seqq.* & tunc utique transigere licet, non quòd à regula non-capitalium excipiatur: est enim hôc casu verè capitale: Id *d. l. qu. 2. n. 15. Qu. 119. n. 16. seqq. Q. 133. n. 30.* sed quia capitale est, & ad primam regulam pertinet. Sin levius sit, non licebit transigere, sed præcisè sub regula secunda sine ulla exceptione continetur.

libus ratio prioris, favor scil. redimendi sanguinis cesset, adeoque de illis transigens, si fuerit reus, pro confesso & convicto D. Stanz.

l. fin. ff. de prævar. l. 5. ff. de his qui not. infam. l. 4. ff. de jur. fisci l. 2. pr. ff. de bon. eorum qui ant. sent.

si accusator, pro prævaricatore habeatur

l. 1. §. 1. & 6. item l. 6. pr. ff. ad SC. Turpill.

Ab hac regula excipitur crimen seu accusatio Falsi, χ de qua transigere licet χ *sed vid. d. th. 61. p. 209.*

l. 7. C. ad L. Cornel. de fals. l. pen. in fin. C. de transact.

Th. XXXI.

Dolum] Agit Autor *in h. n. th.* de Effectu & contrariis trans-

Th. XXXI.

Trans actio citra metum *l. 13. C. de transact.* dolum ψ *l. 19. n. 15.* ψ *v. VI. 64. exc. 1. j. th. 67.*

D. STRUV. ω *d. th. 64. exc. 2.*

l. 19. l. 28. C. eod. errorem ω *d. l. 19. C. d. t.* & falsitatem *l. pen. C. eod.* (quæ omnia illam subvertunt *dd. texx.*) facta, vim habet *a* rei judicatæ. *l. 20. C. de transact. l. 2. ff. de jurejur.* & jurisjurandi. *d. l. 2. ff. de jurejur.* inter transigentes. *l. 3. pr. &* §. 2. *in fin. l. 10. ff. l. 1. l. 26. C. de transact.* ita ut prætextu alicujus læsionis per remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* retractari *b* aut rescindi non possit, *l. 8. pr. ff. & l. 20. C. de Transact. l. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell.*

a ibid. th. 95.

b d. th. 67. n. 6. j. D. XXIII. th. 94.

transactionis. Et Qu. *(1.)* An transactio dolô facta sit ipso jure nulla? Nos, quia transactionem decisionem diximus, & Autor rei judicatæ æquiparat, ipso jure subsistere arbitramur. *arg. Disp. IV. th. 15.* v. B. Hahn. *Wes. h. n. 8. p. m. 281.*

Rei judicatæ] Quæ quid sit, *v. infr. XXI. 8.* æquiparantur autem quoad effectum 1. Transactio. *h. l.* 2. Juramentum *disp. IIX. th. 19.* 3. Res judicata. *d. D. 21. th. 8.* & 4. Solutio. *l. 27. ff. de Jurej.*

Remedium l. 2. C. &c.] Negativam hanc veriorem quoque putat B. Hahn. *d. l. pag. 281. inf.* Sed contrarium vid. ap. B. Carpz. *ad p. 2. C. 34. d. 1.* Nec movet: Esse transactionem super re dubia: cujus ergò ipsum corpus & quantitas dubia est, ejus quoque est dimidium. Nam, aliud est res debita, aliud jus & causa debendi. Scire possum, deberi mihi centum, sed destitutus esse fundamentô probandi.

Th. XXXII.

Ad concordiam & transactionem Judex partes quidem sedulò hortari potest ac debet, non tamen præcisè compellere aut cogere Novell. *124. c. 4.* nisi certis quibusdam casibus, de quibus vide Gail. *lib. 2. de p. p. c. 18. n. 9.* Hartm. Hartm. *tit.* 1. *obs. 4.*

Th. XXXII.

Judex hortari] de officio Judicis add. eleg. *Ordin. process. Elect. Sax. Tit. I.* vom Richterlichem Amt. & *Ord. cur. provinc. Jen. c. 3.* vom Amt des Hof-Richters und Beysitzere. ubi jubetur citationibus inseri, ut litigantes maturè suos advocatos quoq; super transactione informent: si tamē frustra ea tentetur, tunc demū ad processum continuandū dimittantur. Add. Autor *D. III. th. 11.*

DISPU-

DISPUTATIO TERTIA
ad Lib. III. Pandectarum.

Respondente

LUDOVICO CLÆPIO, Anhaltinô.

Ad Tit. I. de Postulando.

Th. I.

IUre judiciove] Innuitur sic discrimen quod apud Romanos erat inter Prætorem & Judicem: Ille jus dicebat, Hic judicabat: Ille Jurisdictionem, Hic nudam habebat notionem: Ille Magistratus, Hic privatus erat. Quæ apud Prætorem fiebant, in jure fieri dicebantur, sicut & locus ubi tribunal exercetur, jus appellatum fuit, *l. p. ff. de J. & J.* In judicio autem facta dicebantur, quæ coram Judice. add. Suth. *de Jurisdict. §. 269.* Kremberg. *de Act. ad rubr. n. 7.* Pacius *C. I. q. 6. & anal. Inst. pr. de Act.*

Aliorum, pro aliis] Olim omnes actiones erant legis actiones, *l. 2. §. 6. ff. de Or. jur.* adeoque nemo alienô nomine lege agere poterat. *l. 123. pr. ff. de R. J.* Nisi pro tutela, libertate, & populo, *pr. J. de his per quos ag. poss.* quod hodie tamen mutatum. v. Günzel *ad l. 77. & 123. de R. J.* Sic neque obst. *l. 5. pr. verb. de suo enim, non de*

Th. I.

QUi pro aliis postulant, h. e. desideria aliorum in jure *a* judiciove exponunt, aut aliorum desideriis pro *b* aliis contradicunt, *l. 1. §. 2. ff. de postul.* vel causis agendis quoquô studiô operantur. *l. 1. §. 11. de extraord. cognit.* Advocati (quòd advocentur ut partibus adsint) dicuntur *l. 1. §. 4. ff. de Postul. & passim.* aliàs Causarum *c* Patroni, Causidici *l. 2. C. de Advocat. 1. l. 7. in pr. C. de postul.* item Togati *l. 3. 6. 8. 9. C. de Advoc. 1.* quorum laudabile, *d* vitæque hominum maximè necessarium est officium *l. 4. pr. C. de Adv. 2. l. 14. C. de Adv. 1.*

D. Struv.
a conf. Ex. VII. th. 13.
b ib. th. 2.
c v. ib. th. 3.
d ib. th. 4.

alieno

alieno jure quemq; agere oportet. ff. si usufr. pet. quod enim nostrum non est, neq; per alium nec in propria persona petere possumus: & quod nostrum est, utroque modô petere licet.

Laudabile officium] Si quæ ergò in odium Advocatorum disposita inveniuntur, de Rabulis exaudienda erunt, ob quæ carcinomata & alii malè audire ceperunt. Certè, ad officium hoc nemo absque eruditionis testimonio, & specimine edito admittitur. B. Carpz. *ad p. 1. C. 1. d. 18. & in Process. Tit. V. art. 7. n. 1. ad 10.* add. Joh. Brandes *de vera JCtorum Phil. cap. 4.*

Th. II.

D. Satuv. Advocati ad præstandum officium suum litigantibus, certis ex causis Patronos non invenientibus, à Præside judicii vel Magistratu, cui subjecti sunt, etiam inviti compelli possunt. *d. l. 1. §. 4. ff. de postul. l. 9. §. 5. ff. de off. Procons. l. 5. §. 11. ff. de reb. eorum qui sub tutel. vel. cur. sunt non alien.* sub pœna non solùm pecuniaria, sed & interdictionis fori, ut si legitimâ excusatione destituti patrocinium denegare non desistant, forô careant, *l. 7. C. de postul.* Pauperum etiam patrocinium gratis suscipere & præstare tenentur. *Ord. Cam. part. 1. tit. 19. §. ult.* Mynf. *4. Obs. 32.* Gail. *1. obs. 43. n. 11. & seq.*

Th. II.

Inviti compelli] Qui enim insignia officii alicujus habet, in eo etiam requirentibus tenetur invitus operam suam præstare: Nam officia autoritate & utilitate publica possunt invitis imponi, nisi probabilem habeant excusationem. Extenditur hoc ad Procuratores Fisci, Notarios, Caupones, Hospites, Nautas, Tabernarios. *Decius* quoque ad prostibula in lupanaribus, sed absque rubore, extendit. Declaratur thesis: dum modò dignum constituatur Salarium. Exceptiones sunt in *l. 8. §. 3. l. 9. 10. ff. de Procur.* B. Hahn. *Wes. b.* Spekhahn. *Cent. I. qu. 69. & C. 2. qu. ult.* quos textûs tamen alii opponunt, unà cum *l. 156. de R. J.* quam alii de Procuratoribus intelligunt. v. B. Hahn. *p. m. 301.* alii distinguunt inter Rem & Reum: qui rem super qua controversiam patitur, defen-

fendere recusat, cessione ejus liberatur. *l. f. ff. d. R. V.* Alii denique de Advocatis extra numerum constitutis, exaudiunt. Videtur tamen Exceptio pariter esse, ut legitimâ excusatione munitus non cogatur.

Pauperum] dum tamen statum hunc suum probent, si non aliter, juramentô tamen. *v. Ord. Cur. provinc. Jen. cap. 31. & seq.* B. Carpzov. *ad p. 1. C. 1. d. 25.* Spekhahn. *d. l.* Extendunt hoc (1.) ad Medicos. Geil. *d. l. n. 13.* (2.) ad Advocatos publicè ad hoc non constitutos (alicubi enim Advocati pauperum peculiariter ordinati sunt) non quidem ex debito justitiæ, sed perfectione charitatis: Id enim esse eleemosynam advocati quâ talis. B. Hahn. *h. n. 3. p. m. 283.* Si tamen vincat pauper, alter in expensas Advocato & aliis debitas condemnatur. add. *diss. nostr. de Paupertate.*

Th. III.

Pro se] Nemini enim sui defendendi occasio præcidenda; & cessat tunc ratio prohibitiva. Quin & pro parentibus seniô vel morbô laborantibus. prout *14. Oct. 1616.* decisum refert Sandej. *L. I. T. 3. d. 4.*

Jure civili] Jure Saxonicô mulier ne in sua quidem causa sine Curatore ad litem comparere potest, ac si non habeat, ex officio datur. *Const. El. XV. p. 2. Ord. Process. T. 8. §.* da sie aber B. Carpz. *ad p. 1. C. 1. d. 30. & in Process. T. V. a. 3. n. 47. seqq.* Excipitur (1.) Si illustres sint fœminæ. Id. *ib. n. 61.* (2.) Aresta quoq; assecurationes petere, contractûs sibi proficuos celebrare sine cura-

Th. III.

Fœminæ pro aliis *e* postulare nequeunt *l. 1. §. 5. ff. de postul.* quia pudori sexûs non congruit, officiô virili, qualε hoc est, fungi *d. §. 5. l. 18. C. de procurat.* etiam fœminas à viris, non vice versâ, defendi *f* æquum est *l. 2. ff. de injur. §. 2. Inst. eod.* pro se *g* verò postulare jure civili non vetantur, quia propriam suscipere defensionem non virile, sed cujusvis est officium, nec rei suæ benè gerendæ occasio cuiquam est auferenda *l. 4. l. 9. C. de Procurat.* Præter fœminas, plures dantur alii,

e D. Struv. *v. Ex. VII th. 14. in med.*

f conf. Ex. XXIX. 56.

g dict. Ex. VII. th. 14.

qui

D. Struv. qui postulare prohibentur, de quibus vide *l.* 1. *& seq. ff. de Postul.*

curatoribus possunt. *ib. n.* 70. *seqq.* Imò (3.) quibusdam casibus jubentur etiam Jure Sax. ipsæmet comparere, nec procurator earum admittitur. *ib. n.* 74. *& in J.prud. Consist. L.* 3. *d.* 65. Jure Can. Superioris autoritate procuratrix esse potest *c.* 4. *de Confirm. util.* vid. Brandmyll. *p.* 338.

Th. IV.

Advocatus clientis sui causæ fideliter *h* patrocinari, & adversario secreta ejus nullatenus pandere, aut cum eo colludere *i* debet *l.* 1. *C. de Advoc.* 1. *l.* 1. §. *ult. l. seq. l.* 3. §. *quod si* 2. *ff. de prævaric.* Freher. *de infam. c.* 6. *n.* 14. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 62. quòd si etiam saltem consilium pro tua causa confecerit, ad adversarii causam defendendam ut prosiliat honestas non admittit, Joan. Andr. *ad Specul. de Advoc.* §. 3. *n.* 11. Fraudes quoque & fallaciæ omnes ab Advocato abesse debent, *k* utpote qui & jurare tenetur, se quod verum & justum putaverit, clienti suo consulturum esse *l.* 14. §. *patroni* 1. *C. de judic.* In bona tamen causa ad

h Ex. VII. *th.* 9.
i *ib. th.* 10.
k *ib. th.* 8.

Th. IV.

Fideliter] Officium Advocatorum descriptum vide tum in *Ord. process. Elect. Sax. Tit.* 3. tum in *Ord. Cur. provinc. Jen. cap.* 5. Elegans aliàs est *l.* 6. *C. de Postul.* Ultra levem tamen culpam non præstare videtur, *arg. l.* 14. §. 1. *C. de Judic.* Neque obst. *l.* 132. *de R. I. l.* 2. *quod quisq. jur. in al.*

Colludere] Rigida in prævaricatores pœna statuta est in P. H. G. *art.* 115. vid. Vigel. *ibid. cap. VI. crim.* 17. *p. m.* 247. Spekhahn. *C.* 2. *qu.* 41. Potest quoque conveniri ex perjurio. it. famosô mandati judiciô. B. Carpz. *Process. T. V. a.* 7. *n.* 11.

Consilium] Limitat Spekhahn *d. l. p. m.* 885. Si talis consultor ab initio putavit, justam se defendere causam, quam tamen posteà vel ex facti vel opinionis mutatione injustam cognoverit; quod citra ullam reprehensionem etiam in foro scientiæ diversis vicibus pro utra-

utraque parte consulere possit. conf. B.Carpz. *L.3. Resp.4. Ord. Cam. p.1. T.19.pr.*

Bona causa repellere] Autor hanc suam opinionem declarat (1.) quoad objectum, ut causa quoad merita sua sit bona (2.) ratione modi & intentionis, ut defensivè fiat. Malè E. eâ quidam abutuntur, dum missis materialibus tanquam desperatis, tricas adversario quoad formalia objiciunt, non tam pro justitia quàm victoria pugnantes. Cæterùm de dolo bono. *vid. infr. IV. 14.*

Th. V.

Quota litis] Non licet litem alienam quasi suam sub pactione tertiæ, quartæ &c. partis in casum victoriæ agendâ redimere ac suscipere, adeoque in Camera Spirensi antequàm recipiantur, Procuratores & Advocati hoc pactum expressè abjurare tenentur. *Ord. Cam. p.1. T.63.seq.* add. *Edictum Torgav. 1583. Tit.* von *Advoc.* und *Procur.* §. wenn die *Advoc. Ord. Cur. provin. Jen. cap. 5.* §. es sollen auch. *pag. 15. it. Ordin. Polit. 1612. Tit. Justitien*-Sachen. Talia quippe pacta (1.) arguunt Advocatorum avaritiam (2.) ut plurimùm

ad vincendum adversarium D.STRUV.
fallaciâ & deceptione uti, & fraudem fraude, calliditatem calliditate repellere potest: hic enim doli boni est usus *l. 1. §. 3. ff. de dolo.* & pertinet huc illud Augustini; cùm justum bellum susceperis, apertâ pugnâ an insidiis vincas, nihil ad justitiam interest *c. dominus 23. q. 2.* Covarr. *lib. 1. var. resol. 2. n.1.* Wesemb. *in parat. C. de Advoc. 1. n.6.* Mynsing. *3. obs. 6.*

Th. V.

De quota litis *l* h.e. de *l v.Ex.VI.*
parte summæ, quæ in lite *th. 44.*
versatur, Advocato pacisci *lin. 8.*
minimè licet *l. 6. §. ult. l. seq. ff. mandati l. 53. ff. de Pact. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. l. 15. C. de procurat. l. 20. C. mand.* aliàs cum ignominiæ nota in perpetuum ab officio removetur *l. 5. C. de Postul.* Salarium
m tamen ad certum mo- *m Ex.VII.*
dum (de quo vid. *l. 1. §. 10.* *th. 11.*
& 12. ff. de extraord. cognit.) pro præstito patrocinio

 rectè

D.Struv. rectè exigit, *l. 3. C. de Postul.* quia nemo propriis stipendiis militare tenetur, & operarius dignus est mercede suâ. *c. cùm ex officii 16. extr. de praescript.* idque sive promissum sit salarium, sive non sit promissum, quô posteriori casu Judicis officiô imploratô *n* peti potest *l. 1. §. 10. ff. de extr. cogn.* Debetur autem illud Advocato sive vincat, sive sine culpa sua vincatur. arg. *l. 10. §. 1. de negot. gest.* Nec denegari praemium vel salarium Advocato potest etiam eo casu, quô fortè citra laborem & revolutionem librorum consilium & remedium ipsi in promptu fuit; ne aliàs quò quisque in jure est doctior, eò deterioris sit conditionis. Hillig. *ad Don. lib. 18. c. 3. lit. Hhh.* Diss. Gl. *in c. licet. 11. q. 3.*

n v. Ex. L. th. 86. inf.

mùm fiunt vexandi adversarii causâ. (3.) praebent his redemptoribus ansam modis omnibus ad victoriam tendendi. v. Sepkhahn. *C. 2. qu. 45.* Geil. *1. O. 44.* B. Carpz. *p. 1. C. 1. d. 24. Ord. Cam. p. 1. T. 46.* §. deßgleichen sollen die Proc. und Advoc. Bronch. *C. misc. qu. 21.* Autor *infr. XXV. 19. inf.*

Salarium] An pro patrocinio praestito honorarium sumere liceat? v. Nic. Henel. *otio Wratislav. cap. 6.* praeprimis *p. 47.* quòd in Gallia frustrà tentatus fuerit modus salarii advocatorum, *p. 51.*

Iudicis officiô imploratô] Quae remedia & actiones Advocatis & Procuratoribus adversus Clientes pro Salario consequendo competant: eleg. vid. Spekhahn. *C. 2. qu. 44.* Gail. *2. O. 12. num. 5. & 1. O. 44. per tot.* B. Franzk. *Comm. ff. Mand. n. 24. ad 40.* Quid si in propria causa versetur? B. Carpz. *p. 1. C. 31. d. 12. seq.*

Vincat vincatur] Si causa diversis constet capitulis, in quorum uno obtinuit, in altero succubuit Advocatus, an solidum salarium, an partem petet? Spekhahn. *C. 2. qu. 42. pag. 592.* Ubi etiam Qu. 43, disquirit: Quo tempore salarium promissum debeatur vel exigi possit: an causâ demum finitâ, an sub initium? conf. B. Carpz. *p. 1. C. 1. d. 34.*

Th. VI.

Th. VI.

Toties quoties] Paucissima quidem Judicis arbitrio relinquenda, *sup. D. l. th. 21.* impossibile tamen ut nulla; ubi ergò lex ob varietatem negocii nihil disposuit, Judex supplebit, *c. 4. §. 1. de Off. & pot. jud. deleg.*

Domi consulere] Minus tuta hæc videtur cautela Brunnemanno ad *l. 1. C. de Postul.* Cùm Advocare propriè in scriptis fiat, & ita Judex scopum suum non assequeretur, fieretquè fraus edicto, cùm æque maledicus esse possit Advocatus in consiliis. Verùm, Scopus Judicis prohibentis ille saltim est, ne promiscuè coram se litigetur: Qui itaque domi se continet, Judici abominabilis non est. (2.) Aliud est Postulare, aliud consilia petentibus suppeditare: Illud vel oretenus fit & coram, vel scriptorum exhibitione. Consilia verò partibus privatim & pro sua informatione communicantur, nec Judici exhibentur.

Th. VI.

Postulare prohibitus, si nihilominus postulaverit, pœnâ ex edicto afficiendus est arbitrariâ *l. 1. §. 6. in fin. ff. de Postul.* utpote quæ toties locum habet, quoties lex prohibet aliquid nullâ certâ pœnâ adjectâ *Gl. & Dd. in l. 3. C. de SS. Eccles.* Prohibitio tamen illa non obstat, quò minùs domi, litigantibus consulere possit, quia pœnæ strictissimè sunt accipiendæ: diversa verò ratio est postulandi & consulendi. Cæpoll. *caut. 156.* Wesemb. *in parat. ff. de postul. num. 5.* Magon. *in Cynosur. Advoc. c. 11. num. 5.* D. Struv.

Th. VII.

Errores Advocatorum] quid Error, & quotuplex: quid ab ignorantia distet? sedem habet in *tit. ff. de I. & F. Ign. add. infr. XIII. 32. seq.* de Culpa & errore Procuratorum *vid. th. 36. b.*

Th. VII.

Circa errores Advocatorum *a* tenenda est distinctio inter errorem juris & facti. Illum Judex curare non debet, utpote cui & ea, quæ ratione juris desunt

a v. Ex. VII, th. 12.

Sup-

 sunt

D. Strykv. sunt advocatis, supplere licet, *tit. Cod. ut quæ desunt Advocat. part. Jud. suppl.* Quoad hunc verò facti errorem interest, utrùm præsente parte, an eâ absente sit commissus. Hôc casu error Advocati clienti nocere non potest: illo verò nocet, nisi intra triduum proximum dictis Advocati contradixerit, vel post sententiam appellaverit: quia iis remediis omissis in se recepisse, & silentiô suô quicquid dictum est, approbasse videtur *l. 2. 3. Cod. de error. Advoc.*

Supplere licet] nim. si advocatus in fundamento pro se allegando erraverit, putans in tali juris textu latere suæ causæ decisionem, Judex eapropter damnare eum non potest, sed, si aliunde justitia causæ desumi possit, pro eo judicare debet: sicut & fecisse hoc curiam Frisicam Sandejus *L. 4. T. 2. d. 4.* testatur. add. id. *L. 1. T. 7. d. 3.* & Autor *infr. XXII. 10.* Nec obst. *l. 4. §. 8. ff. de Damn. in f.* oportere Judicem rogatum esse. Nam si non in specie, certè in genere rogatus est.

Intra triduum] Hoc quod dicitur in continenti fieri debere, explicatur per triduum *l. f. C. de Judic. & c. 8. de Regularib. & transf. ad rel.* quàmvis alibi videatur sufficere si negocium nondum finitum sit. *c. f. x. de Confess.*

Silentio suo] de cujus natura & effectu in nostris super eo argumento dissertationibus egimus.

Tit. II. De his qui notantur infamiâ.

Th. IIX.

Fama, utut vocabulum aliàs medium, in bonam plerumque partem in jure sumitur, & eadem est cum Existimatione, quæ definitur dignitatis illæsæ status legi-

Th. IIX.

Vocabulum medium] Cui sua qualitas demum ex additione boni vel mali tribuitur: sicut Fides, Dolus, & sim. quàmvis dolus plerumque in malam, fides & fama in bonam accipiantur partem. Et fama quidem

dem liberorum solùm hominum affectio esse videtur, cùm servi planè non veniant in considerationem, prout ex alleg. *l. 5. ff. de Extr. cogn.* colligi potest.

Duplex est] displicet hæc divisio non uni Doctorum. Donell. *d. L. 18. c. 6.* Niell. *Disp. feud. II. th. 6. lit. D.* Ant. Fab. *ad l. 4. §. 4. ff. h. t.* infamiam facti penitùs incognitam juri, omnique effectu destitutam esse putant. Et fatemur quidem (1.) verbis conceptis eam divisionem in legibus expressam non reperiri: sed eo modô pleraque docendi causâ reperta rejicienda forent: sufficit quoad rem ipsam ibi latere. (2.) Species non esse univocas, sed ab uno ad unum, magisque de suo genere participare juris quàm facti infamiam; sed nec tamen hæc suis caret effectibus & incommodis irrogandis; cùm nec Donellus neget, autoritati testium eâ laborantium quid detrahi: & si instituti heredes sint, querelâ inofficiosi repelli.

Hominum opinionem] Atqui existimatio cujusvis à lege moribusve, non privatorum collusione pendet. ℞. Inde hone-

legibus aut moribus proba- D.Strauv.
tus *l. 5. §. 1. ff. de extraord. cognit.* ubi per dignitatem latè conditio personæ cujusque, quâ quis non indignus iis rebus, quæ in suo cuique ordine tribui solent. Donell. *lib.* 18. *comm. c. 6.*
Huic opponitur Infamia, *p* *p v. Ex.*
famæ & existimationis de- *VII.th.15.*
minutio, ob turpitudinem quandam vitæ, quâ quis inter bonos & honestos haberi non meretur, orta, Donell. *d. c. 6. & ibi* Hillig. *lit. H.* Marq. Freher. *lib. 3. de infam. cap. 1. num.* 12. Hæc duplex est; Juris &
Facti. *q* Quædam enim per *q ib.th.16.*
se turpia sunt, quibus Lex constantem hominum opinionem sequens, famam imminui voluit, eaque ex-
pressè enumeravit: *r* quæ- *r ib.th.18.*
dam, licèt de se turpia non sint, tamen bonorum & honestorũ hominum censurâ & repræhensione, cui lex non contradicit, digna; & hæc, quia specialiter à jure notata non sunt, facti infa-

D. Struv. s ib. th. 17.

infamiam s parere dicuntur, cujus vestigia sunt in *l. 2. ff. de obseq. parent. & patron. præst. l. 1. §. 43. de vi & vi arm. §. 1. in fin. Inst. qui & quibus ex caus. manum. non pos. l. 27. C. de inoff. testam. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. l. 25. C. ad L. Jul. de adult.* Marq. Freher. *lib. 3. de infam. c. 25. n. 2.* Hillig. *Don. Enucl. d. lib. 18. c. 6. lit. I.*

honestos etiam, bonos ac cordatos Autor præsupponit ac requirit homines: quorum tamen opinio legibus convenire ab iisque probata esse debet. Nec enim quilibet privatus temerariis minis infamare potest. Conf. *infr. D. IV. th. 10.*

Th. IX.

Infamia irrogatur vel ipso jure, vel factô hominis. Ipso jure infamiam pariunt talia, quæ fermè palàm fiunt & nullam merentur excusationem, v. g. artis ludicræ causâ in scenam t prodire ad quæstum faciendum *l. 2. §. ult. ff. de his qui not. infam.* Facere lenocinium u *l. 4. § 2. & 3. eod.* Intra annum à tempore mortis mariti alii nubere x *l. 15. C. ex quibus caus. infam. irrog.* Bina sponsalia y binasve nuptias z eodem tempore constitutas habere *l. 13. §. 1. ff. eod.* Improbum fœnus a exercere *l. 20. C. eod.* & alia.

t Ex. VII. th. 18. p. 119. pr.
u conf. IL. 44.
x XXIX. 53.
y ib. th. 36. n. 2.
z ib. th. 35.
a conf. XXVII. 54. XLIIX. th. 113. n. 4.

Th. IX.

Jure vel facto] Ita tamen, ut non inde sit alia juris alia facti infamia. Sicut enim omnis infamia turpe aliquod factum requirit, nec ulli præter merita propria possit irrogari; adeò ut molitores, opiliones & similes, cum filiis infames non sint. *Ord. Pol. 1577. tit. 30.* § 1. B. Carpz. *p. 2. C. 6. d. 12. seqq.* Dn. Richter *Decis. 8. n. 30.* Ita ubique juris autoritas requiritur, explicitè quidem, efficienter & positivè in infamia juris: negativè autem, non repugnando sed connivendo, in infamia facti. Autor solùm innuit modos quibus vel irrogatur vel attrahitur tam facti quàm juris infamia: unde autem divisio desumpta sit, aliunde hauriendum.

Facere lenocinium] quod adeò

adeò exosum, ut servus etiam, quantumvis libertatem, sterilem tamen & omni existimatione privatam, accipiat. *l. 4.* §. *3. h.* adeò incapax famæ leno est, ut eâ privetur priusquàm eam nanciscatur. *l. 7. C. ad L. C. de Fals.* conf. Pac. *C. II. Qu. 21.* Cum muliere tamen prostituta mitius agitur, ut ipsi manumissæ non noceat, *l. 24. ff. h.* tanquàm æque graviter non peccaverit patiendo *N. 8. c. 8.* atque leno, & ipse peccans, & alliciendo alios. Paul. Busius *ad h. n. l. 4.* §. 3.

Th. X.

Rei paciscentis] qui tamen non tam irrogat sibi, quàm attrahit infamiam. Ne quem ergò turbet, quam Autor his dichotomiis suis quærit, elegantia, notandum, Factum illud hominis, quo irrogari infamiam dicit, diversimodè sumi. Nascitur infamia ex pacto, sive, per illud excitatur: à Judicè demum propriè irrogatur.

Directa] Adjectivum hoc actioni datum, opponit eam modò contrariæ, ut hic; modò utili. *Priori* casu notat talem quæ nativa est ac propria negocio, ex verbis & mente contrahentium profluens: cùm contraria solùm compensativa sit, æquitatis servandæ causâ: ut, si v.g. tutor dicat: æquum esse, ut & ipse indemnis servetur, dum adeò rigidè ratio ab ipso exposcatur. *Posteriori* casu denotat in vero, pristino ac nativo statu adhuc subsistentem, oppo-

Th. X.

Factum hominis, ex quo infamia irrogatur, est vel Judicis civili aut criminali judiciô famosô β ob dolum aliquem condemnantis, vel Rei paciscentis. Civile judicium est v.c. Actio pro socio, γ Depositi, δ Mandati, ε Tutelæ ζ directa non contraria *l. 1. vers. qui pro socio. l. 4.* §. *fin. l. 6.* §. *mandati 5. & seq. l. 7. ff. de his qui not. infam.* item actio furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, vel doli, quâ quis suô, non alienô nomine condemnatur *d. l. 1. vers. qui furti. l. 6. in prin.* §. 1. & 2. *ff. d. t. l. 11. ff. de dolo.* Criminale judicium est vel Publicum, *l. 7. de publ. jud. l. 13.* §. *ult. ff. de his qui not. infam.*

D. STRUV.

β *v. Ex. VII. th. 18. vers. vel mediate.*

γ *ib.* & *XXII. 37.*

δ *XXI. 38.*

ε *XXII. 11.*

ζ *XXXI. 55. in m.*

vel

D.Struv. *n v. Ex. III. 108. θ v. III. 90.*

vel Extraordinarium, ut expilatæ *n* hereditatis *l. 12. C. ex quibus cauf. infam. irrog.* sepulcri violati *θ l. 1. ff. de Sepul. viol.* furti, injuriarum, vi bonorum raptorum. *l. ult. de furt. l. ult. de injur. junct. l. 7. ff. de publ. judic.* quò pertinet etiam crimen stellionatûs *ι L. 13. §. ult. ff. de his qui not. infam.* vel denique Militare, quô miles ob delictum ignominiæ causâ ab exercitu mittitur seu exautoratur. *l. 1. l. 2. §. 2. ff. eod.*

ι ib. th. 109.

opponiturque inflexæ, aliò applicatæ, dum v. g. alius agit quàm cui primitus data; contra alium reum quàm contra quem introducta; super alio objecto, quàm cujus gratiâ inventa: sic Publiciana est rei vindicatio utilis, quia Prætor non-dominum agere permittit. Quod autem directâ damnatus, non contrariâ fiat infamis, causa est, quòd ibi de fide servanda vel rupta; hîc de æqualitate servanda & damno vitando agatur.

Suô nomine] Procurator enim, in quem sententia quandoque concipitur ac dirigitur, pro honore reo principali conservando, planè innocens est. Inde in causis injuriarum suadent ut reus procuratorem mittat; quod quando & quousque procedat, vid. *infr. ad D. XXI. th. 3.*

Furti, injuriarum] Atqui hæc jam adfuerunt. Nim. agitur super his criminibus modò civili judiciô, ad interesse privatum, pro re nostra solùm recuperanda: modò criminaliter, ad interesse Reip. pro pœna infligenda: utrobique tamen infamia sequitur, quia victus doli reus arguitur, cujus ordinarius effectus est infamia: In tantum, ut pacti quoque, quia dolum fateri finguntur, infames fiant. Nec juvantur, quòd maturè, non expectatâ sententiâ cedant, nec Judici negocia facessent: Nam ipsa origo facti est improba, & vel intuitu proximi peccaminosa, nedum ut novum expectemus delictum temerarii litigii.

Stellionatûs] generale nomen est, toties adhibendum, quoties factum sub certi ac nominati criminis specie non apparet: est ergò delictum vagum ac quasi innominatum, omnium reliquorum forma communis, planè ut in civilibus negociis & contractibus dolus. Dum itaque modestè perpetratum, ut excusationem

nem adhuc mereatur, quasi jocandi animô admissum, aut ingenii testandi gratiâ; famâ salvâ coërceri solet. *l. 2. ff. de Crim. stell.* Secus, si dolus manifestior sit, aut certi criminis formam induat. conf. aliter explicantes Pac. *Cent. II. Enant.* 27. Cujac. *X. obs.* 26. Hillig. *D. E. XVII. 5. lit. R.* Autor infamiam ex sententia sequi, non ipso crimine concipi putat, per alleg. *l. 13. §. f. verb.* Damnato.

Th. XI.

Etiam ante judicium] Atqui non fiebat infamis in *l. 4. ff. de Int. in jur. fac.* qui ante judicium confessus erat. Nim. nec ipsum principale delictum, sed aliquid antecedens vel circumstans confitebatur. conf. Pac. *Cent. II. qu.* 25. B. Hahn. *Wes. b. n. 3. p. m.* 289.

Jussu Judicis] Litigii telam etiam in judicio amicabilis compositio præcedere debet. *Ord. process. Elect. Tit. I.* §. besonders wollen wir. *verb.* damit nicht leichtlich. ad eam tamen compellere litigantes non debet Judex *ibid. verb.* jedoch mit der *discretion.* Eâque omissâ processus non est nullus, nec Reus ab instantia absolvendus, sed respondere tenetur. B. Carpz. *p. 1. C. 1. d. 10.*

Th. XI.

Denique si delicti, quod mortis pœnam non ingerit, *l. 18. C. de transact.* reus pretiô interveniente κ etiam ante judicium cœptum *l. 6. § 3. ff. de his qui not. infam.* paciscitur, λ infamiâ incurrit *l. 1. vers. qui furti l. 4. in fin. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his qui not. infam. l. 18. C. ex quib. caus. infam. irrog.* quia crimen fateri censetur *d. l. 5.* confessus verò pro judicato est μ *l. 1. ff. de confess.* Debet autem pactio hæc fieri sine jussu Magistratûs, *l. 6. §. 3. ff. eod.* Qui enim jussu Judicis ν transegit (uti interdum ob quietem publicam, aut ad evitandum majus malum transigere litigatores coguntur, Wesemb. *in parat. ff. de his qui not. infam. num. 5.*) ejus confessio fingi non potest: ubi autem nulla præsumptio est confessionis, ibi transactio non infamat, Hillig. *Don. Enucl. lib. 18. c. 8. lit. ff.*

D. STRUV.

κ v. Ex. VI. th. 60. & 61.

λ Ex. VII. th. 18 vers. Ejusmodi.

μ v. Ex. XLIV. th. 23. seqq.

ν v. VI. 60. in f.

Th. XII.

D.Struv. Infamia semel, sive ipso jure sive per sententiam Judicis, aut, quæ huic æquipollet, præsumptam confessionem partis irrogata, est perpetua, adeò ut nec pœnitentiâ facti tollatur. *l. 43. §. 4. ff. de rit. nupt. l. 63. ff. de furt.* Personam enim, quam semel contaminavit, velut leprosum lepra comitatur, eamque ubiq; gravat. Marq. Freher. *l. 3. de infam. c. 24. num. 7.* Hinc nullo tempore aboletur, nisi regalium jure restitutione à Principe ξ factâ *l. 1. §. 10. & seq. ff. de postul.* vel nisi ad certum tempus o per Magistratum irrogata sit *l. 8. eod.* tunc enim tempore

ξ *v. Ex. VII. tb. 23. pr.*

o *ib. in m.*

Th. XII.

Nec pœnitentiâ] add. *infr. XXIV. th. 8. & 27. inf.* Atqui Pœnitentia in effectu eadem est cum pœna; sicut E. hæc reatum tollit, ita & illa: Pœnæ finis est emendatio, at verò, pœnitens jam emendat mores. Nim. non sola mentis mutatio pœnæ scopus & effectus est, damni insuper resarcitio requiritur.

Nullo tempore aboletur] Privatio præsupponit habitum, & quod aboleri debet, existat oportet. Infamia non reale aliquod ens est, sed privatio & non ens, cujus nulla qualitas, mors, interitus aut fatalia: Sicut qui ex servo liber cupit fieri, accipere libertatē ab alio debet, ex se talis non evadit: Ita nec existimatio sponte renascitur, sed denuò tribui oportet.

Restitutione à Principe] Atqui factum infectum fieri nequit: E. nec Princeps efficiet ut infamis amplius non sit, quem semel talem fecit. Verùm ex dictis constat, Non adesse hîc factum aliquod positivum, sed spoliationem; sanatur E. vulnus adempti restitutione: eo quidlibet tollitur modô quô constitutum est, E. & existimatio in civitate publicâ autoritate tribui, adimi, restitui potest. conf. Pac. *C. II. qu. 17.*

Certum tempus] Ita est: Quoties significatur, Dolum esse commissum, sive verbis sententiæ, *l. 15. ff. ad Munic.* sive genere pœnæ, tametsi levioris, convenientis tamen non nisi judicio famoso, Non servatur existimatio. *l. 3. pr. & §. 1. ff. de*

de Decur. Hinc & nominatim ex crimine famoso damnatus ad tempus, fit infamis perpetuò. *l. 5. de Decur. d. l. 15. ad Munic.* Quoties verò neutrum apparet, servatur fama. *d. §. 1.* quorsum & referenda allegata ab Autore *l. 8. ff. de Postul.* add. Petr. de Greve. *Exerc. ff. IV. assert. 5.* Nec evertit hanc distinctionem *l. 3. C. de his qui not. inf.* quia in ea non est damnatio ex causa famosa: proinde per pœnam leviorem infamia remissa videri non potest. conf. Brunnem. *ad d. l. 3. C. h. n. t.* Opp. Quod contingit ab ordine Senatorio ad tempus remoto, id quoque contingit ei cui infamia ad tempus irrogata. Atqui prior ille perpetuò motus censetur. E. posterior perpetuò infamis erit. *Sed,* A diversis mala fit illatio. Senatûs autoritati decederet, si qui semel fuit infamis, denuò recipiatur: at reliquis nihil decedit, si qui infamati fuerunt, restituantur. *Atqui* in *l. 15. ad Munic.* minor pœna infamia perpetuatur. R. scil. quia extra ordinem in locum gravioris per compensationem irrogata. add. Pac. *C. II. qu. 20.*

pore finitô, nec D.Struv. contra intentionem Magistratûs infamia diutiùs adhærere potest *l. 3. & 4. C. ex quibus caus. infam. irrog. d. l. 8. ff. de postul. l. 5. l. 3. ff. de Decurion.* Adde Wesemb. *parat. ff. de his qui not. infam. n. 8.*

Tit. III. de Procuratoribus & Defensoribus.

Th. XIII.

Distinguatur] Atqui Tutores & Curatores documentum s. attestatum commissi officii, quod Tutorium & Curatorium vocatur, accipiunt. R. non tamen â Domino, sed â Magistratu.

Cum

Th. XIII.

Procurator π est, qui mandatô domini aliena negotia administrat *l. 1. ff. de procurat.* Negotia illa sunt vel Judicialia vel Extrajudicialia, ad quæ administranda, ut à Negotiorum gestore, Tutore & Curatore distinguatur, Mandatum ϱ Domini intervenire debet. Quia verò

π *v. Ex. VII. th. 24.*

ϱ *ib. th. 27.*

D.Struv. verò Mandatum est vel Generale vel Speciale, etiam Procurator duplex in jure proponitur, alius σ Generalis seu universorum bonorum, alius Specialis quarundam scil. rerum, & certæ causæ. *l. 25. §. 1. de minor. l. 1. §. 1. l. 63. ff. de procurat.* Uterque communiter subdividitur in Procuratorem cum libera τ & sine libera (scil. administrandi potestate) constitutum; eaque subdivisio ex collatione *l. 63. ff. de procurat. cum l. 9. §. 4. de acquir. rer. dom. §. 42. Inst. de R. D.* item per *c. qui ad agendum. 4. in fin. de procurat. in 6.* sufficienter probatur. Facit. *l. 7. §. 1. in fin. vers. alia causa est peculii &c. ff. de pecul.* Vid. Duar. *ad tit. ff. de Procurat. c. 1.* Vald. *lib. 1. var. quæst. 47.* Wesemb. *in parat. ff. de procurat. n. 3. & Dd. communiter.*

σ *ib. th. 25.*

τ *ibidem.*

Cum libera] Malè ita distingui putat Donell. *4. Comm. 15.* quoniam & cui simpliciter universorum bonorum data est administratio, libera data sit; alioquin non esset totorum bonorum. Verùm, Confundit universalitatem objecti, cum indifferentia formæ. Diversa quippe sunt: Omnia gubernare: &: Omni modô. Potest enim, qui speciale habet mandatum ad certum negocium, liberè, omnique modô procedendi & tractandi potestatem accepisse: Et contrà: cui omnia negocia commissa sunt, restrictionem ad certos limites accepisse. Remanet ergò differentia. vid. Vinn. *L. 1. select. qu. 9.* Pac. *C. II. qu. 47.* Bronch. *1. Enant. 51.*

Th. XIV.

Minores υ 25. annis, modò 17. sint annorum, Procuratores de jure civili dari posse, constat ex §. 5. *Inst. qui & ex quibus caus. manum. junct. l. 51. ff. de procurat.* suscipientibus enim illis

υ *Ex. VII. th. 30. in m.*

Th. XIV.

Jure civili] Nec movemur (1.) legitimam requiri ætatem, quæ in *l. 12. C. de Procur. & l. f. C. de his qui ven. æt.* declaratur per 25. annos. Nam genus hoc est, ac pro substrata materia variat: atque toties ita dicitur, quoties numerus à lege requi-

requisitus adest, utcunque non 25. sed 17. vel 18. annorum sit. Nec (2.) *l. 51. ff. de Procur.* quæ majorem 25. annis exsertim quidem requirit, ast de Defensore loquitur. Discrimen in eo latet, quòd defensor absque mandato agat, adeoque hac suâ gestione principalem, ut à quo mandatum non habet, non habeat obligatum, sed damnum in se redundet; Unde, si minorennis sit, restitui petet, adeoque judicium cui interfuit, retrò annullatur, ac frustra vicit, qui obtinet. conf. Pac. *C. II. qu.* 16. Bronch. *C. I. Enant.* 49.

illis litem interveniente Domini ejusque majoris mandatô, judicium non redditur elusorium, cùm restitutio in integrum ob circumscriptionem eo casu non habeat locum. *l. 23. in fin. de minor.* De jure verò Canonico φ & moribus hodiernis certum est, minorem Procuratorem ad litem dari non posse. *c. qui generaliter 5. §. ult. de procur. in 6.*

D.STRUV.

φ *ib. inf.*

Canonico & moribus] vid. B. Carpz. *Process. Tit. V. art. 1. n. 29. seqq.* Hahn. *Wes. b. p. m. 298. seq.*

Th. XV.

Jure civili] Largiamur utcunque Bronchorstio *C. I. misc. contr.* 23. Procuraturam jure civ. non Dignitatem, sed Advocaturâ inferiorem fuisse, neutiquàm tamen ex eo sequitur, infamibus quoq; patuisse: Neque ea mens Imperatoris in *§. f. I. de Except.* fuit, quasi absque delectu promiscuè infames admittendi: Sed abusum exceptionum ab infamia desumptarum, dum procuratoribus modò propria, modò suorum principalium infamia objiciebatur,

Th. XV.

Eodem Jure, quod χχ judicia rectè sequuntur, Infames procuratores dari non ψ possunt *c. infames & seq. 3. q. 7. Ordin. Cam. part. I. tit. 18.* Imò nec jure civili admissos fuisse ad procurationem illos, de quorum infamia liquidò constabat, verius est, nec *§. ult. Inst. de except.* huic opinioni quicquàm refragatur. Eodem modô & à Nota-

χχ *conf. Ex. II. th. 39.*

ψ *Ex. VII. th. 30. inf.*

D. Stauv. Notariatu Infames sunt excludendi, cùm homini turpi & infami fides haberi non facilè debeat, quæ tamen in Notariis quàm maximè requiritur. Hodiè nec ullum hoc habet dubium, cùm *per constit. Maximil. de Notariis Anno 1512. Coloniæ latam* Infames expressè ab hoc munere, quod dignitatem annexam habet, repellantur §. Erstlich ordnen.

Th. XVI.

v. Ex. VII. th. 27. pr. Quia constitutio Procuratoris ex mandato *a* pendet, ille de cujus mandato evidenter constat, verus est Procurator, qui etiam absque cautione de rato ad agendum admittitur, cùm voluntas Domini ex mandato satis sit manifesta; imò clausulam rati mandato inseri nullatenus est necesse, cùm per se tacitè insit, *l. 6. pr. ff. de con. dict. indeb.* adeoque ejus expressio nihil operetur *l. 3. de leg. 1. l. 22. de adopt.* Rauch-

batur, causæque principali aliæ protelandi causâ immiscebantur, conatur tollere; atque adeò de obscura loquitur infamia, cujus ergò novus processus incipitur. Sin de macula certò constet, certè ad judicia non admittet, quos aliàs virorum honestorum consortiô exclusit.

Notariatu] An turpes personæ à Notariatu excludendæ? B. Hahn. *Wes. h. n. 8. in f. p. m. 294.* add. Lindem. *ad Tit. I. de Adopt. §. 5.*

Th. XVI.

Absq; cautione] Nec impedit *l. 5. §. 18. ff. de N. O. N.* ubi verus procurator cavere jussus fuit; quia defectum mandati specialis, quale ibi necessarium erat, cautione supplere debuit. v. B. Carpz. *Process. T. 5. a. 6. n. 57. seqq.* Verus E. dicitur, quia habuit mandatum. Cavere debuit, quia insufficiens erat.

Clausulam rati] Eandem opinionem propugnat, atq; ab objectionibus vindicat Rauchb. *p. 1. q. 2. n. 37.* contrarium tamen in praxi observari, eamque præcisè exigi, testatur B. Carpz. *L. 3. Resp. 10. n. 4. & 5. & in Process. Tit. V.*

Tit. V. art. 1. n. 77. seqq. add. Hillig. *D. E. lib. 18. cap. 12. lit. Ee. p. m. 379.* Berlich. *p. 1. Concl. 14. num. 20.* Rosbach. *process. Tit. X. n. 53.* Hahn. *b. num. 6. p. 303.*

Carere mandatô] juxta *Ord. process. Elect. Sax. Tit. 7.* tam Advocatus quàm Procurator ex officio repellitur, eorumque positiones ab actis removentur, indictâ pro prima vice mulctâ quinq; : pro secunda vice decem imperialium, ac jubentur adversario sumptûs refundere. add. B. Carpz. *ad p. 1. C. 1. d. 26.* Debent autem illud statim sub initium litis exhibere. Id. *in process. Tit. V. art. 1. n. 51. 55.*

Conjuncta persona] in linea recta in infinitum; In Collaterali usque ad tertium gradum inclusivè. Ratione affinitatis, Socer pro genero, & vice versâ. *dict. Tit. 7. ord. process. Elect.* & Carpz. *p. 1. C. 1. d. 29.* Hahn. *b. p. m. 302.* Maritus nomine uxoris in judicio non admittitur, nisi aut Curatorium exhibeat, aut caveat de rato. Id. *ib. d. 31.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 27.* Extenditur verò conjunctio hæc ad litis consortes. *dict. Tit. 7. ord. process. El.* Qua-

Rauchbar. *p. 1. q. 2. num. 13.* D. Sarnm Treutl. *vol. 1. d. 9. th. 8. lit. a.* Econtrariò quando certum est aliquem carere *a* mandatô, is tanquam falsus procurator (nisi sit conjuncta *b* persona *l. 3. pr. & l. 41. ff. de procur.*) à lite repellitur, quantumvis de rato cavere sit paratus *l. 40. §. ult. de Procur. l. 1. C. eod.* Et licèt ab initio per mendacium irrepserit, in quacunque tamen parte judicii exceptio falsi procuratoris illi opponi potest *l. 24. C. eod.* & non solùm ante, sed & post sententiam. *c. in nostra 4. extr. de proc.* Ubi verò de mandato probabiliter dubitatur, *c* Procurator sub cautione de rato admitti solet, *d. l. 1. C. eod.* & quidem in Cam. Imp. in præparatoriis usque ad L. C. quâ factâ, nisi Procuratorium exhibuerit, ulterius in causa principali procedendi sine Judicis licentia facultatem non habet, *Ord. Cam. p. 1. tit. 21. §.* Weiter

a ib. vers. fin autem.
b th. 28. in m.
c dict. th. 28. pr.

T setzen.

D. Struv. setzen. Bernh. Wurmß. *pract. obs. tit. 5. obs. 8.*

Th. XVII.

In publicis judiciis ex parte accusatoris *d* ob vinculum inscriptionis *c. 5. extr. de procur. l. 15. C. de accusat.* Procurator olim frustrà interveniebat *l. pen. §. 1. ff. de publ. judic.* utique si ex crimine pœna usque ad relegationem (quæ inclusa, non exclusa intelligi debet) sequi soleat, *l. 1. ff. an per al. caus. appellat. red. pos.* Excipiebantur *e* personæ illustres, quæ crimen injuriarum, & ex eo actionem vel accusationem per procuratorem instituere poterant *l. ult. C. de injur.* Hodie *f* verò cùm accusator pœnæ talionis non sit obstrictus, sed si in accusatione defecerit, tantùm sumptûs & mulctam pecuniariam pro injuria reo illata præstet P. H. O. *art. 12.* Procurator in publicis judiciis pro-

d Ex. VII. th. 32.

e ibi vers. excipiuntur.

f ibi vers. hodie.

Quacunque parte judicii] sunt certæ exceptiones, etiam post sententiam allegabiles. *vid. infr. XXII. th. 12.*

Th. XVII.

Olim frustra] ad coërcendas temerarias accusationes, cogebantur olim ad pœnam talionis, si in probatione deficerent, obligare se accusatores: at, inventâ lege, invenitur fraus legis; per Procuratores id expediebant: & hoc itaque præcavendum fuit.

Illustres poterant] Imò debebant. *l. 25. C. de Procur.* sub pœna amissionis causæ. In Camera Spirensi non aliter ac per Procuratorem ulli litigare licet: ita tamen, ut sententia in principalem feratur: Exceptâ injuriarum actione. *Ord. Cam. p. 1. T. 25.*

Hodie potest] vid. B. Carpz. *pr. Cr. q. 105. n. 2.* Matth. Steph. *ad P. H. O. dict. art. 12.* Hahn. *h. num. 5. p. m. 302.* Bronch. *C. I. Enant. 50.* Ac, si nomine universitatis vel præfecturæ agendum sit, Syndicus constituitur, quem Fiscalem dicunt. B. Carpzov. *Process. Tit. V. art. 4. num. 17.* quem necessitas officii ab omni ca-

lu-

lumnia & crimine excusat. Autor *infr. Diss. XXV. th. 22. circa f.*

Th. XIIX.

Distinguendum] quæ distinctio etiam repetitur *infr. D. XXIII. th. 6.* quando quæritur: In quantum fidejussores in causis criminalibus admittendi? add. tamé quoad Relegationem Carpz. *pr. Cr. Qu. 105. n. 77.*

Causa tamen absentiæ] Ita est: Cùm & absens damnari possit, vid. *infr. D. XXI. th. 3. in m.* ut præcaveatur, humanum est, pro absente admitti aliquem, non quidem ut Procuratorem, sed, ut benè Autor, sub qualitate Defensoris. Discrimen inter utrumque hoc est: Procurator litem contestando ejus fit Dominus, suò ergò jure ut causa pertractetur, urgere potest. Aut itaque absolvitur reus, & præstò esse potest, tanquam nunquam aufugerit: aut damnatur, & nunquàm usquam apparebit: dum verò nec in ipsum nec Procuratorem executio fieri potest, frustratoria est sententia, judicium elusorium. Defensor verò admissus, licèt absentiæ & innocentiæ

pro actore intervenire potest. Gail. *lib. 1. de p. p. c. 10. n. 12.* Clar. *in pr. § ult. quæst. 12. n. 13.* D.STRUV.

Th. XIIX.

Ex parte Rei *g* in publici judicii criminibus nec hodie ad defendendum Procurator admittitur *d. l. pen.* §. 1. *ff. de publ. judic.* Distinguendum verò hîc inter crimina, quatenus vel pecuniariam, vel capitis, vel relegationis pœnam ingerunt. In illis defensor etiam ante L. C. ordinariè admittitur *l. 1. ff. an per al. caus. appell. l. 6. §. 2. ff. de his qui. not. infam.* cùm ratio, ne judicium fiat elusorium, hîc cesset: In his & istis, cùm illa ratio obtineat, aliud dicendum; adeoque regula est: quòd in eo criminum genere, cui statuta est pœna capitalis, cui alius subjici non potest, causa per alium, procuratorem scil. agi non possit *d. l. 1. pr. ff. an per al. caus. appell. red. poss.* Causæ ta-

g Ex VII. th. 18.

D. Struv. h ib. vers. Imò & ubi.

tamen absentiæ *h* allegari *l. 71. de procurat. d. l. pen. §. 1. ff. de publ. judic.* lite verò contestata etiam causæ innocentiæ afferri queunt *l. 33. §. 2. de procurat. l. 3. C. de accusat. l. 13. C. de adult.*

tiæ alleget rationes, & sic sententiam impediat, ipsum tamen processum in se non derivat, nec sententiam elicere potest. Sic non obst. (1.) *l. 33. §. 2. ff. de Procur.* publicè utile esse, absentes etiam in capitalibus judiciis à quovis defendi. Nam de Defensore loquitur. Satis autem vel sic defenditur, dum impeditur ante Lit. Cont. ne bona annotata elapsô annô in fiscum redigantur. *l. 1. §. f. l. f. pr. ff. de requir. vel abs.* post L. C. verò, ne absens pro contumaci habeatur. B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 105. n. 29.* (2.) *l. 3. C. de Accus.* quæ exsertim de Procuratore loquitur. Nam dist. Autor, inter ipsam causam agere, quoad formalia & merita causæ: & causas solùm absentiæ vel innocentiæ allegare: priori modô promovetur, posteriori impeditur sententia. (3.) *l. 18. ff. de Appell.* ubi Dominus pro servo capitaliter damnato appellans procuratorem dedit. Nam sic non servi, sed domini procurator fuit. (4.) *l. 10. & l. 13. §. 1. ff. de Publ. Jud.* quæ ex dictis refelli possunt. alias responsiones vid. ap. Cujac. *13. O. 20.* Rauchb. *L. 1. q. 7. n. 10.* Fachin. *L. I. c. 24. seqq.* Pac. *C. 2. q. 36.* Bronch. *C. I. enant. 55.*

Th. XIX.

i conf. Ex. VII. th. 39.

Olim per Procuratorem agere non licebat *l. 123. de R. J.* nisi pro populo, *i* tutela, libertate: postmodùm facultas illa per alium agendi ob varia, quibus constringi homines

Th. XIX.

Impeditus mittere debeat?] Alia quæstio est: An, quem sponte misimus, admittendus sit Procurator? Alia: An mittere inviti teneamur? Utrum absentiâ nostrâ processum impedire & ad reditum nostrum protelare possimus? in quo argumento pugnare videntur *l. 26. §. f. cum l. 39. ff. Ex quib. caus. maj.* Sed enim *in d. l. 39.* non jubetur relinqui aut constitui pro absente procurator, sed sponte & ante abitum constitutus præsupponitur,

tur, ac id solum quæritur, si principalem non defenderit, an ille restituendus? quod Neg. cùm tamen *d. l. 26.* indistinctè dicatur: sive habuit procuratorem, sive non. Alia itaque controversia videtur ibi tractari: An qui procuratorem reliquit restituendus? Cujacius *19. O. 14.* Accursii probat distinctionem, quam Gotofredus *d. l. 26. mihi lit. z.* annotavit. Bachov. *Tr. v. 1. D. XI. th. 17. lit. A. verb. aliud in relegato dicemus. p. m. 445.* inter procuratorem generalem, *l. 26.* & specialem *l. 39.* distinguit: aliter Petrus de Greve *Exerc. ff. VI. asser. 18. pag. 157.* quasi in *d. l. 39.* præsens voluerit restitui contra absentem; idque ei propterea negetur, quòd absens reliquerit procuratorem, per quem defendi potuerit: sibi E. imputet præsens, quòd contra illum non egerit. Quia enim præsentes contra absentes in odium horum restituuntur: Noster verò procuratorem relinquendo id non mereatur, meritò præsens non restituitur. *In. d. l. 26.* contrà de absente contra præsentem, & quidem favore absentiæ, restituendo agatur. Hanc solutionem communiter receptam fatetur Bach. *d. l.* allegans Oddum. add. eleg. Hahn. *Wes. ad Tit. ex quib. caus. maj. n. 5. p. m. 346.*

Causa non justa] de absentia ejusve causis vid. *infr. D. IV. th. 24.*

nes solent, impedimenta promiscuè indulta fuit *pr. Inst. de iis per quos ag. poss.* Sed quæritur, utrum impeditus semper procuratorem mittere debeat *k* vel quando? Et respondetur distinguendo: qui causâ non justâ aut necessariâ, sed vel injustâ aut voluntariâ *l* impeditur, Procuratorem mittere debet. *l. 20. ff. de minor.* qui verò justâ aut necessariâ causa, quæ vel publicam respicit utilitatem, vel experiundi facultatem adimat, impeditur, procuratorem mittere non tenetur *l. 2. ff. eum qui appellav. in provinc. defend.* Mynf. *cent. 4. obs. 58.* Rum. *part. 1. pand. disp. 8. th. 2.*

D. STRUV.

k conf. Ex. L. th. 23.

l conf. Ex. IIX. th. 72.

D.Struv.

m Ex.VII. th. 35. pr.

n ib. vers. unde contumacia.

Th. XX.

Culpa Procuratoris, utpote qui litis Dominus *m* effectus est, Domino nocet *n l. 10. C. h. t.* modò mandati fines non transgressus & solvendo sit; priori enim casu culpa procuratoris domino non obest *l. 3. §. 1. ff. quod quisque jur. l. 6. de condict. indeb.* posteriori, Domino in integrum datur restitutio. Ant. Fab. *lib. 2. Cod. t. 6. def. 3. n. 2.* Gail. *1. obs. 45.*

Modò mandati fines] Inferimus E: Quamdiu procurator se intra fines præscriptos continet, atque id agit quod principalis commisit, tamdiu securus est alter qui cum eo contraxit vel litigavit; non enim potest sic improbare gesta ipsius Dominus. *Dixeris:* quomodo E. potuit culpam commisisse manens in terminis? ℞. Negocium quidem objectivè ipsi præfinitum erat, in modo procedendi, formalibus processûs, diligentia adhibenda culposus existere potuit. add. *infr. X. 28.* & in genere de hac Qu. Fachin. *L. X. c. 97.*

in integrum restitutio] Altera limitatio Autoris est, si procurator solvendo non sit, principalis restituendus. Sed, cùm non alleget textum, opinio ejus fundata non videtur, suntque qui contrarium sentiunt: cum quibus regulariter quidem faciendum, ne vilescat rei judicatæ autoritas; nec facile auditur principalis. *d. l. 10. C. de Procur. l. 1. § 1. ff. quand. appell.* Sed nec tamen planè repellitur; datur enim ob dolum adversarii restitutio. *l. 3. §. 1. de eo per qu. fact.* ipsis qui dissentiunt non inficiantibus. Sufficiet itaque Autori, impossibile id non esse, aut ἄτοπον in jure. add. eleg. *l. 5. inf. ff. de Dol. l. 13. §. f. C. de Judic. d. l. 1. §. 1. ff. de eo per qu. fact. et. l. 1. Ex quib. caus. maj.* B. Carpz. *p. 1. C. 1. d. 22. seq.*

Th. XXI.

Procurator ad totam causam peragendam constitutus, si contra eum lata

Th. XXI.

Totam causam] Quòd procurator sponte appellare volens, licèt speciale ad appellandum non habeat mandatum, aut justificationis nulla sit facta mentio, tamen admitti debeat, docet Carpz. *Process. T. V.*

T. V. a. 1. n. 69. 73. & passim. Utrum verò datus ad agendum, invitus appellationem sive interponere sive prosequi compellendus sit? cautè distinguit Autor. In ordinatione certè judiciali Rostochiensium *part. 1. tit. 7. §. 39.* ubi de variis mandatorum clausulis agitur, inseri & exprimi id jubetur, an ad totam causam & utramque instantiam datus sit. Ita Advocatus, qui promisit ad definitivam usque sententiam adesse, in judicio appellationis pro eodem pretio patrocinari non tenetur. Carpz. *p. 1. C. 1. d. 24.* Nisi generaliter convenerit, biß die Endurthel gesprochen: ut limitat Coler. *p. 2. decis. 230. n. 2.* quia locutio hæc non possit in sola prima instantia verificari. Quod verò in Actore quem Tutor, Curator, Syndicus, &c. constituit, diversum *in l. 10. C. de Appell.* constitutum videatur, fit ob diversitatis, quæ intercedit, rationem, de qua *l. 11. C. de Procur. §. f. I. de Curat.* v. Donell. *L. 18. comm. c. 16.* quem laudat Bronch. *1. Misc. 25. junct. C. 1. enant. 53.* & Pac. *c. 2. Qu. 31.*

lata inique fuerit sententia, ab illa non solùm appellare, sed appellationem prosequi *o* tenetur *l. 17. C. de procurat. arg. l. 31. §. 2. ff. de negot. gest.* ubi, cùm necessitas appellandi procuratori injungatur, ad unicum illum & nudum appellandi actum non videtur restringenda, cùm nihil intelligatur actum quando adhuc super est aliquid agendum. vid. Bachov. *comment. ad tit. ff. de procur. c. 5. num. 11.* D. Stauv.

o conf. Ex. L. th. 11. in m.

Ad Tit. IV. Quod cujusq; Universitatis nomine, vel contra eam agatur.

Th. XXII.

Consuetudine] Usus & observantia harum regionum comprobavit, ut Syndicus nomine civitatis à Consulibus & Senatoribus validè

Th. XXII.

Procurator vel Privatorum est, vel universitatis aut Collegii, qui Syndicus *p* appellatur *l. 1. §. 1. l. 6. §. 1. in fin. ff. quod cujusque univers. nom.* Hujus constitutio est penes Uni-

p cōf. Ex. VII. th. 39.

D. Struv. *q ibid. th. 40. & seq.* *r ibid. th. 42.*

q Universitatem, ut superioris potestatis consensus vel decretum non requiratur. Panorm. *in c. un. extr. de synd.* An autem ad eum constituendum sola Consulum Senatûsque autoritas sufficiat, an verò præter eam Civitatis *r* consensus requiratur? id ex regimine civitatis, stilo & consuetudine curiæ est dijudicandum. Bruning. *in disc. de var. universitat. spec. th. 68.* Rauchbar. *part. 2. qu. 1. num. 1.*

lidè constitui possit: Attestante Wesemb. *ff. h. num. 4.* ibique B. Hahn. *p. m. 308.* Rauch. *d. l. n. 13.* B. Carpzov. *Process. T. V. a. 4. n. 28.* Quia vicem Decurionum hodie gerunt; Atqui ab ordine Decurionum benè Syndicus constitui poterat. *l. 4. & l. 6. §. 1. ff. h. t.* E. Ratio conseq. à pristinis Decur. ad nostrates Senatores certâ ratione valet. vid. *infr. XXV. 29.*

Th. XXIII.

s conf. Ex. XVI. thes. 18. seqq. & in genere de Officio & potestate Syndici, Ex. VII. th. 44.

Universitas ex mutuo *s* aliove contractu per Senatum aut Syndicum celebrato non obligatur, nisi singuli cives, eorumve nomine Tribuni aut pars civium omnes repræsentans consenserit *l. 27. ff. de R. C.* Regulariter enim nemo ex contractu obligatur, nisi proprium adhibuerit

Th. XXIII.

Non obligatur] Circa pecuniam civitati tutè credendam multiplici prudentiâ & cautione opus est, propter *l. 27. ff. de R. Cr.* ex qua regulam Dd. formârunt: quòd Decuriones mutuum accipiendo nomine civitatis, eandem vel bona ejus, aut singulorum civium non obligent, Autor *infr. D. XII. th. 4.* nisi certis adhibitis requisitis. Ita ut creditorum conditio admodum dura sit, tum in credendo, tum in agendo. Ibi enim debent aut (1.) omnes consentire, seque obligare cives, aut certè (2.) qui alicubi ultra Senatores inveniuntur Tribuni plebis, ut Romæ, vel Defensores civitatum, ut in municipiis dicebantur, v. g. Rostochii Centumviri: alibi alii, aliterque vocati

vocati. Effectus prioris erit, quòd ipsi cives viritim contribuere teneantur; & si divisionis beneficio fuerit renunciatum, singuli in solidum: Posteriori casu ex bonis civitatis solutio desumitur. Hic verò Libellus & Probatio consideranda. Ille, quando solenniter & ordinariâ juris viâ proceditur, adversus civitatem & administratores alternativè concipi potest; Executivè autem adversus utrosque conjunctim actio intentari nequit. Hæc verò, si versum esse in commodum Reip. negatur, à creditore facienda. Autor. *infr. D. IX. th. 6.* per *l. un. C. de solut. & lib. deb. Lib. XI. Auth. hoc jus. C. de SS. Eccl.* B. Carpz. *p. 2. C. 6. d. 19.* quæ tamen conjecturis quoque absolvitur, & tenentur administratores creditori litem ils denuncianti assistere. Qui, si in obligatione versionem confessi sint, de proprio solvere tenentur. Dn. Richter. *Decis. 71.* Idem, si versio nullatenus appareat: nec enim propriam turpitudinem allegare, versionemque negare possunt. add. B. Carpz. *2. Resp. 106.* & in *Asyl. deb. c. 2. §. 47. n. 248.*

D. STRUV.

buerit consensum *l. 2. §. 1. ff. de O. & A.* interim tamen quod Proceres & primarii civium, quibus gubernatio & administratio rerum publicarum commissa est, faciunt, pro eo est habendum, ac si singuli cives fecissent *l. 3. ff. quod cujusq. univers. nom.* Vid. hac de re Gail. *tract. de arrest. c. 9. n. 7.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 37. n. 1.* Matth. Coler *de Process. execut. p. 2. c. 3. num. 348.* Joh. Köppen *quæst. 60. num. 3.*

Ad Tit. V. De Negotiis gestis.

Th. XXIV.

Quasi contractus] horum natura communis peculiari tituló in Institutis traditur: In pandectis quilibet seorsim: Dicuntur ita, quòd

Th. XXIV.

Negotiorum gestio est Quasi contractus *t l. 5. pr. ff. de O. & A. §. 1. Inst. de obligat. quæ quasi ex contr. nasc.* qui inde oritur, quòd quis alterius *u* absentis *x* negotia spon-

t v. Ex. VII. th. 45.
u ib. th. 47
x ib. th. 46. pr.

V

D. Struv. sponte & sine mandato gessit; quod non solùm fit per administrationem rei continuam & tractum aliquem habentem, sed etiam momentaneam, & unicum *y* aliquod factum; quô commodo alterius consulitur: v. c. si quis pro alio solverit *z* *l. 39. l. 45. §. ult. ff. de negot. gest.* aut fide jusserit *l. 4. l. 5. ff. eod.*

y conf. th. 49.

z v. Ex. XLVII. 70 in f.

quòd expressa conventio ab initio non utrinquè intervenerit, ut in veris. de quib. *sup. f. D. II. th. 22. circa f.*

Alterius, absentis] Alterius negotia quænam sint aut dici possint? v. B. Hahn. *Wes. h. num. 4. p. m. 312.* qui & *ib. n. 3.* tractat: An præsentis negocia geri dicere liceat? add. *th. 26. h.* An mortui? Hahn. *ib. num. 6. p. 313.*

Th. XXV.

Quia in negotiorum gestione magna absentium versatur utilitas, ne indefensi damnô adficiantur, quod exemplis in *l. 1. ff. de negot. gest.* declaratur, ideoque gerenti culpa, quòd se immisceat rei alienæ, *l. 36. ff. de R. J. c. non est 19. eod. in 6.* imputari non potest. Magis enim præsumitur quis hôc modô officium, quod homo homini debet *l. 7. ff. de servis export.* implere, quàm culpabiliter alienis rebus se immiscere voluisse. Bacho. *in comment. ad h. t. c. 1. n. 2.*

Th. XXV.

Culpa imputari] Autor his præparare se voluit ad *th. f. h.* & adversus ibi opposita præmunire. Si enim culpa esset, negocia amici deserta citra commissionem suscipere, augeretur ea, si inter agendum aliqua interveniret de novo, & sic facilè probaretur, regulariter ad levissimæ præstationem eum teneri. Jam verò, amicorum omnia communia: ita tamen, ut charitas ordinata incipiat à se ipsa; ac non teneamur suscipere, nisi quantum propriæ rei familiaris salus admittit, cùm sufficiat amico in paucis operâ nostrâ adjutum esse.

Th. XXVI.

Th. XXVI.

Extraordinariè] *l.47. §. 1. ff. h. n. t.* Non equidem quasi tempore Pauli, cujus ea lex est, formulæ judiciorum ex parte cessaverint, atque adeò absque iis jus redditum fuerit; id enim à Constantino demum, integrò seculò pòst effectum. *l. un. C. de form. & impetr. subl.* Nec Triboniano clausulam isthanc, ut juribus sui seculi, atque textui in *§. f. I. de Interdict.* concordaret, legi inserere opus fuit: sed, quòd non ex certis, verùm variis causis & circumstantiis actio hæc dari ceperit, ac ferè actioni Mandati, aliisque subsidiaria fuerit; nec, ut cœteris actionibus, certam formulam adhiberet Prætor: prout contra. A. Fabrum *4. Conject. 7.* evincit B. Hahn *Wes. h. n. 8. p. m. 315.*

Executorem] sententiæ pro me latæ: ne statim opus sit, doli actione subsidiaria uti. vid. *infr. IV. 16.*

Curatorem] Atqui habet is contrariam tutelæ actionem *l. 1. §. 2. ff. contr. tut. act.* vid. *infr. D. XV. th. 23.* ordinariò autem mediô suppetente extraordinaria non quærenda. ℞. (1.) nisi hæc pinguiora sint & expeditiora. *v. infr. D. IV. 4. in f.* (2.) in tx. opp. non præcipitur ut illâ utatur, sed ut petenti non denegetur.

Th. XXVII.

Confectos] Subsequens ratihabitio solet quidem retrotrahi ad initium, adeoque mandato comparari *l. 60. ff. & c. rati-*

Th. XXVI.

Actio negotiorum gestorum α competit ordinariè quando absentis & ignorantis gesta sunt negotia; extraordinariè & aliis accommodatur negotiis, quæ gesta sunt illo, cujus negotia fuerunt, præsente & non ignorante. Sic datur adversus Executorem *l. 3. §. 8. h. t.* Curatorem β adolescentis, furiosi, prodigi *d. l. 3. §. 5. eod.* & illum qui mandatô tutoris tutelam administrat *l. 4. C. eod.* Et hi Gestores, quia non sponte gerunt, à nonnullis dicuntur Necessarii. vid. Boecer. *cl. 3. disp. 16. th. 4.*

D. Struv. α *conf. Ex. VII. th. 51.*

β *conf. Ex. XXXI. th. 66.*

Th. XXVII.

Sola domini scientia γ quâ resci-

γ *cōf. Ex. VII. th. 46.*

D.Strauv. scilcit rem suam ab alio geri, mandatum non inducit, cùm nec indistinctè id possit expressa Ratihabitio. Hæc enim si confecto negotio demum interponitur, actionem negotiorum gestorum, quæ semel competere cœperat, immutare non valet, *l. 9. h. t.* aliud verò dicendum, si gestioni accedat, quia tunc concurrens voluntas ipsius domini negotium determinat. Frantzk. *in comment. ad h. t. num.* 13.

Th. XXIIX.

Gestor actionem negotiorum gestorum contrariam ª adversus eum, cuj9 negotia gesta sunt, habet; modò intentione alium sibi obli-

ª *Ex. VII. th. 52. seq.*

ratihabitio. de R. J. in 6. l. 56. ff. de Judic. l. 7. C. ad SC. Maced. l. 9. §. 5. de Aut. tut. cum l. 25. §. 4. de acquir. her. Actio tamen denominanda est secundùm suam naturam; hæc verò formatur juxta qualitatem negotii & statum ejus præsentem, & non mutatur licèt novum ac distinctum superveniat negotium; Nec enim jus ex præcedenti negotiorum gestione alteri adversus nos quæsitum, elicitâ gesti probatione intervertere ipsi, mandatique actionem obtrudere ac substituere permittimur. *l. 9. ff. l. 9. & l. 19. C. h. n. t.* Nisi id vel maturè, re integrâ, & negociô adhuc durante fecerimus, prout Autor cum Bach. *Tr. v. 1. D. X. th. 6. lit. B. p. m. 389* distinguit. vel, nisi in nostrum præjudicium, ut Domino directa competat mandati adversus nos actio, ratihabitionem efflagitare malimus; nam contra ipsum non nisi pristinâ negociorum gestorum actione uti poterimus. conf. Dn. Brunnem. *ad d. l. 9. C. h.* ex Hillig. *D. E. XV. 15. lit. C.* aliter Pac. *C. 2. qu. 53.*

Th. XXIIX.

Actionem habet] Nec obst. *§. 30. de R. D.* quòd in alieno ædificans nihil recipiat. Nam sibi, non alii impendebat, atque ne quicquam recipiendi animum habebat: nullum obligare sibi voluit, nullum E. conveniet.

Animô donandi] quia tamen donatio stricti juris, nec præsumitur, v. *infr.*

infr. XIX. 24. ideò probet eam is à quo repetitur. Præsumitur autem in alimentis subministratis tali personæ, quæ se ipsam potest alere, à tali qui aliàs alere teneretur, v. g. matre, avia, avunculo, vitrico. Secus, si in Res talium personarum quid impensum sit. v. Donell. *L. XV. cap. 16. vers. ex affectu, p. 777.* Franzk. *b. num. 18.* Menoch. *A. I. L. c. 88. num. 13.* Coler. *tr. de Alim. Q. 1. c. 6. L. 3. c. 5. n. 20.* Schotan. *D. 19. th. 19.*

obligandi, & id quod ex gestione sibi abest, repetendi, gesserit *l. 1. ibi: recipiendi. l. 15. l. 13. C. h. t.* Hinc ei qui vel animô donandi *l. 4. h. t. l. 6. §. 2.* *l. 40. mandat.* vel amicitiæ *l. 44. h. t. de Negot. gest.* aut pietatis intuitu gessit, *l. 27. §. 1. l. 34. h. t. l. 11. C. eod.* actio denegatur.

D. Stauv. *eib. th. 54. n. 2.*

Th. XXIX.

Qui negotium gerit commune, ita demum socium sibi obligatum habet, si suum negotium separatim gerere potuerit *l. 40. h. t.* sin minus, judicio communi dividundo est locus *l. 6. §. 2. comm. divid. l. 19. C. de Negot. Gest.*

Th. XXIX.

Ita demum] Si Socius, si Cohæres in re communi quid gesserit, An aliquam, an nullam habebit actionem? & an pro socio, vel familiæ erc. an verò Neg. gestorum actionem? Benè Autor dist. ac txx. pugnantes conciliat. Sed enim, in casu *l. 7. C. h. n. t.* cohæres qui pignus luerat, familiæ erciscundæ actionem habere dicitur, cùm tamen pignoris causa dividua sit *l. 18. §. 4. & 6. ff. Fam. erc. l. 65. C. de Evict.* ac separatim exerceri potuisset: cur E. non & ibi actio neg. gest. datur? Nîm. duplex ibi erat obligatio. Una Sortis principalis; &, quia nomina passiva ipso jure dividua sunt, ac heredum quilibet suam portionem separatim solvere potest, ideò, dum & pro coherede solvit, meritò nostram neg. gestorum actionem habet. Altera, Accessoria, hypothecæ: quam, si solus dispunxit, suum magis gessisse negocium censetur, adeoq; familiæ potius ercisc. actionem consequitur. Quòd, si jam antè divisa hereditas erat, denuò iterari nequit. v. *infr. D. VII. th. 23.* ideò, ne omni destituatur

tur auxiliô juris, utilis ipsi neg. gest. accommodatur. actio. Dn. Brunnem. *ad d. l. 3. Pac. C. 2. enant. 63.* Bronch. *II. Enant. 13.*

Th. XXX.

D. Struv. Non satis expedita quæstio est, quam culpam gestor præstare teneatur, utrum levem saltem, an verò etiam levissimam? ⟨*Ex. VII. th. 50. n. 1.*⟩ prius asserentes nituntur *l. 20. C. h. t.* ubi gestorem non tantùm dolum & culpam latam, sed etiam levem præstare teneri dicitur. Sed quòd ob levissimam quoque culpam gestor teneatur *l. 11. l. 32. l. 37.* §. 1. *h. t.* §. 1. *Inst. de obligat. quæ ex q. contr. nasc.* probari videtur; & huic sententiæ calculum nostrum, non indistinctè tamen, adjicimus.

Th. XXX.

Non indistinctè] Non inficiamur E. dari casûs, quibus gestor ad levissimam etiam tenetur; sed istud quæstionis est, An regulariter & ex negocii hujus natura id fiat? Moventur qui id asserunt §. 1. *I. de Obl. quæ quasi ex contr. verb. si modò &c.* & in ea opinione se olim fuisse testatur Dn. Brunnem. *ad alleg. l. 20. C. h.* Nos tamen cum Franzkio. *Ex. X L. q. 7.* & in *Comm. ff. h. n. 19. seqq.* contrarium asserimus, accipientes versiculum oppositum limitativè, hypotheticè & exceptivè, legimusque textum cum aliqua vocis depressione, h. m. Positô tamen quòd extiterit diligentior, qui gerere maluisset, absterritus verò intuitu ejus qui prævenerat. *Nec movemur*, quòd eadem planè verba in §. 2. *I. Quib. mod. re contr. obl.* de Commodato reperiantur, quæ tamen & nos cum reliqua Dd. schola ampliativè, pro Licèt, Etiamsi, intelligimus, & cum vocis quædam exaltatione legimus. Nam facit (1.) diversa contractuum natura. Commodatarius enim expressè rogatus negocium in se recipiendo dominum reddit securum, suam pollicendo industriam. Neutrum horum Gestor. (2.) Culpæ natura, quæ pro diversitate utilitatis diversimodè præstatur: cùm ergò nulla gestoris sit, solam præstare latam volebat. Dominus ob præsumptam culpam immixtionis in rem alienam, levissimæ præstationem exposcit. In qua dubietate humanius est, ut medium amplectamur.

DI-

DISPUTATIO QUARTA ad Lib. IV. Pandectarum.

Respondente

JACOBO ANNISIO: Solequell. March.

Ad Tit. I. De in integrum restitutionibus.

Th. I.

ACtio] Restitutio, prout est remedium propriâ suâ formâ à reliquis persecutionibus sejunctum, est actio; non minus quàm inofficiosi querela, quam ipse Autor *D. V. th. 13.* Actionem vocat. Nam, si restitutio auxilium est, vel remedium, sive medium ad finem, certè aliter non debet definiri quàm per actionem, nempe forensem, utpote quæ est jus illud persequendi in judicio. Quid enim aliud Prætor ex causa metûs, doli &c. læsis promittit, quàm actionem v. g. quod metûs causâ, doli. &c. Quapropter, si cum Dd. restitutionem accipias prout versatur circa rem vel causam tanquam objectum facultatis moralis restitutricis, Pauli definitio erit verissima. Sin cum Autore eam sumas, prout est terminus objecti restituti, sive facultatis restitutricis effectus, causæ redintegratio vocabitur. Ita Magnus noster Strauchius *in Comm. ad 50. Justi-*

Th. I.

REstitutionem in integrum Paulus *lib. 1. sent. 7.* definit, quòd si redintegrandæ rei vel causæ actio. *a* Sed quia petitio restitutionis in integrum ab ipsa restitutione est diversa, quæ competit Magistratui, à quo petitur, *l. 3. ff. de in integr. restit. l. 5. eod.* ideoque meliùs ita describitur, quòd sit causæ læsæ vel amissæ à competenti Judice facta redintegratio. *b* Alii aliter & prolixiùs definiunt. Vid. Wesemb. *in par. h. t. num. 5* Bocer. *cl. 6. disp. 10. num. 3.* Frantzk. *in comm. ad h. t. n. 2.*

D. Struv.

a v. Ex. VIII. th. 2. pr.

b ib. inf.

Justiniani decisiones. Ex. III. cap. 1. n. 13. seqq. B. Hahn. *Wes. h. n. 5. p. m. 319.* idem est in transactione, quæ modò conventio, modò decisio definitur.

Th. II.

D. STRUV. Restitutio in integrum remedium est extraordinariū, *c* quô extra ordinem læsis succurritur *l. 7. ff. de restit. in integr. l. 16. pr. ff. de minor.* Ita tamen, ut æquitati ordinarió modô observandæ, & generalibus juris præceptis, quæ suum cuique *d* tribui *l. 10. §. 1. ff. de J. & J.* volunt, cum damno verò alterius quenquam, sine illius culpa, locupletari *e* vetant *l. 14. ff. de condict. indeb.* probè consentiat; Sfort. Odd. *p. 1. de restit. in integ. q. 1. art. 14. n. 97.* Arum. *disp. pand. 6. th. 1.* Besold. *in delib. ad h. lib. n. 1.*

c conf. Ex. VIII. th. 5.

d conf. Ex. I. th. 16.

e conf. Ex. X. th. 55.

Th. II.

Extraordinariam] Idque duplici de causa: *Jure antiquô* propterea, quia ab ipso Magistratu, non datô pedaneô cum præscripta formula Judice exercebatur. *Hodie* verò, non tam quòd ab ipso Prætore petatur & expediatur; nam id hodie ordinariè fit; quàm, quia illud quod jure civili competit, ordinariò competit; hoc enim semper & ab initio fuit: quod verò jure Prætoriô, id extra ordinem fieri dicitur, quia non nisi in subsidium, & cessante jure civ. datur: At verò, Restitutio cessantibus aliis remediis civilibus æque pinguibus demum competit. Hanc ergo posteriorem ob causam commodius eam appellationem nacta. conf. Suth. *de J. dict. §. 301. 304.*

Ordinario] Prætor equidem ea, quæ summô sive merô jure valent, rescindit & infirmat; contrà, quæ eodem jure extincta videntur, resuscitat; atque eatenus actio hæc extraordinarium est, ac juri civ. contrarium videtur remedium: Non tamen contra æquitatem naturalem, ut Glossa quidem in *l. 1. h. n. t.* putat, introducta est. Etsi enim Prætor pacta conventa servaturum se aliàs edicit, *l. 1. ff. de Pact.* id tamen in genere intelligit, & de pactis licitis, non verò in specie de iis, quæ læsionem aliquam & damnum alterius sine culpa sua continent. *l. 14. de condict. indeb.* Franzk. *Comm. ff. h. n. 2.* Vinn. *Lib. 1. sel. quæst. 10.*

Th. III.

Th. III.

Casibus exceptis] Quædam causæ speciale forum nactæ fuerunt. Sic *in allegatis legibus* dicitur, quòd solus Princeps contra suorum Procuratorum sententias in integrum restituat. *d. l. j. d. l. 3. & in d. l. 10.* quòd adversus libertatem, nisi ex magna causa Prætor id à Principe consecutus sit, minori non possit succurrere. Agetur E. id in consistorio Principis. add. *infr. D. V. th. 11. in m.* Cujac. *parat. C. ubi & ap. quem.*

Mandatarium] Cùm Prætores olim litigantibus Judices in quos consensissent, præscriptâ formulâ darent; Zeno Imper. eo abolitô, cuilibet tribunali proprios assignabat quasi perpetuos, quibus Magistratûs majores lites cognoscendas committerent. His, quantumvis pedanei atque sine Jurisdictione essent, Justinianus in alleg. *l. f. C. ubi & ap. quem.* concessit, ut apud eos restitutio agitari posset: reliquis omnibus Compromissariis arbitris ex communi sententia electis, vel ab ipsis his Zenonianis judicibus datis, exclusis; utpote quòd ipsimet nullam haberent Jurisdictionem. Hinc colligere licet, Restitutionem minorum, quæ aliàs merô Prætoris officiô extra ordinem magnam partem agebatur, per *d. l. f.* juris ordinarii effectam, sc. ut dari Judex in ea possit. Dn. Strauch. *d. Ex. III. cap. 3. à n. 14. ad 24.*

Judici dato] an Pedaneus possit restituere in integrum? affirmat quidem

Th. III.

Petenda ea est à D.Strauv. Magistratu *f* seu Judice ejus, contra quem postulatur. *l. 2. C. ubi & apud quem cogn. in integ. restit. agat.* (quibusdam casibus exceptis, de quibus vide *l. 10. junct.* §. *ult. l. 9. ff. de minor. l. 1. C. ubi & apud quem cogn. in integr. rest. l. 3. C. si advers. rem judic. l. 18.* §. *pen. ff. de minor. c. pen. extr. de in integr. restit.*) sive ordinarius ille fuerit sive ei delegata sit hujus caussæ cognitio *l. ult. C. ubi & apud quem cognit.* &c. Imò mandatarium universalem *g* cui jurisdictio tota mandata est, restituere in integrum posse, non videtur dubitandum,

f v. Ex. IIX. th. 4. vers. agi-undis.

g conf. Ex. IV. th. 41. vers. sciendum.

D. Stauv. dum, arg. *l. ult. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. l. ult. C. ubi & apud quem cognit. &c. c. caussa 9. extr. de restit. in integr.* Arbitro *h* tamen compromissario & judici dato *i* Magistratibusque municipalibus potestas hæc restituendi non est concessa. *l. fin. C. d. t. l. 26. ff. municip.* Duar. *ad tit. ff. de restit. in int. c. 2.* licèt moribus hodiernis *k* in Germania Magistratûs municipales restituant, teste Giphan. *ad d. l. ult. C. ubi & ap. quem cognit. &c.* quod tamen ex lege municipii potiùs dijudicandũ, quàm generaliter asserendum existimamus.

h conf. IIX. 102. vers. officium autem.
i conf. Ex. IV. th. 44. vers. non erant.
k d. th. 4. vers. Hodie.

Pac. *Isag. C. ubi & ap. qu. cogn. in int. num. 2.* & ad *Tit. C. de Pedan. jud. n. 3.* sed negant Autor, Duarenus, B. Hahn. *h. p. 317.*

Municipalibus] Jure veteri causa restitutionis indubiè pertinebat ad Magistratûs majores, qui habebant imperium mixtum, ut Proconsul, Prætor: & sim. quia restitutio est imperii. alleg. *l. 26.* v. Suth. *de Jurisdict. §. 231. 256. & 304. in m.* B. Hahn. *Wes. de Jurisdict. p. m. 164. in m.* Pac. *C. 2. quæst. 100.* quô Municipales carent, *l. 32. ff. de Injur.* nec Jurisdictionem suam pœnali judiciô defendere possunt. *l. un. ff. si quis jus dic.* ac, licèt jus capiendi pignoris habeant, *l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. 2. de Damn. inf.* specialiter tamen & lege municipii, non jure magistratûs habent. *d. l. 29.* nec quicquam illis per *d. l. f. C. ubi & ap. qu.* tributum est. De jure hodierno conf. Aut. *hic. & infr. D. 25. th. 29.*

Th. IV.

Restituturus in integrum Magistratus caussam priùs cognoscere *l* debet *l. 3. ff. de restit. in integr.* In qua caussæ cognitione Prætor justitiam & veritatem caussarum, ob quas resti-

l Ex. IIX. th. 5. pr.

Th. IV.

Rem minimam] *Atqui* Magistratus si imploretur, officium suum denegare nemini debet, ut qui Justitiæ administrandæ causâ constitutus est. *Sed enim,* cùm duplici viâ procedat, & duum generum remedia habeas, non sequitur, quòd con-

confestim extraordinaria impertire debeat. *Nec movet*, quòd tamen famosam furti actionem ob gallinam interversam concedat. §. *16. J. de R. D.* quia illa ordinaria est, nec ad actum jure civ. validum rescindendum, sed reprobatum puniendum datur. Hinc neque ædilitium edictum ob rem minimam competit. *infr. D. 12. th. 29. in m.* cùm contrà, prætorium edictum de damno infecto, etiam si minimum metuatur, locum habeat. *l. 22. in f. pr. ff. de Dam. inf.*

Ipso jure nullus] quia enim sic non stringit, nec in statum damnosum conjicit, nemo est qui restitui inde petere queat. Hinc Autor *th. 20. hic* ad minorum restitutionem requirit, ut actus non sit nullus. Pupillum tamen, an contra tutorem agere, an restitui malit, electionem habere, scripsit B. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 34.* add. Dn. Brunnem. *ad l. 3. C. si tut. vel Cur. interv.*

restitutio petitur, *d. l. 3. ff. de restit. in integr.* quantitatem quoque rei aut summam *l. 4. ff. eod.* examinare & perpendere debet. Ob rem enim minimam, *m* maximè si id futurum sit in præjudicium rei majoris, restitutio fieri non debet, *d. l. 4. eod.* nec auxilium hoc decernendum, si actus, ex quo læsio metuitur, est ipso jure nullus, *n* aut ordinariô quodam remediô læsio reparari possit, Sfort. Odd. *tr. de restit. in integr. p. 1. q. 17. art. 6. & 7.* nisi fortè, ubi ordinarium competit remedium, extraordinarium hoc sit plenius, Bacho. *ad vol. 1. Treutl. disp. 11. th. 1. lit. A.*

m ib. vers. circa læsionem.

n ibid. & th. 30. n. 1. & 2.

Th. V.

Duplici judiciô] B. Hahnius fatetur quidem, nec in doli actione, v. *p. m. 335.* nec in capite minutis, v. *p. m. 345.* duplex obtinere judicium; In actione tamen Q. m. caus. *p. m. 326. in f.* in restitutione Minorum

Th. V.

Ad restitutionem in integrum expediendam duplici judiciô, *o* Rescindente & Rescissoriô, (quorum illud læsionem rescindere & impedimentum agen-

o Ex. IIX. th. 3. vers. non tamē rectè.

D. Struv. agendi tollere; hoc, sublatô obstaculô, ad rem ipsam competere dicitur) prout Dd. communiter statuunt, Jas. Zas. Mynsing. & alii *ad §. 5. Inst. de act.* Sichard. *ad rubr. C. de restit. in integr. min.* non est opus; sed ex jure nostro patet, eodem judiciô Rescissoriô & impedimentum removeri & rem peti *l. 6. §. 1. ff. de bon. possess. l. 19. in fin. ff. de inoff. test. l. 8. §. pen. ff. eod.* Ungepaur. *exerc. Justin. 14. q. 7. & ibi allegati.*

norum *v. p. m. 343. num. 7.* & Majorum. *p. m. 348. n. 9.* & alienatione jud. mut. *p. m. 352. n. 9.* utique necesse esse putat. Equidem, quòd aliqua in phrasibus: Rescissâ usucapione: Rescindendo usucapionem: sit differentia, ipsimet non diffitemur; illa enim diversos actûs secundùm prius & posterius designant, si non tempore, saltim naturâ: & exprimunt hoc Paulus in *l. 35. ff. de O. & A.* & Imperator in *§. 5. I. de Act.* Malè tamen inde inferunt Pragmatici: E. duobus libellis, duplici litis contestatione, diversis decretis opus esse. Postquàm enim Prætor causâ cognitâ deprehendebat, v. g. absentem læsum, adeoque restituendum esse, usucapione prius rescissâ, formulam deinde concipiebat, Judicem, actionemque dabat. Rescindebat itaque decretô quasi mentali; id quod ex consequenti formulæ præscriptione colligebatur. v. Dn. Strauch. *d. Ex. III. c. 1. n. 23. seqq.* Bach. *de Act. D. 3. th. 26. pag. 59.* Vinn. *L. 1. sel. qu. 10.*

Th. VI.

Non uno in loco restitutio in integrum est petenda, sed modò in loco domicilii *p* adversus eum, à quo læsi sumus, modò in loco rei sitæ; *q* proinde ut actio vel merè per-

p Ex. IIX. th. 4. vers. agitanda.
q ib. vers. praeterea.

Th. VI.

Vel realis naturam] Clarius ita: Si personalis actio restituatur, in loco domicilii rectè agi potest: Sin realis, rectè utrobique, & in loco domicilii, (quod generale, & cum reliquis concurrens forum est) & rei sitæ agi potest: Non enim novæ actionum species sunt, illæ restitutoriæ, sed extra ordinem solùm applicatæ. Quàmvis autem in *l. 2. C. ubi & ap. quem.* domicilii Judex adiri jubeatur, non

personalis vel realis naturam habet: Minoris verò restitutio fermè adversus tertium *r* possessorem in loco domicilii ejus, qui læsit, peragitur. Frantzk. *d. comm. ad tit. de restit. in integr. num. 32. & seqq.*

D.Struv. *r ib. th. 61. seq.*

non tamen id fit exclusivè; sed quia ibi de re mobili agitur, quæ præcisè in loco domicilii petenda, quia nuspiam alibi, de jure, sita esse intelligitur; ac domicilium præcipuè censetur, ubi Larium, rerum, fortunarumque, adeoque rerum mobilium fixa positio constituitur. *l. 7. C. de Incol.* Quando itaque in *l. f. C. ubi in rem act.* jubetur, ut actiones in rem contra possessores instituantur in locis ubi res controversæ constitutæ sunt; hoc ipsum, ut Mobiles in loco domicilii petantur, injungitur. Illæ enim imprimis res constituunt domicilium, quas à domicilio nunquàm abesse contingit; eæ autem sunt Mobiles: Nam, Immobiles possunt esse etiam extra domicilium. Atque eatenus mobiles & immobiles *in l. 38. §. f. ff. de Judic.* opponuntur, quòd hæ in loco ubi sunt; Illæ, ubi ad exhibendum agi potest, vindicandæ: ast, ad exhibendum in domicilio Rei, actione quippe personali. *l. 3. §. 3. ff. ad exhib.* agitur. Dn. Strauch. *d. Ex. 3. c. 3. n. 25. seqq.* conf. B. Carpz. *Processf. T. 3. a. 1. n. 41. seqq.*

Minoris verò] sive, In restitutione minorum diversitas hæc non attenditur: quia nim. ex edicto de minoribus nulla propria actio vel cautio proficiscitur, secundùm quam diversitas aliqua fori statuenda sit, sed totum ex cognitione Prætoris pendet. *l. 24. §. 4. de Min.* adeoque plerumque restitutio fit adversus eum quo cum cotraxerunt, adeoque in loco domicilii ipsius: quandoq; tamen ex necessitate, (si fortè is solvendo non sit,) vel utilitate minorum, fit restitutio contra tertium possessorem v. Franzk. & Struv. *dict. loc.*

Th. VII.

Tempus *s* restitutionis in integrum petendæ, olim annô utili, hodie quadrien-

s conf. Ex. IIX. th. 20. 41. 64. 85. & 94.

Th. VII.

Hodie quadriennio] Id quod tamen ad restitutionem minorum & majorum restringendum esset, textus allegatus docet: quid

D.Struv. *t d.th.64, & 85.*

drienniô continuô *t* est definitum *l. ult. C. de tempor. restit. in integ.* quod tamen non à tempore læsionis v. c. Usucapionis, sed à tempore sublati impedimenti, v. c. minorennitatis, *u* absentiæ &c. est computandum *d. l. fin. C. de tempor. restit. in integr.* Non autem solùm petendæ, sed & finiendæ *x* restitutioni illud Imp. præfixũ voluit *d. l. fin. C. eod.* quod tamen jus in Cam. Imp. non observari, *y* sed & longô post quadriennium intervallô litem agitatæ restitutionis decidi, ex Mynsing. 1. *obs.* 54. testatur Bocer. *cl. 6. disp. 10. th. 100. in not.*

u d.th.64. vers. incipit.

x ib. in pr.

y ib. in f.

quid in reliquis capitibus obtineat, loca Struviana in margine notata ostendunt.

Non à læsionis] ut quæ durante adhuc ætate vel absentiâ contigit: at verò quamdiu illa durat, tamdiu durat & causa restituendi. Læsio enim est solùm causa propinqua, Ætas autem, absentia, & sim. sunt causa remota. *v. th. 9. b.*

Computandum] de modo computandi cœteroquin conf. *th. 18. b. it. Disp. 20. th. 29. XXII. 5. & sim.*

Th. IIX.

Denique beneficium hoc in integrum restitutionis reale est, non personale, cùm & læsorum Heredibus *z* detur *l. 6. ff. de restit. in integr.* ita tamen, ut si major majori succedat, intra illud ipsum tempus, quod defuncto tributum erat, & petenda sit & exercenda *l. 2. Gloss. ad l. 5. §. ult. Cod. de tempor. in integr. restit.* utpote cùm heres eam non ex propria, sed ex defuncti persona petat *l. un. C. si advers. dot.* Aliud

z Ex. IIX. th. 18. in m. th. 38. inf. th. 59. vers. heredibus quoq; th. 81. in m. & th. 91. inf.

Th. IIX.

Reale est] eô sc. sensu, quô *sup. D. 2. th. 23. inf.* pactorum alia realia, alia personalia dicebantur; quòd scil. egredi personam læsam & ad successores transire possit. Quô sensu & actiones ex obligatione omnes reales sunt, quæ cœteroquin ratione originis & causæ productricis sunt personales, eò quòd

Aliud dicendum, si vel minor minori *l. 5. §. 1. C. de tempor. restit. in int.* vel minor majori, α *l. 5. §. 2. C. eod. l. 19. ff. de minor.* vel major minori *l. 5. § ult. C. d. t.* succedat. Nec solùm ad heredem, sed ad quemvis etiam successorem singularem devolvitur, velut jus aliquod cum ipsa re cessum *l. 24. pr. ff. de minor.* Sfort. Odd. *d. tr. de restit. in integr. p. 1. q. 50. art. 3.* Hillig. ad Don. Enucl. *lib. 21. c. ult. lit. B.* Rumelin. *Pand. p. 1. d. 10. th. 8.* Sed quid de fidejussoribus? β Distinguitur: si pro majoribus fidejusserunt, ipsis quoque succurrendum *l. 32. ff. de fidejuss.* si verò pro minoribus, non ob caussam ex qua majores restitui solent, sed solô lubricô ætatis læsis intervenerunt, restitutio illis deneganda *l. 7. §. 1. ff. de except. l. 1. l. 2. C. de fidejuss. min. l. 95. §. quod vulgò 3. ff. de solut. l. 13. pr. ff. de minor.* Excipiuntur γ tamen casûs in *l. 51. ff. de procurat. l. 2. §. ult. ff. de administr. & peric. tut. l. 89. ff. de acquir. vel omit. hered.* Duar. *ad tit. C. de fidejuss. min.* Cujac. *ad l. in caussa ff. de minor.* Hillig. ad Don. *lib. 21. c. ult. lit. L.*

D. Struv.

α *d. th. 59. n. 1.*

β *th. 60. p. 277. in m.*

γ *ib. inf. vers. aliquando verò.*

quòd in personam ex jure ad rem competant, *l. 25. ff. de O. & A.* Idem de Exceptionibus. conf. *infr. D. 22. th. 13. in f.* Sic eadem restitutio ratione originis ex aliis capitibus realis est, h. e. ex jure in re descendit, v. g. Rescissoria; ex aliis personalis s. ex jure ad ad rem, ut doli. *th. 17. b.* metûs *th. 12. b.* Quâ ratione nebulæ, quas Bach. *Tr. v. 1. D. XI. th. 2. lit. D.* & Vinn. *L. 1. sel. qu. 11.* offundunt, discussæ sunt ap. Dn. Strauch. *Diss. Ex. 3. c. 1. n. 29. seq.* v. Donell. *L. 21. c. ult. pag. 1227. A. lin. 14. seqq.*

Distinguitur] Negotium per Dd. intricatissimum Autor accuratissimè composuit, ut txx. pro pugnantibus habiti amicissimè concordent. Ex *l. 7. de Except. & l. 32. de Fidej.* aliàs opponitur h. m. Beneficium causæ cohærens datur quoque fidejussoribus. Atqui hoc tale est. E. Sed R. Lim. Maj. nisi

ipsi-

ipsimet propriâ conventione id sibi præciderint, dum non ignari conditionis Minoris, pro eo tamen ut tali intervenerunt. conf. Vinn. *l. 1. q. 11.*

Excipiuntur] benè Autor ad reliquos txx. regerit, casûs exceptos continere. Nam in *d. l. 51. & d. l. 2.* fidejussor pro minore alienæ litis defensore & judicatum solvi cavente promiserat: ubi adversarius non ab ætate sibi, sed solutione cessatura, metuebat, nec minorem ut talem considerabat. *In d. l. 89.* autem nihil deperit creditorib9 hereditariis, fidejussores pupilli abstinentis dimittentibus, possunt enim actiones suas transferre adversus quoscunque qui hereditatem adituri sunt. conf. Pac. *C. 2. qu. 98.* Bronch. *C. 1. Enant. 60.* Donell. *L. 21. c. ult. p. 1227. A. lin. 53. seqq.*

Th. IX.

D. Struv.

Cæterùm caussa in integrum restitutionis impulsiva, eaque proxima, est læsio, δ quæ sine culpa læsi accidit; remota est ε Metus, Dolus, Minorennitas, Capitis deminutio, Absentia seu aliud justum impedimentum, & denique Alienatio judicii mutandi caussâ. *l. 1. ff. de restit. in integr.* Nonnunquam & justus error, ζ seu justa ignorantia locum restitutioni in integrum facit *l. 2. ff. de restit. in integr.* cujus rei exempla vide *in l. 1. §. ult. l. seq. ff. quod fals. tut. aut. gest. l. 15. §. 5. ff. quod vi*

δ *v. Ex. IIX. th. 5. in m. vers. in specie.*
ε *ib. th. 6.*
ζ *v. th. 77. vers. aliquando tamen.*

Th. IX.

Justus error] Res ipsa, quòd ex errore, ignorantiave restitutio competere possit, ex *d. l. 2. h. n. t.* apparet. Rei modus, in quibus, aut quot speciebus id admittendum sit, adhuc controvertitur. Benè Autor, Nonnunquam, ait. Nam lapsi errore juris, non restituuntur. *l. 9. C. de Condict. indeb.* Hi verò, quibus jus ignorare permissum, ipso jure tuti sunt. *l. 9. pr. ff. de J. & f. ign.* Læsi errore facti, regulariter securi sunt jure ordinariô, vel Actione datâ. *l. 2. C. de act. empt. t. t. ff. & C. de cond. ind.* vel Exceptione, doli vel in factum. *l. 36. de V. O. §. 1. J. de Except.* Tres tamen ferè casûs sunt, quos Autor hîc recenset: ubi tamen in vicem *l. 15. §. 5. quod vi aut clam.*

clam. B. Hahn. *h. p. m. 318.* ponit. *l. 1. §. 9. de itin. actuq; priv.*

vi aut clam. §. 33. *Inst. de act.* Donel. *lib. 21. comm. c. 5. ubi* Hillig. *lit. D.* D. STRUV.

Aliqui ex furore, ebrietate, iracundia, justo dolore, paupertate, rusticitate, morte &c. idem affirmare audent: quod ad causam generalem *th. 25. h.* remittimus. ubi alia insuper habetur Qu. An impletam usucapionem prætextu ignorantiæ rescindere possimus?

Tit. II. Quod metûs causâ gestum erit.

Th. X.

Constantissimum] Francisco Sarmientæ durum, ac modò non iniquum videtur, à metum passo exigere, ut non aliter agat, quàm atrocissimum passus metum, (quasi delicta non prius coërcenda quàm in supremo gradu admissa) Cùm metum passo non debeat in culpam imputari quòd meticulosior fuerit: dolus autem, in quo indubiè versatur metum inferens, esse impunis. *Ni fallor*, fallaciam non causæ, ut causæ, committit: non enim absolvitur metum inferens, sed solùm non restituitur læsus; non ob aliquam culpam, sed ob defectum necessarii ad restitutionem requisiti, quæ tanquàm extraordinarium remedium non debet profanari: quòd si discretus Judex sufficientem restituendi causam deprehendat, non denegabit. v. Hillig. *D. E. XV. 38. lit. G.*

Infamia] Atqui cordato viro hæc ipsâ morte abominabilior. Nim. quia existimatio per justitiam distributivam publicè cuivis condigna assignatur, ideò in nullius privati arbitrio sita ea est, ut vel

Th. X.

METUS qui restitutionem conciliat, esse debet, non hominis vani, η sed qui in constantissimum cadere θ potest. *l. 6. ff. quod met. caus. l. 184. ff. de R. J.* qualis est mortis & cruciatûs corporis. *l. 4. l. 7. C. de his quæ vi metuve caus. fact.* item vinculorum, carceris, servitutis, verberum *l. 7. §. 1. l. 22. l. ult. §. 1. l. 4. junct. l. 8. §. 1. l. 3. in fin. ff. h. t. c. cùm dilecto 6. extr. de his quæ vi metusve causâ fiunt.* non etiam infamiæ ι

η *tb. II. vers. vang autem.*
θ *ib. in pr.*
ι *l. 7. ib. in f. pr.*

D. Struv. *pr. quod met. caus.* nec reverentialis. *l. 6. C. eod.* Debet porrò præsens x esse, nec saltem suspicio quædam ejus inferendi *l. 9. pr. h. t.* Hinc minæ nihil hîc operantur, *l. 9. C. eod.* nisi sint capitales *l. 7. C. eod.* & ab eo jactatæ qui exequi eas solet. Schneidevvin. *ad* §. *quadrupli. Inst. de act. n. 43.* Denique intelligitur metus, qui malô more à privato, non jure, sive immediatè, sive mediatè. *l. 8.* §. 3. *ff. quod met. caus.* illatus est; non quem licitô modô infert Magistratus. *l. 3.* §. 1. *ff. eod.*

x *th. 13. n. 2.*

λ *ib. pr. & n. 1.*

vel minis vel factô citra meritum auferre possit. Quare si quid metu criminationis, convitii, libelli famosi, datum aut promissum sit, ad edictum hoc non pertinet, nec actione q. m. c. repeti potest. *d. l. 7. pr. h. t.* dum enim à crimine immunes sumus, nec ullum turpe factum nostrum hîc concurrit, non invenit infamia ubi figat pedem. Quòd si minentur, tracturos nos in consortium alicujus criminis quod al. infamat, v. g. stuprum illaturos, justissimus est metus criminis admittendi, à quo licuit nobis nos redimere, idque datum nunc repetere. *l. 8.* §. *2. eod.* nî enim quavis ratione resistamus & avertamus, consensisse arguimur. v. Pac. *C. 2. enant. 68.* Arum. *disp. ff. 6. th. 4.* B. Hahn. *h. p. m. 322. pr.*

Reverentialis] positô sc. quòd solus sit, absque minis aut evidenti læsione: quô sensu etiam Duareni sententia in suo *Comm. ad ff. h. t. cap. 1. p. m. 88. post med.* recipi potest. Hinc & Jacobæ Cluteræ, quæ apud cognatam Elisabetham Rhalanam educata, pleraque sua bona ipsi legaverat, à testatricis fratre frustra ex hoc capite impugnatum fuisse testamentum, testatur Sande *L. IV. T. 1. d. 11.* Sin accesserint minæ vel alius excessus, cum Fachinæo, *L. 2. cap. 96.* dissentiente faciendum. add. B. Hahn. *Wes. h. dict. pag. 322. in m.*

Suspicio] Si quis, auditô, quosdam armatos venire, fundum deseruerit, in effectu vi dejectus censebitur, sive ipsimet, sive tertius quispiam bonâ fide fundum occupaverit: sub ea tamen differentia, quòd huic, non illis usucapio competat: *l. 33.* §. *2. ff.*

de

de Usucap. Quòd si nec illi nec alius occupet, nec interdicto, nec q. m. c. actioni locus erit. *h. n. l. 9.* cùm formaliter eum non dejecerint. v. paulò aliter Pac. *C. 2. enant. 70.*

Th. XI.

Subsistit.] Error, Dolus, Metus, negotiis contrariantur, *vid. infr. D. XXII. th. 27.* ita tamen, ut ea non confestim annullent *v. th. 15. h.* Metus enim non penitus excludit consensum, sed malò solùm more extorquet. Equidem metus in se aliquam habet ignorantiam. *l. 14. §. 3. ff. h. t.* non tamen objecti, sive totius negocii, sed subjecti, personæ metum inferentis, quam, ubi plures interfuerint, distinctè adeò scire non possumus ob animi perturbationem. Unde nec læso agenti probatio personæ lædentis injungitur, ut in dolo. *conf. th. 12. pr. h.* cum *th. 17. in m. eod.* Nec comprobatur contra *l. 116. ff. d. R. J.* metus, quando negocia ipso jure dicuntur subsistere; probatò enim metu Prætor rescindit: & benè quidem per tempus futurum pacta metu inita se rata non habiturum edicit. *d. l. 1. ff. h. t.* quasi hactenus ea substiterint: Nam privatio præsupponit habitum. Plura dubia resolvit, Zoësius *Comm. ff. h. n. 3. seqq.*

B. Hahn.

Th. XI.

Ob hujusmodi metum modò descriptum, si quid gestum alienando, liberando, promittendo, *l. 9. §. 3. h. t.* vel quòcunque alio modô factum, unde damnum rei familiaris alicui oritur *l. 12. §. pen. eod.* id merô quidem jure μ subsistit, licèt b. f. fuerit contractus ν *l. ult. C. h. t.* cùm & coactus voluisse dicatur *l. 21. §. 5. eod.* quia tamen hôc modô necessitas voluntati contraria ξ imponitur *l. 1. ff. eod.* adeò ut extra illam positus neutiquàm id faceret ad quod adigitur, ac malô more libera contrahendi voluntas constringitur, Prætor meritò illud ratum se non habiturum edicit ο *l. 1. ff. eod.* Sic autem ratum non habet, ut vel π veterem actionem metum passo restituat, *l. 9. §. 3. in fin. & §. 8. ac ll. seqq. & l. 21. §. ult. ff. eod.*

D. Struv.

μ *th. 10. inf.*
ν *th. 11. pr.*
ξ *v. th. 10. pr.*
ο *ib. inf.*
π *ib. th. 30. n. 3. & th. 15.*

D.Struv. *eod.* vel novam, Quod metûs causâ, concedat *d. l. 9. §. 3. l. 10. ff. h. t.* Duar. *ad h. t. cap. 1. ad §. volenti 6. l. 9. eod.*

B. Hahn. *Wes. h. n. 5. verb. metum non habebo. p. m. 326.*

Licet b. f. fuerit] quam tamen subesse differentiam putant Cujac. *ad l. 36. de V. O.* Gæddæus *tr. de contrab. stipul. c. 3. n. 161. seqq.* per *d. l. 116. ff. d. R. J.* quòd consensus contractûs b. f. sustineat. E. eô subtractô corruunt. Verùm in tantum non excludit consensum metus, ut vel malô more eum extorqueat. v. B. Hahn. *p. 326. in m.* Bach. *Tr. h. th. 4. lit. C.* & *D. 28. th. 2.* vid. infr. *D. 22. th. 8.* Exceptio tamen est in matrimonio. v. infr. *D. XIV. th. 12. inf.*

Th. XII.

Quia igitur Vis hæc compulsiva delictum ϱ est *l. 14. §. 3. 11. 13. l. 16. in fin. ff. quod met. caus.* actio inde orta origine suâ sanè est personalis, σ *§. 31. Inst. de act.* quia verò sine mentione personæ concepta *l. 1. pr. eod.* & adversus tertium datur possessorem *l. 14. §. 3. eod.* in rem scripta dicitur τ *l. 9. §. ult. eod.* Wesemb. *hic num. 4.* Hæc & Arbitraria υ est *d. §. præterea 31. Inst. de act.* ac naturâ quidem suâ ab initio in simplum competit, ob contumaciam verò adversarii jussu Judicis (qui jussus non est sententia *l. 14. §. 4. ff. quod met. caus.*) intra tempus præfixum rem non restituentis datur in quadruplum φ *l. 14. §. 1. 3. 4. & seq. h. t. §. 27. Inst. de act.* cui

ϱ conf. th. 9.

σ th. 17. pr.

τ ib. inf.

υ th. 16. & 20. vers. tacitè verò.

φ d. th. 20. pr.

Th. XII.

In rem scripta] Actio hæc in rem dicitur, *d. l. 9.* non ratione originis & causæ productricis, quasi ex fundamento juris in re oriatur, prout v. g. Rei vindicatio ex dominio; actio confessoria ex servitute &c. Sic enim personalis potius est, *alleg. §. 31. J. de Act.* orta ex delicto violentiæ: Sed eo sensu, quò paulò antè *th. 8. h.* ipsa restitutio reale beneficium; & sup. *D. 2. th. 23. in f.* pacta quædam realia dicebantur. Ita doli clausula dicitur esse in rem concepta; quia comprehendit do-

cui & simplum inest *d. l. 14. §. 10. ff. h. t.* & quidem intra annum *d. l. 14. §. 1. inf. §. 2. 9. & seq. eod.* post annum verò in simplum *d. l. 14. §. 1. eod.* Præter actionem hanc datur etiam Exceptio, χ quâ metum passus defendere sese potest adversus eum qui intulit, & ex obligatione metu extorta agit *l. 9. §. 3. ff. quod met. caus. §. 1. Inst. de except.* de qua inferiùs fortè pluribus. *ad tit. ff. de dol. mal. & met. except.*

D. XXXVI

χ *th. 15. pr. & Ex. XLVI th. 41.*

dolum non solùm promittentis, sed & successorum. *l. 5. ff. usufr. quemadm. cav.* vid. Pac. *II. enant. 72.* B. Hahn. *Wes. h. n. 4. p. m. 324.* & quia scriptura nostri edicti generaliter absque mentione personæ metum inferentis, & ita in rem est concepta. *l. 1. h. n. t.* adeoque rem actio sequitur etiam usque ad tertium possessorem. *l. 14. §. 3. h.* qui metum non intulit. Plura de hoc actionum genere vid. ap. Aut. *Diss. feud. XL. th. 17.* Exempla vid. infr. *D. VII. th. 25. & XIX. 16.*

Post annum] & sic *non obst. l. 21. §. 1. ff. h.* quod nullô tempore ratum habiturus sit metu gestum Prætor.

De qua inferius] videl. *Diss. XXII. th. 8.*

Th. XIII.

Prioribus illis remediis addendendum est hoc speciale, quòd ex edicto D. Marci ille, qui rem vel pecuniam jure sibi debitam, illatô etiam levi metu extorserit, jus creditoris & crediti amittat *l. 13. ff. quod met. caus.* ψ cui congruit *l. pen. & ult. ff. ad L. Jul. de vi privat. l. 7. C. unde vi:* non enim singulis est concedendum, quod per Magistratum publicè fieri ω debet *l. 176. ff. de R. J. l. nullus 14. C. de* Ju-

ψ *Ex. IIX. th. 14. j. D. XLVIII. th. 40.*

ω *D. IX. th. ult.*

Th. XIII.

Hoc speciale] Sic est: Remedia hæc ex *l. 13. ff. q. m. c. l. 7. C. unde vi &c.* civilia quidem sunt atque ordinaria; in eo tamen differunt, quòd illud, ex *d. l. 13.* competens, unicum tantùm casum concernat, quando creditor debitori suo metum ad solvendum incutit, remque adeò suam, certè debitam sibi, extor-

D. Struv. *Judæis*, quod edictum etiam ad rem non debitam ablatam pertinere rectissimè affirmant Menoch. *remed. 5. de recuper. possess. n. 6.* Arum. *disp. pand. 6. th. 8.* Hun. *vol. 1. resol.* *Treutl. disp. 11. th. 5. q. 40.* qui verò pignoris possessionem ex conventione propriâ autoritate ingreditur, *a* in hanc D. Marci constitutionem non incidit. *l. 11. C. de pignorat. act. l. 3. C. de pignor.* vid. Coler. *part. 1. de process. execut. c. 5. n. 14. & seqq.*

a v. D. XXVI. th. 41.

utili rei vindicatione, eam oblatione ejus quod actoris interest, non declinabit. Hoc verò duplici ratione quibusdam non videtur. *(1.)* quia h. m. frustranea planè actio ex h. n. edicto foret: quod non statuendum, quia tunc non daretur concursus. (2.) quia in alleg. *l. 3. inf. h. n. t.* arbitrium aliquod reo videtur relictum, quando dicitur: Si paratus sit utile judicium suscipere. Enimverò ad *(1.)* quod spectat, Neg. conseqv. Quia in h. n. edicto ulterius quid continetur; adeoque licèt per SCtum superinducta vindicatio utilis. *d. l. 27.* §. 3. illius tamen tota natura, utpote pinguior, nondum fuit exhausta; sed id noviter saltim inductum, ut invitus hodie utilem suscipiat actionem, qui olim non cogebatur. Quod *(2.)* attinet, actionem ex edicto quidem evitare potest suscipiendo judicium utile; sed non contrà. v. Bach. *Tr. v. 1. D. XI. th. ult. B.* Nam quando offert ipsius rei restitutionem, actor habet quod vult, nihilque ulterius suâ interest. Secus si actor interesse accepit, potest nihilominus rem ipsam propter affectionem quandam desiderare, v. Pac. *C. III. qu. 13.*

Ad creditorem] conf. infr. *D. XI. th. 22. D. XXIII. th. 20. & 21. inf.*

Tit. VIII. de

Receptis qui arbitrium suscep. ab Autore tangitur *infr. Disp. V. th. 5.*

Tit. IX.

Naut. Caup. Stab. &c. ab eod. tangitur *infr. D. X. th. 17. inf.*

DISPUTATIO QUINTA
ad Lib. V. & VI. Pandectarum.

Respondente

JOHANNE NICOLAO ENGELSCHALLIO, Comiv. Tyrig.

Ad Tit. I. de Judiciis, & ubi quisq; agere vel conveniri debeat.

Th. I.

P*Rincipales*] Nimir. sunt & quæ accedunt, v. g. JUDICI (1) Assessores s. Scabini: qui, quem in finem assideant, v. B. Carpz. *Process. T. 2. a. 4. §. 3.* (2) Actuarii: qui si non adhibeantur, nullitas committitur. *v. c. 11. x. de Prob.* Carpz. *ibid.* (3) Apparitores: qui, quales sint, & quid expediant? Id. *ib. §. 7.* LITIGANTIBUS autem (1) Advocati (2) Procuratores, sub quibus & Syndici continentur. (3.) Tutores ac Curatores: (4) Negotiorum gestores: ac (5.) horum omnium Substituti & Actores.

Th. I.

IUdicium est *a* legitima controversiæ inter actorem & reum coram Judice disceptatio. Variis dividitur *b* modis; de quibus vid. Robert. Marant. *part. 4. prax. aur.* Rosbach. *pract. civil. cap.* 1. *num. 3. & seqq.* Umm. *disp. ad proces. 1. th. 2.* Ad illud constituendum tres requiruntur personæ *c* Principales, Actor, Reus & Judex. Actor *d* est, qui alicui litem in judicio movet. In judiciis duplicibus *e*, ubi uterque litigantium actionem intendere & suscipere potest, ille Actor dicitur, qui prior ad judicium provocavit. *l. 13. ff. de judic. l. 2. §. 1. ff. comm. divid.* si ambo simul provocent, forte res est dirimenda *d. l. 13. & seq. ff. de judic.*

D. STRUV. *a D. IX. th. 1. in m.*
b ib. th. 62. seqq.
c ib. th. 3.
d ib. th. 4. seq.
e de quib. vid. D. XIV. th. 54. XV. 4. & 5. it. th. 22.

Tres

Th. III.

Lite pulsatur] Hinc & Reus in *l. 5. pr. C. de Recept. arb.* pars pulsata dicitur: *& ibid. post quædam interjecta:* Pars fugiens, sc. quia Reorum proprium est, Fugere. B. Carpz. *Processf. T. 7. pr. pag. 209.* idem prædicatum datur illis & in *l. 8. in f. pr. & §. 3. in pr. C. de bon. qua lib.* add. Carpz. *d. tr. T. 4. a. 1. n. 3.*

Et hic quoq;] Unde pupilli ac Minores conventi itidem Tutoribus Curatoribusque præmuniendi sunt: sententia enim adversos eos, sive non habeant, sive non defendantur à tutoribus, lata, nulla est. B. Carpz. *d. tr. T. 16. a. 4. n. 33. seqq.* Nec executio adverſus eos suscipienda. Id. *ib. T. 25. a. 1. n. 32. seqq.*

Si citetur] Hinc distinguunt inter Reum *Necessarium*, sc. qui citatur. Et quoniam defensio est juris naturalis, persona ejus ab adversario implorante, & Judice petitis deferente ac citante, approbata censetur: Et *Voluntarium*, qui ratione alicujus interesse se ipsum sistit ac intromittit: & quia speciem actoris gerit, habilis esse debet. v. Hillig. *cit. loc.*

Th. III.

Reus est *k* qui ab Actore convenitur, *l. 3. ff. de probat.* qui lite pulsatur *l. 8. C. de probat.* is à quo petitur, *l. 5. & 6. C. de edend. c. forus. extr. de V.S.* Et hic quoque personam legitimam standi in judicio habere *l* debet *d. l. 1. & 2. C. qui legit. person. stand.* non habens tamen si citetur, persona ejus probata censetur. Gail. *2. de P. P. 12. n. 17.* Rosbach. *prax. civil. tit. 11. n. 6.* Hill. *ad* Donell. *l. 17. c. 5. lit. D.*

D. STRUV. *k D. IX. th. 4. lin. 4.*

l ib. th. 5. pr.

Th. IV.

Judex] de quo v. B. Carpz. *Processf. T. 2. a. 4. n. 13. seqq.*

Vel cum, vel sine] Sed an idem hodiernis moribus: Numne hodie ullus sine Jurisdictione datur Judex? Certè aliqualem habere debet. Sic Opificum Collegia statuta condunt, qui

Th. IV.

Tertia persona judicium constituens est Judex, *m* coram quo Reus convenitur, qui judicio præest, illudque moderatur & finem controversiis suâ sententiâ imponit, *l. 13. §. 2. ff. de re-*

m D. IX. th. 9.

D. STRUV. n conf. IV. 54.

cept. Hic vel cum imperio est, ac jurisdictione, *n* vel sine imperio nudam saltem habet notionem. Prior vel ordinarius vel delegatus, *o* de quibus *vid. tit.* *ext. de off. jud. ord. & seq. de off. jud. deleg.* posterior dicitur Datus *p* *l. ult. C. ubi & ap. quem cognit. in int. rest.* *l. pen. ff. de judic. l. 46. ff. eod.* item, Pedaneus *q* *t. t. C. de pedan. jud.*

o ib. th. 37. seqq. th. 60.

p ib. th. 44.

q conf. th. 4. in m. ib.

qui actus est jurisdictionalis: in causis artificii sui jus dicunt, sodales coërcent. v. B. Carpzov. *Processʃ. T. 2. a. 3. n. 88.*

Prior, posterior] de his repetat. sup. *D. 2, th. 8. & 9.*

Th. V.

Judex potestatem judicandi publicâ autoritate accipit, nec privatorum consensus *r* judicem facit *l. 3. C. de jurisdict.* Et licèt ex compromisso partium Arbiter sumptus Judici sit simillimus, *s* adeoque arbitria ad instar judiciorum sint redacta, *l. 1. ff. de recept.* isque aliquando Judex vocetur *l. pen. ff. de judic.* Judex tamen propriè non est, nec ejus sententia vim judicati obtinet, *l. 1. C. de recept. arb.* sed litigantes ob metum pœnæ *t* conventæ *l. 2. & l. 27. §. ult. ff. d. t.* vel religionem jurisjurandi *l. 4. & 5. C. eod.* (quod tamen

r D. IV. th. 59. j. D. IX. th 9.

s v. VIII. 102. vers. officium autem.

t ibid. th. 103. in m.

Th. V.

Judicem facit] eum sc. qui talis non est; ejus tamen qui habet, jurisdictionem prorogare possunt. *v. sup. D. 2. th. 11.* & eum in quem pœnâ promissâ consentiunt, voluntarium efficiunt judicem, quem Arbitrum dicimus, estq; is ab Arbitratore planè alienus, ut ad quem Prætoris de Recepto edictum, non pertinet. vid. eleg. Vinn. *L. 1. sel. qu. 16.* B. Carpz. *Processʃ. T. 2. a. 3. n. 59. seqq.*

Instar judiciorum] juxta ordinem ergò & stylum judicii procedendum erit, *Nisi* partes compromittentes aliter convenerint. Carpz. *d. l. n. 46. seq.*

Judex vocetur] cum apposito Arbitralis. *N. 82. c. 11. §. 1.* Compromissarius. *l. 5. §. 1. C. de Recept. arb.* Extraordinarius & irregularis. Carpz. *d. l. n. 1. & 3.*

Ejus

Ejus sententia] laudum vocatur: hujusque approbatio Homologatio: quæ pariter ut veri Judicis sententia decem dierum lapsu confirmatur. Arbitratoris autem effatum, ut reducatur, ad 30. annos peti potest. Vinn. *d. q. 16. circa f.* conf. Fachin. *L. 8. c. 95.*

Appellationis] Ut quæ id quod in J.dictione extremum est, executionem impedire debet. *v. infr. D. XXV. th. 1.* At verò, in arbitro compromissario neutrum horum, *h. n. th. & D. 2. th. 11.* quia pactis privatorum Jurisdictio non tribuitur. Quæ verò cœteroquin opponitur *l. 9. ff. qui satisd. cog.* manifestò de alio Arbitrorum genere, publicâ autoritate & à Magistratibus dato, loquitur: à quibus etiam perinde ut à Pedaneis appellatur. v. Bronch. *C. I. Enant. 63.*

men *Nov. 82. c. 11.* abrogatum) vel approbationem sententiæ 10. *u* dierum spatiô vel expressè vel tacitè factam *d. l. 4. & 5. Cod.* sententiâ, sive illa æqua fuerit sive iniqua *l. 27. §. 2. ff. eod.* stare tenentur, à beneficio appellationis *x* exclusi *l. 1. C. eod.* Perez. *in Cod. de recept. arbitr. n. 11. & 2. seqq.*

D. Struv.
u ib. vers. directa.
x ib. th. 104.

Th. VI.

Cæcus] Nec distinguimus, utrum casu cœcus factus sit, ut Appius Claudius qui sententiam in Senatu dicebat; an verò naturâ, ut nunquàm literas didicerit. Non enim corporis, sed mentis cœcitas judicandi facultatem adimit, velut Impuberibus & aliis qui ob id arcentur. Nam & ipsa Justitia pictoribus cœca est, & à respectu personarum aliena. Quòd verò Magistratum cæcus Retinere, non Petere possit, *l. 1. §. 5. in f. ff. de Postul.* id cum Accursio ad Judices trahendum non est, monente Franc. Duarenô *Lib. 1. disput. c. 23. Tom. 2. p. m. 213.* quoniam in Magistratu, citra prudentiam animi, decor

Th. VI.

Judices dari possunt omnes, *y* qui non vel naturâ vel lege vel moribus prohibentur, de quibus vide *l. 12. §. 2. l. 39. & l. 46. ff. de judic. l. 60. ff. de re judic.* Cœcus *z* vero *l. 6. de judic.* Minor 18. *α* annis *l. 57. ff. de re jud.* (licèt arbiter *β* fieri nequeat

y v. D. IX. th. 10. pr.
z ib. vers. cæcus autem.
α v. D. IIX. th. 99. vers. autem quod.
β ibid. p. 308. pr.

D.Struv. queat, *l. 41. ff. de recept. arb.*) nec non juris imperitus *Novel. 82. pr. & ibi* Cujac. judicandi munere fungi indiſtinctè non vetantur.

decor externus quoque, corporis majeſtas & ſplendor fortunæ requiritur. *v. l. 6. pr. ff. de Mun. & bon.* conf. Bronch. *C. 1. Miſc. qu. 32.*

Minor] Qui tamen, utut judicandi munus alioquin ſit neceſſarium *l. f. §. 14. ff. de Mun. & bon.* quia publicum, invitus cogi prohibetur. *l. 41. ff. de Recept. arb.* Niſi ultra viginti annos ſit. Ad Decurionatum verò & Reip. adminiſtrationem ante annum 25. inutiliter adhibetur, *l. 8. de Mun. & bon. l. 6. §. 1. l. 11. ff. de Decur.* quia præter prudentiam politicam, & œconomicam, ob bona civitatis ſimul adminiſtranda, requiritur. add. Bronch. *C. I. Enant. 65.*

Imperitus] Illud enim, quod dicitur: Si dolô contra jura pronunciet, parti læſæ ad litis æſtimationem teneri; ſi per imperitiam, in quantum religioni Judicis videbitur *l. 15. §. 1. ff. de Judic. l. f. ff. de var. extraord. cogn.* de Pedaneis Judicibus & Aſſeſſoribus, qui peritiam legum & usûs forenſis habere cogebantur, atque eapropter è numero juris Studioſorum legebantur. *l. 2. ff. quod quisq; jur. in al.* intelligendum. Magiſtratûs verò plerumque ex Equitibus & Militibus, autoritatis gratiâ ſumebantur, ac peritis utebantur Aſſeſſoribus. v. Hotom. *Ill. Qu. 28.* Bronch. *C. I. Enant. 64.*

Th. VII.

Ad judicem præprimis id requiritur, ut ſit competens, γ h. e. ut & rei & perſonæ competat, ſeu ut quis coram eo agere vel conveniri queat. *rubr. ff. de judic. & ubi*

γ *D. IX. theſ. 12. ſeqq.*

Th. VII.

Sit competens] Sicut unus vix ſufficit omnibus negociis, ita nec varietas cauſarum patitur, ut apud unum eundemque tractentur, ob confuſionem inde metuendam. Separatæ itaque ſunt cauſæ pecuniariæ à cauſis juſtitiæ: & in his ipſis civiles à criminalibus; à ſacris profanæ; à privatis publicæ: cuilibet ſuus locus, tempus ac perſonæ aſſignatæ, à quibus nec aliæ recipiuntur ſupplicationes, ſed eò remittuntur, ad cujus expeditionem pertinent. *Non*

ubi quisque &c. rub. C. si à non comp. jud. citatus enim ab incompetente venire non tenetur, δ nisi ad incompetentiam allegandam. *l. ult. ff. de jurisd. l. 2. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 5. ff. de judic.* D.STRUV. δ *v. D. XLVI. th. 5. p. 758. pr.*

Non tenetur, nisi] Ita est: Exceptio fori declinatoria non sufficit in scriptis allegari, sed oportet utique reum comparere, ac nuncupativè desuper experiri: alioquin in expensas condemnatur: quòd si tamen obtineat postmodùm, cum refusione expensarum absolvitur. B. Carpz. *Processʃ. T. 19. a. 2. per tot.* Non ergò venire debet Jurisdictionem citantis agniturus: agnovisse tamen videtur Exceptione hâc non statim oppositâ. Id. *ib. num. 7.* add. Geil. 1. *O. 45. num. 7. seqq.*

Th. IIX.

Sicut Judex, ita & forum ε h. e. locus exercendarum litium *c. forum extr. de V. S.* competens esse debet *rubr. C. de jurisd. omn. jud. & for. comp. Tit. extr. de for. comp.* quod multis modis tale fit, de quibus copiosè tractant Processuum judiciariorum Scriptores peculiares, & Interpretes *in tit. ff. de judic. tit. Cod. de jurisd. omin. jud. & for. comp. tit. extr. eod.* Generalis autem regula hæc est, quòd Actor forum rei sequatur ζ *l. 2. & 5. C. de jurisd. omn. jud. l. ult. C. ubi in rem. act.* ε *D. IX. th. 13.* ζ *ib. th. 4. & 12.*

Th. IIX.

Sicut; Ita] Sed quæ inter Forum & Judicem competentem differentia: an non unum idemque sunt? Nim. non sufficit locum elegisse, ubi vel habitat, contraxit, vel deliquit reus, nî & ibidem ex pluribus multoties residentibus adæquatus eligatur Judex. Cùm possit v. g. aliquis Viennæ habitare, sed Senatûs oppidani Jurisdictioni non confestim subjectus esse: vel causa taliter se habere, ut ad sacrum pertineat tribunal.

De quibus tractant]. præprimis B. Carpzov. *Processʃ. Tit. 3. per tot.*

Th. IX.

D. Struv.

Reus autem forum sortitur, vel ratione Domicilii, η l. 19. §. 1. & ult. ff. de judic. l. 2. C. de jurisd. omn. jud. i.e. ejus loci, in quo degit eo animô, ut ibi perpetuò subsistat, nisi quid avocet. θ l. 17. §. 13. l. 27. §. 2. ad municip. l. 7. C. de incol. vel Contractûs ι l. 3. ff. de reb. autor. judic. possid. l. 19. §. 1. l. 26. 28. pr. l. 45. ff. de iudic. l. 4. §. ult. ff. de edend. modò in loco contractûs reperiatur κ d. l. 19. ff. de judic. Gail. 2. obs. 36. n. 14. aut bona ibidem habeat, in quæ missio λ fieri possit arg. d. l. 19. §. 1. ff. de judic. l. 19. ff. de in jus voc. c. Romana §. contrahentes. de for. compet. in 6. vel Rei sitæ

η D. IX. th. 14.

θ ib. th. 20.

ι ib. th. 40. seqq.

κ ib. th. 42

λ ib. vers. si tamen.

Th. IX.

Domicilii] Quid domicilium: quotuplex: quomodo constituatur, probetur, amittatur & mutetur? prolixè Dn. Struv. alleg. locc. B. Carpz. *d. l. art.* 1. Id solùm hîc notamus, Forum hoc semper generale & ordinarium esse, ac prædominari, vel certè concurrere cum aliis. Id. *p. 1. C. 29. d. 19. n.* 2. Dn. Struv. *IX. 35.* sive ibi reperiatur, sive non *d. T. 3. a. 1. n. 2.* add. sup. *D. IV. th. 6.* Sive agatur personali, quod indubium: sive reali, quæ competit ad res mobiles vindicandas actione. Carpz. *L. 1. R. 101.* In domicilio tamen originis, nec si ibi reperiatur, convenitur reus. Id. *d. a. 1. n. 61.* Vagabundus verò ubique rectè pulsatur. id. *ib. n. 63. seq.* & *L. 2. R. 25.* Dn. Struv. *IX. 37.* Cæterùm de concursu ob domicilium & rei situm conf. Vinn. *L. 1. sel. q. 18.*

Reperiatur] Ita quoque Bronch. *C. 1. enant. 73.* & in causa quadam ex consilio Scabinorum Lipsiæ judicatum refert B. Carpz. *L. 2. R. 30.* Quorum sententia in secunda quoque instantia fuerit confirmata. Idem jure can. & moribus: diversum autem jure civ. Justinianeô obtinere, dicit Dn. Struv. *d. l.* atque allegatam ab Autore *l. 19. ff. h.* aliter interpretatur.

Rei sitæ] & quidem si sit immobilis, indubiè: de mobilibus dubitarunt Hugolinus & alii. Azo nil interesse putavit, quem hodie sequuntur. v. B. Carpz. *p. 3. C. 12. d. 13. L. 1. Resp. 101.* & Process. *T. 3.*

T. 3. art. 1. num. 41. seqq. & art. 3. num. 9. seqq.

Delicti] Reus causæ criminalis triplex sortitur forum. (1.) Domicilii: quod in civilibus generale est. (2.) deprehensionis: quia tanquam vagabundus ubique convenitur. (3.) Delicti perpetrati, & quidem non inchoati, sed consummati, quia in delictis qualitas potius patientis consideratur. *l. 43. de R. N.* Et hoc forum in criminalibus principalius est, ut absens quoque eò citari, contumax proscribi ac bannô feriri possit. Actoris tamen electio est, ac Præventioni quoque locus datur. v. B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 110. per tot.* & in Processf. *T. 3. a. 2.* ubi delicta & contractûs simul tractat. rationem vid. ap. eund. *p. 4. C. 19. d. 19. n. 4.*

Præventionis] quæ non tam noviter tribuit forum quod antè non fuit, quàm ex pluribus competentibus unum eligit & applicat, ex quo reus conventus, si aliò trahatur, exceptionem nanciscitur. Unde inter exceptiones quoque reposuit hoc argumentum B. Carpz *Processf. T. 9. art. 3.* add. Id. ad *p. 1. C. VII. d. 20. seqq.* & in universum de hac materia *Ord. Processf. El. Sax. Tit. 6.* Bronch. *C. 1. enant. 69.*

Reconventionis] Neque hæc semper est modus forum noviter sortiendi. Aut enim reconventus eidem Judici aliàs est subjectus, & tunc potuisset etiam extra hunc casum eò trahi. Aut extraneus, & tunc quia fori incompetentiam allegare nequit, v. *l. 14. cum Auth. seq. C. de Sent. & interl.* concedimus, si tamen adsint sequentia: (1.) Judex causæ reconventionis alioquin sit competens: ut in Feudalibus & Ecclesiasticis. (2.) habeat Jurisdictionem ordinariam, vel ad instantiam ab ordinario delegatam. (3.) actor reconventus egerit propriò nomine & (4.) speciatim jure Sax. causæ sint connexæ: id quod Judex arbitratur. v. *Ord. Pro-*

sitæ μ *l. ult. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de poss. agi oport.* vel Delicti ν *l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* vel Præventionis seu judicii ξ cœpti *l. 30. ff. de judic.* vel Reconventionis ο *l. 22. ff. judic.* vel Connexitatis seu cōtinentiæ caussæ, π quæ non est dividenda, *l. 3. l. 10. C. de judic. c. 2. de rescript. in 6.* Gail. 1. *obs. 32.* Mindan. *tr. de contin. caus. c. 2.*

D. Strув. μ *ib.* [*th. 49. j. th. 35. lin. 4. & th. 59. n. 1.* ν *th. 45. seqq.* & *D. IL. 12.* ξ *v. D. XLVI. th. 5. n. 2. 3.* ο *v. D. IV. th. 59. v. legalis. IX. 68. vers. porro sciendum.* *XXI. 32. & XLVI. 21.* π *D. IX. th. 55.*

Process. El. Sax. T. 6. §. dieweil aber. B. Carpz. *Process. T. 6. Art. 3.* Autor *sup. D. 2. th. 11.*

Connexitatis] dum vel plures sunt PERSONAE sub diversis degentes Jurisdictionibus conveniendæ, v. g. fratres, socii, tutores, cohæredes: vel diversæ CAUSÆ, quarum una est consequens alterius, ut, Possessionis & proprietatis. Vel RES in diversis territoriis sitæ; ut omnium proximus superior adeatur Judex: licèt illorum aliqui sint privilegiati. Ratio, quia Reip. lites contrahi & abbreviari intereit. v. Carpz. *Proc. T. 3. 4. 5.* Aut. *infr. D. 22. th. 2. in f.*

Th. X.

D. STRUV. Dantur nonnulli, qui non ex propria, sed aliorum persona forum sortiuntur, v. c. Uxor ϱ & Vidua Mariti *l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. pen. pr. ff. de jurisd. l. 65. ff. de judic.* Heres σ defuncti *l. 19. ff. de judic.* Defensor illius quem defendere vult aut tenetur *l. 43.* τ *ff. de judic.* Libertus υ patroni *l. 22. pr. ff. ad municip.* Servus φ domini *l. 1. C. ubi caus. stat. agi oport.* forum sequuntur, Gudelin. *de jur. noviss. lib. 4. c. 2. §. cùm quæstio. & §. caeterùm circ. fin.* nonnunquam & ex quantitate ejus, quod in judicium deducitur ac petitur, competentia fori æstimatur *l. pen.*

ϱ *D. IX. th. 18. in f. & th. 28.*
σ *conf. th. 35. in f. cum th. seq.*
τ *D. XIIX. th. 69. obj. 1.*
υ *th. 17. circa f. n. 3. & D. L. th. 49. n. 2.*
φ *ib. th. 30.*

Th. X.

Hæres] Adeò, ut licèt Fiscus non tam per modum dependentiæ & ordinariæ successionis; sed vi Jurisdictionis in bona vacantia succedat. v. *infr. D. XXV. th. 18.* nihilominus rem cum onere suscipiat, ibiq; ubi hereditas sita est, forum sortiatur. Jus tamen prælationis adversus juniores creditores, de quo *infr. D. XII. th. 24. num. 4.* utpote alienum ab hac materia, salvum retinet. Sunt enim diversa privilegia, & unum per alterum non amittitur *l. 6. pr. ff. de jur. fisc.* add. Pac. *C. 3. enant. 24.*

Defensor] v. Franzk. *L. 1. resol. 16. n. 58.*

Libertus] v. infr. *D. 25. th. 27. pr. verb. Manumissionem.*

Quantitate] Sic in prima instantia furta infra tres solidos ad Jurisdictionem inferiorem; ultra

D.STRUV.

pen. ff. de jurisd. tam in prima quàm secunda instantia, *vid.* Gail. 1. *obs.* 123. *num.* 1. Mynsing. 4. *obs.* 40. & 5. *obs.* 83. Mindan. *de Process. lib.* 1. *in fin.*

ultra illos, ad superiorem spectant, ex *Ord. provinc. Sax. Gothan. p* 2. *c.* 1. *T.* 10. *pag.* 103. *inf.* & *p.* 106. *in m.* In Curia provinc. Jen. causæ infra 60. fl. in neutra instantia recipiuntur. *Ord. cap.* 18. *p.* 38. *inf.* In Camera Spirensi appellationes regulariter non admittuntur, si summa sit infra 50. fl. Rhenanos. *Ord. Cam. p.* 2. *T.* 28. §. 4. quæ summa in Comitiis Spir. 1570. extensa fuit ad 150. fl v. Geil. 1. O. 123. Aut. *infr.* XXV. 6. *n.* 1.

Th. XI.

Præter forum competens ex jure communi, de quo modò dictum, datur etiam aliquod ex jure singulari χ constitutum, quale est Imperatoris coram Comite Palatino *Aur. Bul. tit.* 5. Electorum, Principum & reliquorum Statuum Imperii Romano-Germanici, quoad primam instantiam, ψ coram Judicibus ordinationis, quos vocant Austregas, ω de quibus *vid. Ordin. Cam. part.* 2. *c.* 3. 4. 5. & 6. Bocer. *cl.* 6. *disp.* 2. *th.* 72. & *seqq.* Clericorum, *a* qui non solùm in spiritualibus, sed etiam cæteris civilibus & criminalibus coram judice Ecclesiastico sunt conveniendi *Nov.* 83. *Nov.* 123. *c.* 21. *Auth. Statuimus. C. de Episc. & Cler. c.* 12. *extr. de for. compet. c.* 10. *extr. de judic.*

χ *v. D. IX. th.* 57.

ψ *conf. th.* 15. *vers. jus enim*

ω *th.* 59. *n.* 6.

a v. th. 49. *inf.* & *th.* 59. *n.* 1.

Th. XI.

Palatino] Quod quoad causas pecuniarias & civiles est indubium: quoniam autem verba aureæ bullæ generaliter & indefinitè concepta sunt: Von Sachen wegen deren Er angemuhtet wird: Ideò ad criminales quoque exautorationis & depositionis extendunt; sub illo tamen temperamento, ut totius Collegii ea sit cognitio, cui Palatinus tanquam è Laicis supremus præsideat. Arum. *ad A. B. Discurs. III. th.* 45. Wurms. Ex. IX. *q.* 74. *seq.* Limn. *L.* 2. *c.* 11. *n.* 23. & *L.* 3. *c.* 9. *n.* 23. *seqq.* Moguntii-

D. Struv. Viduarum, Pupillorum & aliarum miserabilium personarum, quibus potestas est ad Principis tribunal revocare, *b l. un. C. quand. Imp. int. pupil. & vid.* Scholarium *c per Auth. Habita. C. ne fil. pro patre.* Militum *d l. 6. C. de jurisd. l. 1. & 2. C. de off. Mag. mil.* Præter personas, etiam Caussæ quædam, ut Spirituales *e* & Ecclesiasticæ *l. 6. C. de SS. Eccles. Nov. 40. pr. c. 3. extr. de judic. c. 3. extr. de ord. cognit.* *f* Fiscales *l. 5. C. ubi caus. fiscal.* Feudales *g 2. F. 55. §. ult. 2. F. 46. 1. F. 10. 18. 21. §. ult. Ordin. Cam. p. 2. tit. 7.* peculiares suos Judices ex privilegio quodam habent.

b ib. m. pr. *c ib. n. 2.* *d ib. n. 3.* *e ib. 57. n. 1.* *f ib. 58. n. 3.* *g ib. n. 1. & S. F. cap. ult. aph. 4.*

guntinus autem tanquam Decanus sententiam pronunciet: quod in causa Wenceslai Imp. factum sit.

Ordinationis] duum sunt generum (1.) Speciales: quos nonnullæ familiæ & corpora sibi ipsis peculiares constituerunt, Conventionales dictos: Stamm-Austräge / gewillkührte / besondere Austr. quales familiæ Saxonica, Hassiaca, Aliæ habent. v. Limn. *J. P. L. 5. c. 15. n. 4. p. 345. & eod. L. 5. c. 8. n. 6. p. 216.* (2.) qui ex generali dispositione imperialium decretorum pendent; Ordinatione videl. Cam. Imp. unde & Autor Ordinationis vocat Judices. v. Limn. *L. 9. c. 5. per tot.*

Clericorum] v. *Ord. Cur. prov. Jen. c. 17. p. 35. pr.* B. Carpz. *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 10. & L. 3. d. 3. 5. 7.* Mœv. *ad Jus Lub. Qu. prælim. 3. n. 3. seqq.*

Viduarum &c.] Carpz. *Process. T. 3. a. 6. & L. 2. R. 19.* Autor *sup. D. IV. th. 3. pr.* Joh. à Sande *L. 1. T. 1. d. 2.*

Scholarium] Carpz. *d. T. 3. a. 6. §. 5. & Jurisprud. Consist. L. 3. d. 12.*

Spirituales] ac mixtæ, sc. matrimoniales. v. B. Carpzov. *L. 3. Jurisprud. Consist. d. 1.* add. Id. *in Process. Tit. 3. art. 4* Autor *sup. Diss. II. th. 9. num. 4.* Wurmser. *Ex. jur. publ. V. quæst. 25.*

Th. XII.

Th. XII.

Non competentem solùm, sed & minimè suspectum *h* oportet esse Judicem. Quòd si enim suspectus est, h.e. talis, de quo metus esse queat, eum vel imperitiâ, vel corrupti *i* animi vitiô aliter, quàm decet, judicaturum esse, recusari potest *l.16.C.de judic.* sive delegatus sit, sive ordinarius, *k* tam de jure civili *l. 9. in f. pr. ff. de liber. caus. d. l. 16. C. de judic. l. 4. C. de jurisd. l. 10. ff. eod.* Donel. *17. comm. 21. in Princ.* quàm Canonicô *c. suspicionis. 39. extr. de off. & pot. jud. deleg. c. cùm speciali. 61. extr. de appell.* & regulariter quidem ante *l* L. C. *l. 12. l. 16. C. de judic. l. ult. C. de sent. & interlocut. Novel. 96. c. 2. c. ult. 3. q. 5. c. inter monasterium 20. extr. de sent. & re jud.* si verò nova suspicionis caussa, quæ initiò latebat, emerserit ac supervenerit, etiam post *m* L. C. *l. 17. ff. de judic.* Cujac. *9. obs. 23.* Rittershus. *in ex. pos. Novell. p. 9. c. 6. n. 105. & seq.* ubi & alia ad hanc materiam pertinentia videre licet.

D.Struv.

h D. IX. th. 10. pr.

i ib. th. 11. n. 4.

k ib. vers. ob hasce.

l ib. circa f. j. D. XLVI. th. 7.

m d th. 7. 7. vers. sunt quoque.

Th. XII.

Sive ordinarius] Bulgarus cum sequacibus secus existimat (1.) propter *d. l. 16. pr. C. de Judic.* ubi tantùm Delegatus Judex nominatur. ℞. Positô uno, non confestim negatur alterum: lex loquitur exemplificativè, non determinativè: quod aliàs legibus Codicis frequens est, dum de certo casu consulti fuerunt Imperatores. Nec tam de subjecto, quàm adjuncto respondet Justinianus: sive, non cui, sed quando exceptio opponenda. (2.) *Auth. Si verò. post d. l. 16.* quæ ex *N. 86. c. 2.* desumpta; ubi non removeri Judex, sed alius ipsi adjungi jubetur. ℞. datur ibi solùm consilium, quòd expediat litigantibus ad reductionem sumptuum v. B. Carpz. *Proc. T. 3. a. 4. n. 84.* Hillig. *D. E. XVII. 25.* Q.

Ante L. C.] Ratio, quia exceptio hæc est dilatoria. *D. XXII. th. 2.* at verò eas ante L. C. opponi oportet. *ibid. th. 11.*

Ad Tit. II. de Inofficioso testamento.

Th. XIII.

D.Struv. n D. X. th. 1. o ib. th. 4. p ib. th. 21.

Querela *n* inofficiosi (h.e. non ex officio pietatis liberis, parentibusve debitæ *l. 2. ff. de inoff. testam. princ. Inst. eod.* facti) testamenti moribus introducta, *l. 1. & 5. ff. de inoff. test. l. 7. in fin. ff. unde lib. l. 8. pr. ff. de bon. poss. contra tabb.* est actio *o* in rem *l. 12. §. fin. l. 15. §. 2. ff. de inoff. test. l. 17. ff. eod. l. 34. C. d. t.* quâ testamentum inofficiosum rescindi, *d. l. 17. l. 19. in fin. d. t. Novel. 115. c. 4. in fin.* & defuncti hereditas tanquam ab intestato debita restitui petitur *p l. 6. §. 1. l. 8. §. pen. l. 10. l. 13. in fin. l. 17. l. 19. ff. & l. 34. circ. fin. C. de inoff. testam.* Bocer. *class. 5. d. 24. th. 4.*

Th. XIII.

Moribus introducta] & sic à Jure civ. v. B. Ungeb. *Ex. VIII. qu. 11.*

Est actio] Et quidem non præparatoria; qualiter ad Exhibendum actio Rei vindicationi viam sternit. v. Pac. *Method. Cod. b. t. cap. 1. num. 6.* Nec nuda imploratio officii Judicis: qualem B. Hahn. *Wes. b. n. 5. p. m 373.* efficere conatur: Nec denique Causa solùm petendi: quod Græci interpp. volunt. Sed ipsa hereditatis petitio, sc. qualiter se habens, uti actio rescissoria est qualitas vindicationis ex causa absentiæ *§. 5. J. de Act.* Qui enim de inofficioso queruntur, in effectu contendunt: testamentô impiè factô hereditatem sibi ablatam restituendam; adeoque vel ab initio statim libello conventionali exheredationem iniquam inferunt; vel simpliciter petendo, replicationi reservant. v. Dn. Strauch. *ad 50. Decis. Disp. 4. cap. 1. n. 4.* Bach. *Tr. v. 1. D. XVII. th. 1. E.* Franzk. *Comm. ff. b. n. 3. seqq.* Vinn. *pr. I. b. t. n. 6.* & *L. 1. sel. qu. 19.* Donell. *XIX. 3.*

Th. XIV.

q D X. th. 7. & 14.

Datur querela inofficiosi testamenti omnibus, *q* qui

Th. XIV.

Justis causis] de quibus vid. *infr. D. XVI. th. 16.*

Eâ scil.] Autor propterea sic

sic præmunit se, quòd contradictionis argui possit, quando *D. XVI. th.12.* dicturus est: Præteritionem reddere testamentum ipso jure nullum. Istud sc. de præteritione patris, qui in potestate habet, exaudiendum. Matris enim, & eorum, qui in potestate non habent, præteritio exheredationi exæquatur, cum eaque in *N. 115. c. 3.* conjungitur. v. Franzk. *Ex. VI. qu. 3.*

Parentibus] v. B. Carpz. *p. 3. C. 1. d. 9. n. 2.* & *C. 12. d. 1. n. 6.* Autor. *infr. D. XVI. th. 17. pr.*

Si turpes] *d. D. 16. th. 17. in m.*

Præpamta] Ita Autor allegatam *l. 6. ff.* cum *l. 34. C.* conciliat: alii aliter: quasi *d. l. 6.* contineatur *Regula*, Tam ad suos quàm extraneos non nisi præparatam transmitti querelam. In *d. l. 34.* verò *Exceptio*: Quando inique exheredatus antè moriatur quàm scriptus heres adeat: (Eô enim tempore nondum ipsi aliquod Jus natum, E. nec negligi aut præscriptione tolli potuit;) Tunc æque ad suos & extraneos transmittat. Donell. Hillig. & quos cum ipsis alios allegat Dn. Struv. Nec opus itaque inter Jus vetus, in *l. 6. ff.* & Novum, in *l. 34. C.* distinguere. v. Hahn. *Wes. h. n. 8. p. m. 380.*

qui immeritò & non justis de caussis *r* sunt exheredati vel præteriti (eâ scil. præteritione, quæ pro exheredatione habetur *s l. 5.* §. 1. *ff. de inoff. test. l. 15. C. eod.*) putà liberis, *t* tam nascituris seu posthumis, *l. 4. in f. C. de lib. præter.* quàm natis, nec non parentibus *u l. 1. l. 30. ff. l. 28. C. prin.* & §. 1. *Inst. de inoff. test.* Item fratribus ac sororibus, si turpes personæ heredes scriptæ sint. *x* §. 1. *Inst. l. 1. ff. l. 21. & l. 27. C. de inoff. testam.* quin & eorum omnium successoribus, *y* & suis quidem heredibus indistinctè *l. 34. C. eod.* extraneis *z* verò non aliter quàm si cœpta aut præparata à defuncto fuerit querela *l. 5. l. 6. §. ult. l. 7. eod.* Wesemb. *par. ff. de inoff. testam. num. 8.*

D. Struv.

r v. D. XXXII. th. 32. seqq.

s conf. th. 26. p. 224. n. 2.

t D. X. th. 16.

u ib. th. 8. & 17.

x ib. th. 18.

y ib. th. 19.

z ib. 29. n. 3.

D.Strux. queat, *l. 41. ff. de recept. arb.*) nec non juris imperitus *Novel. 82. pr. & ibi* Cujac. judicandi munere fungi indistinctè non vetantur.

decor externus quoque, corporis majestas & splendor fortunæ requiritur. *v. l. 6. pr. ff. de Mun. & bon.* conf. Bronch. *C. 1. Misc. qu. 32.*

Minor] Qui tamen, utut judicandi munus alioquin sit necessarium *l. f. §. 14. ff. de Mun. & bon.* quia publicum, invitus cogi prohibetur. *l. 41. ff. de Recept. arb.* Nisi ultra viginti annos sit. Ad Decurionatum verò & Reip. administrationem ante annum 25. inutiliter adhibetur, *l. 8. de Mun. & bon. l. 6. §. 1. l. 11. ff. de Decur.* quia præter prudentiam politicam, & œconomicam, ob bona civitatis simul administranda, requiritur. add. Bronch. *C. I. Enant. 65.*

Imperitus] Illud enim, quod dicitur: Si dolô contra jura pronunciet, parti læsæ ad litis æstimationem teneri; si per imperitiam, in quantum religioni Judicis videbitur *l. 15. §. 1. ff. de Judic. l. f. ff. de var. extraord. cogn.* de Pedaneis Judicibus & Assessoribus, qui peritiam legum & usûs forensis habere cogebantur, atque eapropter è numero juris Studiosorum legebantur. *l. 2. ff. quod quisq; jur. in al.* intelligendum. Magistratûs verò plerumque ex Equitibus & Militibus, autoritatis gratiâ sumebantur, ac peritis utebantur Assessoribus, v. Hotom. *Ill. Qu. 28.* Bronch. *C. I. Enant. 64.*

Th. VII.

Ad judicem præprimis id requiritur, ut sit competens, γ h. e. ut & rei & personæ competat, seu ut quis coram eo agere vel conveniri queat. *rubr. ff. de judic. & ubi*

γ *D. IX. thes. 12. seqq.*

Th. VII.

Sit competens] Sicut unus vix sufficit omnibus negociis, ita nec varietas causarum patitur, ut apud unum eundemque tractentur, ob confusionem inde metuendam. Separatæ itaque sunt causæ pecuniariæ à causis justitiæ: & in his ipsis civiles à criminalibus; à sacris profanæ; à privatis publicæ: cuilibet suus locus, tempus ac personæ assignatæ, à quibus nec aliæ recipiuntur supplicationes, sed eò remittuntur, ad cujus expeditionem pertinent. *Non*

Non tenetur, nisi] Ita est: Exceptio fori declinatoria non sufficit in scriptis allegari, sed oportet utique reum comparere, ac nuncupativè desuper experiri: alioquin in expensas condemnatur: quòd si tamen obtineat postmodùm, cum refusione expensarum absolvitur. B. Carpz. *Process. T. 19. a. 2. per tot.* Non ergò venire debet Jurisdictionem citantis agniturus: agnovisse tamen videtur Exceptione hâc non statim oppositâ. Id. *ib. num. 7.* add. Geil. 1. *O. 45. num. 7. seqq.*

ubi quisque &c. rub. C. si à non comp. jud. citatus enim ab incompetente venire non tenetur, ∂ nisi ad incompetentiam allegandam. *l. ult. ff. de jurisd. l. 2. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 5. ff. de judic.*

D. STRUV. ∂ *v. D. XLVI. th. 5. p. 758. pr.*

Th. IIX.

Sicut; Ita] Sed quæ inter Forum & Judicem competentem differentia: an non unum idemque sunt? Nim. non sufficit locum elegisse, ubi vel habitat, contraxit, vel deliquit reus, nî & ibidem ex pluribus multoties residentibus adæquatus eligatur Judex. Cùm possit v. g. aliquis Viennæ habitare, sed Senatûs oppidani Jurisdictioni non confestim subjectus esse: vel causa taliter se habere, ut ad sacrum pertineat tribunal.

De quibus tractant] præprimis B. Carpzov. *Process. Tit. 3. per tot.*

Th. IIX.

Sicut Judex, ita & forum ε h. e. locus exercendarum litium *c. forus extr. de V. S.* competens esse debet *rubr. C. de jurisd. omn. jud. & for. comp. Tit. extr. de for. comp.* quod multis modis tale fit, de quibus copiosè tractant Processuum judiciariorum Scriptores peculiares, & Interpretes *in tit. ff. de judic. tit. Cod. de jurisd. omin. jud. & for. comp. tit. extr. eod.* Generalis autem regula hæc est, quòd Actor forum rei sequatur ζ *l. 2. & 5. C. de jurisd. omn. ind. l. ult. C. ubi in rem. act.*

ε *D. IX. th. 13.*

ζ *ib. th. 4. & 12.*

Th. IX.

D. Struv. Reus autem forum sortitur, vel ratione Domicilii, η l. 19. §. 1. & ult. ff. de judic. l. 2. C. de jurisd. omn. jud. i.e. ejus loci, in quo degit eo animô, ut ibi perpetuò subsistat, nisi quid avocet. θ l. 17. §. 13. l. 27. §. 2. ad municip. l. 7. C. de incol. vel Contractûs ι l. 3. ff. de reb. autor. judic. possid. l. 19. §. 1. l. 26. 28. pr. l. 45. ff. de iudic. l. 4. §. ult. ff. de edend. modò in loco contractûs reperiatur κ d. l. 19. ff. de judic. Gail. 2. obs. 36. n. 14. aut bona ibidem habeat, in quæ missio λ fieri possit arg. d. l. 19. §. 1. ff. de judic. l. 19. ff. de in jus voc. c. Romana §. contrahentes. de for. compet. in 6. vel Rei sitæ

η D. IX. th. 14.
θ ib. th. 20.
ι ib. th. 40. seqq.
κ ib. th. 42.
λ ib. vers. si tamen.

Th. IX.

Domicilii] Quid domicilium: quotuplex: quomodo constituatur, probetur, amittatur & mutetur? prolixè Dn. Struv. alleg. locc. B. Carpz. *d. l. art. 1.* Id solùm hîc notamus, Forum hoc semper generale & ordinarium esse, ac prædominari, vel certè concurrere cum aliis. Id. *p. 1. C. 29. d. 19. n. 2.* Dn. Struv. *IX. 35.* sive ibi reperiatur, sive non *d. T. 3. a. 1. n. 2.* add. sup. *D. IV. th. 6.* Sive agatur personali, quod indubium; sive reali, quæ competit ad res mobiles vindicandas actione. Carpz. *L. 1. R. 101.* In domicilio tamen originis, nec si ibi reperiatur, convenitur reus. Id. *d. a. 1. n. 61.* Vagabundus verò ubique rectè pulsatur. id. *ib. n. 63. seq.* & *L. 2. R. 25.* Dn. Struv. *IX. 37.* Cæterùm de concursu ob domicilium & rei situm conf. Vinn. *L. 1. sel. q. 18.*

Reperiatur] Ita quoque Bronch. *C. 1. enant. 73.* & in caussa quadam ex consilio Scabinorum Lipsiæ judicatum refert B. Carpz. *L. 2. R. 30.* Quorum sententia in secunda quoque instantia fuerit confirmata. Idem jure can. & moribus: diversum autem jure civ. Justinianeô obtinere, dicit Dn. Struv. *d. l.* atque allegatam ab Autore *l. 19. ff. h.* aliter interpretatur.

Rei sitæ] & quidem si sit immobilis, indubiè: de mobilibus dubitarunt Hugolinus & alii. Azo nil interesse putavit, quem hodie sequuntur. v. B. Carpz. *p. 3. C. 12. d. 13. L. 1. Resp. 101.* & Process. *T. 3.*

T. 3. art. 1. num. 41. seqq. & art. 3. num. 9. seqq.

Delicti] Reus causæ criminalis triplex sortitur forum. (1.) Domicilii: quod in civilibus generale est. (2.) deprehensionis: quia tanquam vagabundus ubique convenitur. (3.) Delicti perpetrati, & quidem non inchoati, sed consummati, quia in delictis qualitas potius patientis consideratur. *l. 43. de R. N.* Et hoc forum in criminalibus principalius est, ut absens quoque eò citari, contumax proscribi ac bannô feriri possit. Actoris tamen electio est, ac Præventioni quoque locus datur. v. B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 110. per tot.* & in Processf. *T. 3. a. 2.* ubi delicta & contractûs simul tractat. rationem vid. ap. eund. *p. 4. C. 19. d. 19. n. 4.*

Præventionis] quæ non tam noviter tribuit forum quod antè non fuit, quàm ex pluribus competentibus unum eligit & applicat, ex quo reus conventus, si aliò trahatur, exceptionem nancifscitur. Unde inter exceptiones quoque reposuit hoc argumentum B. Carpz. *Processf. T. 9. art. 3.* add. Id. ad *p. 1. C. VII. d. 20. seqq.* & in universum de hac materia *Ord. Processf. El. Sax. Tit. 6.* Bronch. *C. 1. enant. 69.*

Reconventionis] Neque hæc semper est modus forum noviter sortiendi. Aut enim reconventus eidem Judici aliàs est subjectus, & tunc potuisset etiam extra hunc casum eò trahi. Aut extraneus, & tunc quia fori incompetentiam allegare nequit, v. *l. 14. cum Auth. seq. C. de Sent. & interl.* concedimus, si tamen adsint sequentia: (1.) Judex causæ reconventionis alioquin sit competens: ut in Feudalibus & Ecclesiasticis. (2.) habeat Jurisdictionem ordinariam, vel ad instantiam ab ordinario delegatam. (3.) actor reconventus egerit propriô nomine & (4.) speciatim jure Sax. causæ sint connexæ: id quod Judex arbitratur. v. *Ord. Pro-*

sitæ μ *l. ult. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de poss. agi oport.* vel Delicti ν *l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* vel Præventionis seu judicii ξ cœpti *l. 30. ff. de judic.* vel Reconventionis o *l. 22. ff. judic.* vel Connexitatis seu cōtinentiæ caussæ, π quæ non est dividenda, *l. 3. l. 10. C. de judic. c. 2. de rescript. in 6.* Gail. 1. *obs. 32.* Mindan. *tr. de contin. caus. c. 2.*

D. Struv. μ *ib.* [*th. 49. j. th. 35. lin. 4. & th. 59. n. 1.* ν *th. 45. seqq. & D. IL. 12.* ξ *v. D. XLVI. th. 5. n. 2. 3.* o *v. D. IV. th. 59. v. legalis. IX. 68. vers. porro sciendum, XXI. 32. & XLVI. 21.* π *D. IX. th. 55.*

Process. *El. Sax. T. 6.* §. dieweil aber. B. Carpz. *Process. T. 6. art. 3.* Autor *sup. D. 2. th. 11.*

Connexitatis] dum vel plures sunt PERSONAE sub diversis degentes Jurisdictionibus conveniendæ, v. g. fratres, socii, tutores, cohæredes: vel diversæ CAUSÆ, quarum una est consequens alterius, ut, Possessionis & proprietatis. Vel RES in diversis territoriis sitæ; ut omnium proximus superior adeatur Judex: licèt illorum aliqui sint privilegiati. Ratio, quia Reip. lites contrahi & abbreviari interest. v. Carpz. *Proc. T. 3. 4. 5.* Aut. *infr. D. 22. th. 2. in f.*

Th. X.

D. STRUV.

Dantur nonnulli, qui non ex propria, sed aliorum persona forum sortiuntur, v. c. Uxor ϱ & Vidua Mariti *l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. pen. pr. ff. de jurisd. l. 65. ff. de judic.* Heres σ defuncti *l. 19. ff. de judic.* Defensor illius quem defendere vult aut tenetur *l. 43.* τ *ff. de judic.* Libertus υ patroni *l. 22. pr. ff. ad municip.* Servus φ domini *l. 1. C. ubi caus. stat. agi oport.* forum sequuntur, Gudelin. *de jur. noviss. lib. 4. c. 2. §. cùm quæstio. & §. caeterùm circ. fin.* nonnunquam & ex quantitate ejus, quod in judicium deducitur ac petitur, competentia fori æstimatur *l. pen.*

ϱ *D. IX. tb. 18. in f. & tb. 28.*
σ *conf. tb. 31. in f. cum tb. seq.*
τ *D. XIIX. tb. 69. obj. 1.*
υ *tb. 17. circa f. n. 3. & D. L. tb. 49. n. 2.*
φ *ib. tb. 30.*

Th. X.

Hæres] Adeò, ut licèt Fiscus non tam per modum dependentiæ & ordinariæ successionis; sed vi Jurisdictionis in bona vacantia succedat. v. *infr. D. XXV. th. 18.* nihilominus rem cum onere suscipiat, ibiq; ubi hereditas sita est, forum sortiatur. Jus tamen prælationis adversus juniores creditores, de quo *infr. D. XII. th. 24. num. 4.* utpote alienum ab hac materia, salvum retinet. Sunt enim diversa privilegia, & unum per alterum non amittitur *l. 6. pr. ff. de jur. fisc.* add. Pac. *C. 3. enant. 24.*

Defensor] v. Franzk. *L. 1. resol. 16. n. 58.*

Libertus] v. infr. *D. 25. th. 27. pr. verb. Manumissionem.*

Quantitate] Sic in prima instantia furta infra tres solidos ad Jurisdictionem inferiorem; ultra

D.STRUV.

ultra illos, ad superiorem spectant, ex *Ord. provinc. Sax. Gothan. p 2. c. 1. T. 10. pag. 103. inf. & p. 106. in m.* In Curia provinc. Jen. causæ infra 60. fl. in neutra instantia recipiuntur. *Ord. cap. 18. p. 38. inf.* In Camera Spirensi appellationes regulariter non admittuntur, si summa sit infra 50. fl. Rhenanos. *Ord. Cam. p. 2. T. 28. §. 4.* quæ summa in Comitiis Spir. 1570. extensa fuit ad 150. fl v. Geil. *1. O. 123.* Aut. *infr. XXV. 6. n. 1.*

pen. ff. de jurisd. tam in prima quàm secunda instantia, *vid.* Gail. 1. *obs.* 123. *num.* 1. Mynsing. *4. obs. 40. & 5. obs. 83.* Mindan. *de Proces. lib.* 1. *in fin.*

Th. XI.

Palatino] Quod quoad causas pecuniarias & civiles est indubium: quoniam autem verba aureæ bullæ generaliter & indefinitè concepta sunt: Von Sachen wegen deren Er angemuhtet wird: Ideò ad criminales quoque exautorationis & depositionis extendunt; sub illo tamen temperamento, ut totius Collegii ea sit cognitio, cui Palatinus tanquam è Laicis supremus præsideat. Arum. *ad A. B. Discurs. III. th. 45.* Wurms. *Ex. IX. q. 74. seq.* Limn. *L. 2. c. 11. n. 23. & L. 3. c. 9. n. 23. seqq.* Mogunti-

Th. XI.

Præter forum competens ex jure communi, de quo modò dictum, datur etiam aliquod ex jure singulari χ constitutum, quale est Imperatoris coram Comite Palatino *Aur. Bul. tit. 5.* Electorum, Principum & reliquorum Statuum Imperii Romano-Germanici, quoad primam instantiam, ψ coram Judicibus ordinationis, quos vocant Austregas, ω de quibus *vid. Ordin. Cam. part. 2. c. 3. 4. 5. & 6.* Bocer. *cl. 6. disp. 2. th. 72. & seqq.* Clericorum, *a* qui non solùm in spiritualibus, sed etiam cæteris civilibus & criminalibus coram judice Ecclesiastico sunt conveniendi *Nov. 83. Nov. 123. c. 21. Auth. Statuimus. C. de Episc. & Cler. c. 12. extr. de for. compet. c. 10. extr. de judic.*

χ *v. D. IX. th. 57.*

ψ *conf. th. 15. vers. jus enim.*

ω *th. 59. n. 6.*

a v. th. 49. inf. & th. 59. n. 1.

D. STRUV. Viduarum, Pupillorum & aliarum miserabilium personarum, quibus potestas est ad Principis tribunal revocare, *b l. un. C. quand. Imp. int. pupil. & vid.* Scholarium *c per Auth. Habita. C. ne fil. pro patre.* Militum *d l. 6. C. de jurisd. l. 1. & 2. C. de off. Mag. mil.* Præter personas, etiam Caussæ quædam, ut Spirituales *e* & Ecclesiasticæ *l. 6. C. de SS. Eccles. Nov. 40. pr. c. 3. extr. de judic. c. 3. extr. de ord. cognit. f* Fiscales *l. 5. C. ubi caus. fiscal.* Feudales *g 2. F. 55. §. ult. 2. F. 46. 1. F. 10. 18. 21. §. ult. Ordin. Cam. p. 2. tit. 7.* peculiares suos Judices ex privilegio quodam habent.

b ib. m. pr.
c ib. n. 2.
d ib. n. 3.
e ib. 57. n. 1.
f ib. 58. n. 3.
g ib. n. 1. & S. F. cap. ult. aph. 4.

guntinus autem tanquam Decanus sententiam pronunciet: quod in causa Wenceslai Imp. factum sit.

Ordinationis] duum sunt generum (1.) Speciales: quos nonnullæ familiæ & corpora sibi ipsis peculiares constituerunt, Conventionales dictos: Stamm-Austräge / gewillkührte / besondere Austr. quales familiæ Saxonica, Hassiaca, Aliæ habent. v. Limn. *J. P. L. 5. c. 15. n. 4. p. 345. & eod. L. 5. c. 8. n. 6. p. 216.* (2.) qui ex generali dispositione imperialium decretorum pendent; Ordinatione videl. Cam. Imp. unde & Autor Ordinationis vocat Judices. v. Limn. *L. 9. c. 5. per tot.*

Clericorum] v. *Ord. Cur. prov. Jen. c. 17. p. 35. pr.* B. Carpz. *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 10. & L. 3. d. 3. 5. 7.* Mœv. *ad Jus Lub. Qu. prælim. 3. n. 3. seqq.*

Viduarum &c.] Carpz. *Process. T. 3. a. 6. & L. 2. R. 19.* Autor *sup. D. IV. th. 3. pr.* Joh. à Sande *L. 1. T. 1. d. 2.*

Scholarium] Carpz. *d. T. 3. a. 6. §. 5. & Jurisprud. Consist. L. 3. d. 12.*

Spirituales] ac mixtæ, sc. matrimoniales. v. B. Carpzov. *L. 3. Jurisprud. Consist. d. 1.* add. Id. *in Process. Tit. 3. art. 4* Autor *sup. Diss. II. th. 9. num. 4.* Wurmser. *Ex. jur. publ. V. quæst. 25.*

Th. XII.

Th. XII.

Sive ordinarius] Bulgarus cum sequacibus secus existimat (1.) propter *d. l. 16. pr. C. de Judic.* ubi tantùm Delegatus Judex nominatur. ℞. Posito uno, non confestim negatur alterum: lex loquitur exemplificativè, non determinativè: quod aliàs legibus Codicis frequens est, dum de certo casu consulti fuerunt Imperatores. Nec tam de subjecto, quàm adjuncto respondet Justinianus: sive, non cui, sed quando exceptio opponenda. (2.) *Auth. Si verò. post d. l. 16.* quæ ex *N. 86. c. 2.* desumpta; ubi non removeri Judex, sed alius ipsi adjungi jubetur. ℞. datur ibi solùm consilium, quòd expediat litigantibus ad reductionem sumptuum v. B. Carpz. *Proc. T. 3. a. 4. n. 84.* Hillig. *D. E. XVII. 25.* Q.

Th. XII.

D. STRUV.

Non competentem solùm, sed & minimè suspectum *h* oportet esse Judicem. Quòd si enim suspectus est, h. e. talis, de quo metus esse queat, eum vel imperitiâ, vel corrupti *i* animi vitió aliter, quàm decet, judicaturum esse, recusari potest *l. 16. C. de judic.* sive delegatus sit, sive ordinarius, *k* tam de jure civili *l. 9. in f. pr. ff. de liber. caus. d. l. 16. C. de judic. l. 4. C. de jurisd. l. 10. ff. eod.* Donel. *17. comm. 21. in Princ.* quàm Canonicô *c. suspicionis. 39. extr. de off. & pot. jud. deleg. c. cùm speciali. 61. extr. de appell.* & regulariter quidem ante *l* L. C. *l. 12. l. 16. C. de judic. l. ult. C. de sent. & interlocut. Novel. 96. c. 2. c. ult. 3. q. 5. c. inter monasterium 20. extr. de sent. & re jud.* si verò nova suspicionis caussa, quæ initiò latebat, emerserit ac supervenerit, etiam post *m* L. C. *l. 17. ff. de judic.* Cujac. *9. obs. 23.* Rittershus. *in ex. pos. Novell. p. 9. c. 6. n. 105. & seq.* ubi & alia ad hanc materiam pertinentia videre licet.

h D. IX. th. 10. pr.

i ib. th. 11. n. 4.

k ib. vers. ob hasce.

l ib. circa f. j. D. XLVI. th. 7.

m d th. 7. 7. vers. sunt quoque.

Ante L. C.] Ratio, quia exceptio hæc est dilatoria. *D. XXII. th. 2.* at verò eas ante L. C. opponi oportet. *ibid. th. 11.*

sic præmunit se, quòd contradictionis argui possit, quando *D. XVI. th. 12.* dicturus est: Præteritionem reddere testamentum ipso jure nullum. Istud sc. de præteritione patris, qui in potestate habet, exaudiendum. Matris enim, & eorum, qui in potestate non habent, præteritio exheredationi exæquatur, cum eaque in *N. 115. c. 3.* conjungitur. v. Franzk. *Ex. VI. qu. 3.*

Parentibus] v. B. Carpz. *p. 3. C. 1. d. 9. n. 2.* & *C. 12. d. 1. n. 6.* Autor. *infr. D. XVI. th. 17. pr.*

Si turpes] *d. D. 16. th. 17. in m.*

Præparata] Ita Autor allegatam *l. 6. ff.* cum *l. 34. C.* conciliat: alii aliter: quasi *d. l. 6.* contineatur *Regula*, Tam ad suos quàm extraneos non nisi præparatam transmitti querelam. In *d. l. 34.* verò *Exceptio*: Quando inique exheredatus antè moriatur quàm scriptus heres adeat: (Eô enim tempore nondum ipsi aliquod Jus natum, E. nec negligi aut præscriptione tolli potuit;) Tunc æque ad suos & extraneos transmittat. Donell. Hillig. & quos cum ipsis alios allegat Dn. Struv. Nec opus itaque inter Jus vetus, in *l. 6. ff.* & Novum, in *l. 34. C.* distinguere. v. Hahn. *Wes. b. n. 8. p. m. 380.*

qui immeritò & non justis de caussis *r* sunt exheredati vel præteriti (eâ scil. præteritione, quæ pro exheredatione habetur *s* *l. 5. §. 1. ff. de inoff. test. l. 15. C. eod.*) putà liberis, *t* tam nascituris seu posthumis, *l. 4. in f. C. de lib. præter.* quàm natis, nec non parentibus *u* *l. 1. l. 30. ff. l. 28. C. prin. & §. 1. Inst. de inoff. test.* Item fratribus ac sororibus, si turpes personæ heredes scriptæ sint. *x* *§. 1. Inst. l. 1. ff. l. 21. & l. 27. C. de inoff. testam.* quin & eorum omnium successoribus, *y* & suis quidem heredibus indistinctè *l. 34. C. eod.* extraneis *z* verò non aliter quàm si cœpta aut præparata à defuncto fuerit querela *l. 5. l. 6. §. ult. l. 7. eod.* Wesemb. *par. ff. de inoff. testam. num. 8.*

D. Struv.
r v. D. XXXII. th. 32. seqq.
s conf. th. 26. p. 224. n. 2.
t D. X. th. 16.
u ib. th. 8. & 17.
x ib. th. 18.
y ib. th. 19.
z ib. 29. n. 3.

Th. XV.

D.Struv. *α v. D. XXXII. th. 32.* *β v. D. X. th. 15.*

Etsi circa querelam inofficiosi multa correxit *α* Justinianus & innovavit, ejus tamen non minor hodie, quàm olim, est usus; adeoque licèt exheredationi nulla, *β* vel non justa caussa adjecta fuerit, tamen testamentum, secus quàm vulgò erratur, non est ipso jure nullum, sed per querelam hanc evacuari & rescindi debet; quod tum ex intentione Justiniani *in Novell.* 115. *c.* 3. 4. 5. tum ex ipsis Novellæ verbis *in c.* 3. §. *sive igitur omnes. & in c.* 4. §. 9. abundè probatur. Vigl. *ad rubr. Inst. de inoff. test. num.* 4. & 5. Fachin. 4. *contro.* 9. Donel. 19. *com.* 4. Franzk. *exerc. Justin.* 6. *q.* 4. Anton. Matth. *disp. pand.* 12. *th.* 7. & 8.

Th. XV.

Non est ipso jure nullum.] Illud enim quod Justinianus jure novô ad exheredationem requirit, non est forma essentialis quæ dat esse rei; sed externa, f. Modus: quem, qui non observat, non illicò facit actum ipso jure nullum; sed duntaxat invalidum, ut possit ex postfacto rescindi. Quando ergò *opponitur* h. m. Omnis exheredatio non rite facta, habetur pro præteritione, facitque testam. ipso jure nullum. *l.* 8. §. 2. *ff. de Bon. poss. contr. tabb.* Atqui, Exheredatio non facta juxta formam *in N.* 115. *c.* 3. præscriptam, h. e. absque expressione causarum, est non rite facta. E. Rᵪ. dictam *l.* 8. atque propositionem argumenti de interna & essentiali exheredationis forma loqui, secundùm quam oportet filium nominatim, non inter cœteros exheredari, à tota hereditate, omnibusque gradibus. Assumptum verò de tali forma, quæ modus potius, externa sc. & accidentalis forma est: de qua nuspiam apparet, quòd ipsius omissio actum ipso jure annullet. Imò contrarium: quia Justinianus expressè sancit, ut testamentum possit evacuari, rescindi, everti, ἀκυροῦσθαι, ἀνατρέπεσθαι, ut græca habent, per querelam scil. quæ utique validitatem præsupponit. Dn. Strauch. *D. IX. th.* 39. add. Franzk. *E. VI. qu.* 4. & quos alios tanquam dissentientes allegat Dn. Struv.

Th. XVI.

Hoc colore] Priscis temporibus nullâ lege de hac re cautum fuit, JCti ergò excogitatâ hac cautelâ exheredatis subvenerunt, quæ tandem in mores abiit. *th. 13. b.* Postquàm verò expressa nunc Justiniani sanctio adest, missô colore, in ipsa lege fundamentum agendi potest poni.

Jure novô conserventur] Sed à quonam? Sublatô sanè principali tollitur accessorium. Ungeb. *Ex. 8. qu. 8.* ait, Jure veteri quidem legata & alia in testamentis, pependisse ab heredis institutione, hodie verò ex legis autoritate. *Mihi videtur*, totam institutionem non tolli, sed exemptô solùm subjectô, extraneô sc. herede perperam institutô, aliud surrogari: planè ut maxillæ dens putridus eximitur, repositô alio, salvâ maxillâ. Id apud Interpp. adhuc *controvertitur*: *Utrum* testamentô etiam ob Patris præteritionem annullatô legata subsistant? quod Negat Autor *infr. D. XVI. th.* 12. cui add. Alciat. *4. Parerg. 9.* A. Fab. *Cod. Sabaud. L. 6. T. 9. d. 1. n. 6. 7. 8.* it. *XX. Err. 4.* it. *IX. Conject. 14.* Franzk. *E. 6. q. 3.* ibique Fiebig. ubi octo Besselii argumentis respondent. sc. quia verbum Præterire, quod in *d. N. 115. c. 3.* reperitur, ad matrem sit referendum. Contraria interpretatio vel ipsi Electori Sax. placuisse creditur, *p. 3. C. 9.* ubi Carpz. *d. 3.* cui secundas agere videntur Fachin. *L. X. c. 70.* Geil. *2. O. 113.* Donell. *VI. 13. IIX. 17.* & *XIX. 6.* & *ad Auth. Ex causa. n. 7. & 8.*

Th. XVI.

Finis γ querelæ est, ut rescissô sub hoc colore, q. testator non fuisset sanæ mentis *pr. Inst. l. 2. l. 5. §. 1. l. 13. ff. de inoff. test.* testamentô (ita tamen ut legata δ & libertates de jure novo conserventur, *Novel. 115. c. 3. in fin. & c. 4. in fin. Auth. ex causâ. C. de liber. præter.*) exheredatus hereditatem ab intestato ε consequatur. *l. 6. §. 1. l. 8. §. pen. l. 11. in fin. l. 17. l. 19. ff. de inoff. testam. d. Novel. 115. c. 3. & 4. in fin.*

γ D. Struv. *conf. th. 3. & 21.*

δ *ib. th. 22.*

ε *ib. th. 4. circa f.*

Th. XVII.

Th. XVII.

D. STRUV. ζ D. X. th. 29. η ib. th. 30. θ ib. th. 31. ι d. th. 29. n. 2. & D. XLVI. 28. n. 15. κ D. X. th. 31. in f. λ conf. th. 29. n. 3. μ ib. n. 1.

Cessat querela inofficiosi tam aliis modis, ζ tum imprimis, si legitima titulô institutionis, η *Novel.* 115. *c.* 3. & *c.* 5. *in princ.* vel tota *l.* 8. §. 8. *ff. de inoff. testam.* §. 6. *Inst. eod.* vel ejus pars θ exheredato relicta sit §. 3. *Inst. d. t. l.* 30. *C. eod.* quô posteriori casu ad supplementum agere potest condictione ex constitutione Justiniani, quæ est *in l.* 30. *C. de inoff. test. d. Novell.* 115. *c.* 5. §. *sed hæc ita.* eaque condictio non, uti querela, taciturnitate quinquennii ι exstinguitur, sed est perpetua κ *l.* 3. *C. de præscript.* 30. *ann.* & non præparata à defuncto transit ad heredem, λ neque exstinguitur agnitione ejus quod testamentô est relictum μ *l.* 35. §. 2. *C. de inofficios. Testam.* vid. Gail. 2. *obs.* 220. Mynsing. 1. *obs.* 36.

Th. XVII.

Titulô institutionis] Quod itidem prælaudato Saxoni Legislatori arrisit, quando *d. l.* 5. sanxit: Wenn die gebührliche legitima titulô honorabili nicht verlassen/ noch Sie (sc. quibus debetur) darinnen als Erben eingesetzt worden / daß ein solch Testament nichtig sey. Inde Practici titulum universalem præcisè requirunt: B. Carpz. *ib. d. l. add.* Dn. Richter *Decis.* 40. *n.* 5. Sed enim, invitô, ut videtur, Justinianô. *Credebant* nim. isto tempore *Parentes*, ad excludendam inofficiosi querelam sufficere, si tantum liberis reliquerint, quantum legitima efficeret; adeoque datâ liberis legitimâ illos nihilominus exheredabant. *Negat id Justinianus*, atque ut, si indignos titulô hereditatis æstimarent, ne hilô quidem datô exheredarent: Sin dignos, ne legitimâ quidem datâ exheredarent; sed utrumque, & legitimam & hereditatis titulum tribuerent, Sancit in *d. N.* 115. *c.* 3. Exin per fallaciam quandam Dd. plus conclusioni inseruerunt, quàm fuit in præmissis, statuentes: In ipsa legitima filios instituendos, s. legitimam institutionis titulô dandam. *Vtrùm*, nil minus sequitur, quàm: Exheredatio, relictâ legitimâ, non

non tollit querelam: E. solùm Institutio in legitima tollet eam: hoc enim duntaxat colligitur: E. Institutio, relictâ legitimâ, eam tollet. v. Dn. Strauch. *Ex. 4. ad 50. decis. c. 4. n. 3. seqq.* Franzk. *E. VI. q. 5.* Riemer. *Dec. VI. q. 5.* Gerhard. *IIX. 8.* Ungeb. *IIX. 13.* Bronch. *C. 1. misc. q. 35.* Fachin. *L. 4. c. 25.*

Exheredato] Imò non licet amplius datâ legitimâ exheredare. Putarem itaque legendum in genere Liberis.

Perpetua] v. Fachin. *L. XII. c. 9.*

Tit. III. de Petitione hereditatis. Tit. IV. Si pars hereditatis petatur.

Th. XIIX.

In rem] Si originem ipsius respicias; quia per eam vindicare dicimur, *l. 1. l. 19. §. 1. h. t. l. 13. l. 9. C. eod.* Mixta tamen esse, nec longi temporis præscriptione, ut aliæ reales, tolli, in *l. 7. C. h. t.* dicitur; quia per accidens interdum fit, ut ipsi præstationes quoque personales insint. *l. 25. l. 18. h. t.* v. g. pretiorum quæ possessor vel ex fructibus distractis vel consumptis percepit, vel à debitoribus hereditariis exegit. Propriè tamen & perfectè mixta non videtur, quia negociorum illa gestio per accidens accedit. In quo à veris mixtis differt; ut in quibus ex ipsa aditione hereditatis, vel susceptione rei communis, quasi obligatio ad dividendum oritur. v. Franzk. *Comm. ff. h. n. 2. 3.* Diss. Hahn. *Wes. h. n. 7.* conf. Fachin. *XI. 62.*

Bona fidei] Atque eò quoque verba Papiniani: bonæ fidei judicio constituto, in *l. 42. de Mort. caus. don.* trahunt. Idem Paulus in *l. 38. h. t.* sensisse creditur. Cùm

Th. XIIX.

Petitio hereditatis specialiter dicta, ν est actio in rem *l. 8. l. 19. §. 1. ff. de petit. hered. l. 12. §. 1. l. 9. C. eod.* universalis ξ (tam ratione objecti *l. 62. ff. de R. J.* quàm jure agentis *l. 10. ff. de petit. hered.*) competens heredi, ο quâ is contra eum, π qui pro herede vel pro possessore possidet *l. 9. l. 11. pr. & §. ult. ff. eod.* se heredem declarari, & proinde hereditatem ab eodem sibi resti-

D.Strauv.
ν *D. X. th. 1. in m.*
ξ *ib. th. 41.*
ο *ib. th. 46.*
π *ib. th. 47.*

D. Strauv. *ς ib. th. 52.* *σ ib. th. 45. in f.*

restitui petit. ς Fuit hæc semper bonæ fidei, σ & talis ab Imp. *in* §. 28. *Inst. de act.* est declarata.

Cùm verò alii in contrarium moverentur, eò quòd actio hæc esset realis; mutuas non produceret obligationes; nec possessor heredis negotia gerat; ideò Justinianus, non tamen animô novum quid constituendi, ut quidem docet Cujac. *3. O. 7. & 17. O. 4.* sed decidendi, priorem sententiam approbavit; eò quòd propè ad negotiorum gestorum naturam actus hic accedat, propter mutuas præstationes. v. Hillig. *D. E. XIX. 14. B.*

Th. XIX.

τ d. th. 46. *ȷ. th. 78.* *υ ib. th. 70. seqq.* *φ d. th. 47.* *χ conf. D. XLV. th. 16. in f.* *ψ D. X. th. 48. n. 1.*

Competit hæc actio Heredi τ. cuicunque *l.* 1. 2. *& 3. ff. de petit. hered.* sive ex asse heres sit, sive ex parte υ *l. 10. §. 1. eod. l. 1. princ. & §. 1. & t. t. si pars hered. pet.* etiam ejus successori, seu heredis heredi *l. 3. ff. de hered. petit. l. ult. C. de hered. instit. l. 14. C. de usufr. l. 70. pr. & l. 194. ff. de R. J.* adversus eum, qui pro herede φ vel pro possessore possidet, aut totam hereditatem aut partem ejus minimam *l. 9. & 10. ff. de petit. hered. l.* 11. *12. & 13. eod.* Datur item adversus debitores χ hereditarios *l. 13. §. fin. l. 14. ff. eod.* & eum qui dolô desiit possidere ψ *l. 13. § 14. ff. eod.*

Th. XIX.

Debitores] quia sunt quasi juris possessores, detinent enim jus debiti. v. B. Hahn. *Wes. h. n. 10.* Imò verò, personalibus, iisque particularibus possunt ac debent conveniri actionibus, oriundis sc. ex his quos inierunt contractibus. Nim. procedit hoc, si titulum illum non inficientur: quòd si negent, commodius est heredi, nostrâ hâc periculum facere, & explorare quasi, quid acturi sint.

Dolô desiit] Dolus pro possessione est. *th. 23. h. D. IV. th. 28. & XXI. 21. post med.*

Titulô singulari] In omni actione contradictio quædam atque jura incompatibilia debent esse: si enim subordinata proferant, aut de diversis loquantur juribus, seinvicem non elident, nec Judex unum absolvere alterum condemnare posset.

possiet. Perinde uti stellæ, quia distinctis volvuntur sphæris, non colliduntur: Ita, qui adversario se non opponit in eodem statu, aërem ferit. Hinc est, quòd adversꝰ eum, qui pro donato vel empto, & sic dominii jure possidet, frustra petitio instituitur hereditatis: quia possessor salvô suô jure actori quoque jus suum concedere potest: sive, actor per hoc non vincit, jus hereditarium probando, quia reus id concedet, nec tamen succumbet, quia verus Dominus potentius jus habet aliis omnibus. v. *Vinn. L. 1. sel. qu. 23.* B. Hahn. *Wes. n. 10. h. p. m. 389.* conf. Fachin. *L. 11. c. 4.* Bronch. *C. 1. misc. q. 37.*

eod. l. 25. §. 8. eod. & l. 150. ff. de R. J. imò etiam illum, qui se liti saltem obtulit *u* *l. 13. §. 13. & l. 45. ff. de petit. hered.* Contra eum autem, qui non ex successione defuncti, sed titulô quodam singulari * res hereditarias possidet, actio hæc frustra intentatur *l. 7. Cod. d. t. l. pen. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.* Utilis tamen competit adversus eum, qui vel totam vel partem hereditatis à non vero herede emit † *l. 13. §. 4. & 8. ff. de petit. hered.*

D. Struv.
u ib. n. 5.
* *ib. th. 49. j. th. 68. n. 1.*
† *ib. th. 50.*

Th. XX.

Exceptis servitutibꝰ] Agitur in *h. n. th.* de Objecto petitionis hereditatis, ac negatur quadrare eam ad servitutes defuncto debitas. Personales enim testatoris morte sunt extinctæ; vid. *D. VI. th. 10.* adeoque ad heredem non transmissæ ab eodem nullatenus vindicandæ. Nisi Operas servorum excipias *l. 2. ff. de Usufr. leg.* quæ

Th. XX.

Petuntur hac actione res hæreditariæ *a* omnes, non solùm quæ tempore mortis ejus, de cujus hereditate lis est, quocunque modô, vel dominii, vel possessionis vel defensionis jure fuerunt, *l. 9. pr. §. 1. & 2. l. 54. §. 1. ff. de petit. hered.* Sive corpora sint, sive jura *l. 18. §. ult. l. 13. §. ult. ff. eod.* (exceptis tamen servitutibus *b* *l. 19. §. ult. eod.*) sed etiam illæ, quæ post mortem hereditati, quæ vicem & personam defuncti sustinet, *l. 34. de A. R. D.* *l. 15.*

a D. X. th. 53. n. 1.
b ib. p. 377. lin. pen.

D. Struv. *l. 15. in fin. pr. ff. de Usucap. pr. Inst. de stipul. serv.* §. 2. *Inst. de hered. instit.* sunt quæsitæ *c* *l. 20.* §. 3. *de pet. hered.* unà cum pretio ex rerum venditione redacto, *l. 16.* §. 1. *l. 20.* §. 17. *l. 25.* §. 18. *d. t.* & pecunia à debitoribus hereditariis exacta. *d* *l. 16.* §. 1. *d. l. 25.* §. 18. *eod.* nec non fructibus tam naturalib9 quàm civilibus *l. 25.* §. *ult. & 4. ll. seqq. ff. eod. l. 12. sub fin. C. eod.* Salvâ tamen deductione impensarum, *e* & distinctione inter b. & m. fid. possessorem *f* utrobique observatâ. *l. 28. l. 25.* §. *4. & seqq. l. 27.* §. *ult. l. 36.* §. *ult. & ll. 3. seqq. eod.*

c ib. n. 2. *d ib. n. 3.* *e ib. th. 61.* *f ib. th. 54.*

quæ non morte dominantis, sed ipsius demum servi finiuntur. aut illum usumfr. qui ex speciali conventione in heredem conceptus est. *l f. C. de Usufr. l. 5. pr. quib. m. usufr. amitt.* v. *d. D. VI. th. 10.* Reales autem, cùm in sola patientia Domini fundi servientis consistant, ac restitutô fundô dominante in isto exerceantur, nihil eô nomine præstari potest; sed, si fortè non patiatur v. g. ire, agere, &c. vicinus, vel etiam is, qui possidet hereditatem, hoc non pertinet ad petitionem hereditatis, cùm non fiat ab eo ut possessore hereditatis; propriâ actione, sc. confessoriâ conveniendus est. *l. 19.* §. *f. h.* v. Hillig. *D. E. XIX. 13. I. K.*

Fructibus] de his Autor *th. 24.* conjunctim aget, quantum ad utrumque judicium attinet.

Impensarum.] pariter quid in utroque judicio obtineat, Autor ad *th. 26.* reservavit.

Lib. VI. Tit. I. de Rei vindicatione.

Th. XXI.

Actionibus in rem Universalibus succedit Rei *g* Vindicatio, quæ est actio in rem *h* singularis, competens Domino *i* contra pos-

g v. D. XI. th. 1. *h ib. th. 2.* *i ib. th. 5.*

Th. XXI.

Rei vindicatio]. Petitio, Vindicatio, omnium in rem actionum prædicata communia sunt, quia æquè pignus, servitus, hereditas vindicatur, atque dominium si proprietas. Nusquam tamen.

tamen ipsum corpus, quàm in rei vindicatione, magis directò intenditur; in aliis enim aliæ jura & affectiones prætenduntur: illa E. quâ dominium est causa agendi, Rei vindicatio dicitur.

Rei corporalis] Res enim incorporales & jura omnia, licèt singularia, confessoriâ; sola Libertas negatoriâ actione vindicatur.

Dominum se declarari] Est cuilibet actioni suus stylus proprius ac formula peculiaris, ab Advocatis cautè observanda, ne actiones confundant, & vel in realibus deberi, vel in personalibus suum esse petant. Noster hic, quia dominum se dixit, reus negavit, aliud nil agit, quàm ut Judici assertum suum probet, consequ. Judicem roget, ut reo in faciem dicat, declaretve, Actorem talem qualem se dixit, esse. conf. §. 14. *I. de Act.*

Potius ad rem] Enimverò, quicunque agit, personam ream habeat oportet; sed in personali immediatè eandem petit ac quasi selegit. In realibus patitur potius eam sibi obtrudi, dum possessor protectionem rei ab actore petitæ in se suscepit.

possessorem rei cujusdam D.Struv.
corporalis, *k* per quam *k ib. th. 9.*
dominum se rei controversæ declarari, eamque sibi officiô Judicis cum omni caussa restitui petit.
Definitur per actionem in rem, *l* quia competit ad- *l conf. D.*
versus illum, qui nullô jure *XLVI. th.*
nobis obligatus est, saltem *62. seq.*
quòd rem nostram possideat; ut potiùs respectum ad rem ipsam quàm ad personam habere videatur §. 1. *Inst. de Act.*

Th. XXII.

Causa rei &c.] de his actionum causis seu fundamentis actum *sup.* D. 2. *th. 19.*

Dominium] de quo vid. *infr.* D. XX. *th. 1. ad 15.*

Probandum] Quia dominia ex possessione orta creduntur, præsumitur tamdiu pro pos-

Th. XXII

Caussa *m* Rei vindica- *m D. XI.*
tionis ex parte Actoris, est *th. 3.*
Dominium *n d. l 25. pr. ff.* *n ib. th. 4.*
de O. & A. l. 18. ff. de usur.
Non autem allegâsse dominium sufficit, sed insimul *o ib. th. 14.*
est probandum, *o* aliàs *j. D. XLII.*
reus, *th. 23. inf.*

D. Struv. reus, & si nihil fecerit, absolvitur *l. 4. C. de edend.* & in eo non leve commodum possessionis versatur. §. 4. *Inst. de interdict.* quæ probatio, quia difficilis & periculosa est (cujus caussas adfert Hillig. *ad* Donel. *lib. 20. c. 2. lit. R. & S.*) duæ cautiones pro ea evitanda sunt proditæ, ut acturus vel Interdictô ad possessionem impetrandam, *p l. 24. ff. de R. V.* §. 4. *Inst. de interd.* vel interdictô destitutus Publicianâ, de quâ *q* paullò pòst, experiatur. Donell. *20. comm. 2. in fin.*

p conf. D. XLII. *th. 8. p. 691. n. 2.*

q D. XI. th. 28.

possessore, donec petitor probet contrarium. *d.* D. XX. *th. 24.* v. B. Carpz. L. *1. Resp. 76. seq.* quod onus sibi, agendo, imposuit. v. *D. XIII. th.* 15. & 17. Et quidem non sufficit in præteritum probare, fuisse dominium nostrum, sed requiritur de præsenti, esse adhuc, B. Carpz. *p. 1. C. 16. d. 24.* Quòd si possessor titulum à me & dependentiam habeat, v. g. depositi, commodati, & sim, adeoque nudus potius detentor sit, non reali hâc, sed personali, depositi, commodati agam. Nisi titulum inficietur, suôque se nomine asserat se possidere: injustè enim possidet quidem, sed reverâ tamen v. Hillig. *D. E. XX. 2. P.*

Commodum possessionis] de quibus possessionis beatitudinibus vid. *infr. d. D. XX. th. 24.*

Periculosa] Quia dominium solô intellectu & judiciô percipitur, nec sensûs incurrit corporeos. Nam, etsi modis Juris-gent. aliquid, v. g. occupatione sit quæsitum, raro tamen testes interveniunt, nec instrumenta desuper conficiuntur: confecta etiam corrumpi possunt. Imò, illa de titulo quidem docent, ad ipsum verò dominium traditio & possessio requiruntur.

Interdicto] de quibus vid. *infr. XXI. th. 21. seqq.*

Paullò pòst] Nim. *th. ult. hic.*

Th. XXIII.

Præter Dominium Actoris ad fundandam hanc actionem

Th. XXIII.

Requiritur possessio] Actor enim restitutionem urget; quæ fieri nequit ab eo, qui non habet in potestate.

Nudus detentator] Ea inter verum pos-

nem ex parte Rei requiritur Possessio, *r* quæ tamen non propriè & strictè, sed latiùs accipi debet, ut per possessorem etiam nudus detentator *s* *l. 9. ff. de R. V.* item qui dolô *t* desiit possidere *l. 27. §. 3. l. 36. pr. l. 69. ff. h. t.* nec non qui liti sponte sese obtulit, *u* eamque secum contestari passus est *l. 25. ff. eod.* intelligatur. Nec refert, *x* num litis contestatæ tempore, an eo quô judicatur, reus possideat, quò minùs omnimodò condemnetur *l. 27. §. 1. ff. eod.*

D. Struv. *r* D. XI. *tb. 14. j. tb. 11.* *s conf. D. XLII. tb. 2. n. 2.* *t* D. XLI. *tb. 12. n. 8.* *u ib. n. 2.* *x ib. tb. 19.*

possessorem ac nudum detentorem est differentia, quòd hic materialiter quidem rei incumbat, eam penes se habeat, non tamen animô sibi habendi. Detentio quippe est genus possessionis; ita ut quicunque possidet, detineat quidem, non contrà Detentor possideat. vid. *infr.* D. *XX. tb. 16.* Sed enim, non liberat ab hac actione Reum, si dicat, se detinere; Nisi possessorem, Autorem suum laudet. conf. Bronch. *C. qu. I. 75.*

Dolô desiit] Atqui jure possessoris usus, res transtulit. E. nihil ipsi imputandum. Maximè, quòd & heredes ipsius judicantur impunes, in *l. 52. ff. de R. V.* nec in rem actione conveniuntur; id quod alienationis firmitatem arguit: Quâ de causa etiam Prætor ad proponendum edictum de Al. jud. mut. caus. fact. motus fuisse videtur. *Verùm* Dolus vitiat illa possessionis jura secutamque alienationem; ac possessionem semper repræsentat. De Heredibus autem diversa est causa, quia dolus ad eos non transit: Fictio enim quâ dolus pro possessione est, stricti est juris, nec fraudatoris personam egreditur. Quapropter etiam heredes illi in factum solùm conveniuntur, ad præstandum id in quo facti sunt locupletiores. v. Bach. *Tr. v. 1. D. 11. tb. 18. B. p. m. 451.* Secus est, si latâ culpâ alienavit. Dn. Struv. *XI. 12. & 27. it. XVII. 66.*

Sese obtulit] Qualis esse potest, quisquis actori fucum facit, veri Rei ac possessoris liberandi gratiâ. Hactenus enim possessorem se mentitur, donec actor verum reum dimiserit; de se ipso securus, quum frustra damnetur qui non possidet; neque ea sententia

tentia vero possessori præjudicat, utpote inter alios lata. Pœna itaque doli, judicii frustrati, temerarii litigii, sumptuum causatorum est, ut ipse teneatur. Verum tamen possessorem nominando liberabitur; sicut & ille adhuc conveniri potest, hôc quantumvis damnatô: quilibet enim ob factum proprium tenetur: Ille, ob veram possessionem; hic ob prætensam. v. Dn. Struv. *th. 9. in f. & th. 12. in f.*

Th. XXV.

D. Struv.

Hâc actione persequimur rem, cùm sit rei persecutoria *y* §. 17. *Inst. de act.* & quidem certam, quæ specialiter designari *z* debet *l. 6. pr. de R. V.* unà cum ejus fructibus & omni caussa *a* *l.* 17. §. 1. *l. 20. l. 68. ff. de R. V.* Circa fructuum restitutionem vel acquisitionem distinguendum est inter ipsos fructûs, & inter bonæ ac malæ fidei possessorem. Bonæ fidei possessor omnes omninò fructûs, tam naturales *β* quàm industriales percipiendo suos facit §. *36. Inst. de R. D. l. 48. ff. de A. R. D. l. 136. ff. de R. J. & l. 25. pr. & §. 1. ff. de usur.* ubi ratio: sed tamen ante consumptionem *γ* revocabiliter *d. l. 48. ibi: interim. ff. de A. R. D. l. 4.* §. 2.

y conf. D. XLVI. th. 69.
z D. XI. th. 15.
a ib. th. 17.
β ib. th. 21.
γ ib. th. 22 vers. Illos verò.

Th. XXIV.

Certam] Aut enim incertam peteret; & nihil ageret, cùm ipsemet quid vellet, nesciret. Aut generaliter ageret; & malè secum ipsemet ageret, quia condemnatus hôc judiciô, quamcunque posteà specialem rem peteret, rei judicatæ exceptionem pateretur. Quod autem *l. 3. in f. ff. h.* dicitur: Etsi incertum sit quantum quisque ponderis in massa habeat; At verò solâ quantitate res fungibiles certificantur; Fit, quia officium actoris & Judicis sic separetur, ut ille petat corpus, hic verò illud determinet. arg. §. 9. *I. de Legat.* §. *28. inf. I. de R. D.* Sic aliquando etiam ob justam ignorantiam partis incerta admittitur vindicatio. *l. 76.* §. *1. ff. h.* atqui hôc nostrô casu justa utique est ponderis ignorantia.

Naturales] Causa enim, ob quam fructûs acquiruntur, Bona sc. fides, naturalibus æquè ac indu-

industrialibus communis est. Quòd autem Non omnis, qui bonam f. prætendit, naturales statim lucratur fructûs, & in specie *legis 45. ff. de Usur.* maritus aut uxor fructûs tantùm industriales ex prædio donato, non etiam naturales lucratur, non ea causa est, quasi nulli B. F. possessori debeantur; sed quòd ibi petitori speciale obstiterit impedimentum legis civilis, donationes conjugum stante matrimoniô factas improbantis. Absque quo si fuisset, utique naturales etiam fuisset lucratus. Ut adeò generalem inde regulam formantes fallaciam non causæ ut causæ committant. vid. Vinn. *L. 1. sel. q. 25.* Franzk. *n. 43. seqq. b.*

Revocabiliter] Nim. superveniente verô Dominô, remque suam vindicante, fructûs jam consumptos B. F. possessor non restituit, ut qui sic actum dominicum exercuit, nec res amplius integra est aut extat. At verò re peremptâ omnis b.f. possessor liberatur. Extantes autem restituere cogitur, quia patefactô eo, quòd non sit dominus, cessat omne fundamentum, jus & causa fructûs retinendi; & longè diversa sunt Ac-

§. 2. ff. fin. reg. §. 2. Inst. de offic. judic. l. 22. C. de R. V. post consumptionem irrevocabiliter, δ etiamsi factus sit locupletior ε *d. §. 36. in fin. Inst. de R. D. l. 4. §. 2. fin. regund. arg. d. l. 22. C. de R. V.* Secus se res habet in petitione hereditatis, in qua b. f. possessor fructûs consumptos in quantum ex iis factus est locupletior, ζ restituere tenetur *l. 25.* §. 11. *ff. de petit. hered.* Malæ autem fidei possessor omnes omninò tam consumptos quàm extantes, & tam percipiendos quàm perceptos restituere η cogitur. *l. 62.* §. 1. *l. 33. ff. de R. V. l. 39.* §. 1. *de leg. 1. l. 10. §. 20. ff. quæ in fraud. cred. d. §. 36. Inst. de R. D. l. 22. C. de R. V.* quod & de b. f. possessore non solùm post θ L. C. *l. 25.* §. 7. *l. 31. §. 3. ff. de petit. hered.* Sed & post illud tempus, quô rem alienam esse rescivit, ι est dicendum, *l. 48. §. 1. ff. de A. R. D.*

D. Struv. δ ib. lin. 4. ε ib. th. 13. ζ D. X. th. 55. η D. XI. th. 18. θ ib. th. 24. ι ib. th. 19.

Acquirere, & Lucrari. Nec excipiuntur industriales, juxta Donell. *L. 4. c. 26*, cui tamen respondet Franzk. *Comm. ff. h. n. 54. seqq.* Quòd si tamen lapsum sit spacium usucapiendis mobilibus præfinitum, repetitio cessat. conf. Vinn. *L. 1. sel. qu. 26.* Bronch. *C. 2. enant. 89.*

Locupletior] Sc. ne deterior sit conditio boni Patrisfam. asservantis quàm consumentis. Rei quippe vindicatio ad res tantùm & fructûs naturaliter & in corpore adhuc durantes pertinet; Autor verò loquitur de casu, quô ex fructibus permutando forte aut vendendo consumptis lucrum quæsitum & asservatum est; quod tamen est ens planè separatum à re & fructibus actoris; ad quod vindicandum neque hæc, nec ulla alia actio concepta est. Quæ verò in contrarium affert præjudica B. Carpz. *p. 3. C. 32. d. 25.* ostensurus Praxin ex æquitate à theoria divortium fecisse, Non de lucro ex fructibus consumptis superstite, sed ipsis in natura & corpore s. individuo ex parte adhuc residuis loquuntur fructibus, denen erübrigten Früchten. At verò, alia sic planè restitutionis quàm locupletatio causa est, ipsa nim. existentia. add. Franzk. *n. 63. b.*

Secus in pet. her.] Differentiæ ratio est, quòd hæc indeterminatæ quantitatis fictione juris civ. inducta universitas sit, quæ eôdem nomine, eâdemque essentiâ manente minui, augerive potest: Omne enim quod accedit, reliquorum numerum & naturam subintrat, hereditarium factum. Res verò singulares in sua natura, distinctæque manent, utpote individua & determinatæ naturæ ac quantitatis entia, sic ut alterius accessione alterius corpus naturaque non augeatur, sed numerus. Hinc fructûs non sunt pars rei, nec v. g. fundus fit major ob fructûs. Cùm econtrà hereditas fiat major fructibus, & hi fiant pars hereditatis, ut qui totum vindicet, eum sequantur omnes partes. v. Franzk. *d. l. num. 65. seqq.*

Percipiendos] v. Bronch. *C. 2. enant. 87.*

Rescivit] Equidem quoad effectum juris & in hypothesi, hujusmodi scientiæ supervenientiâ non obstante, B. F. Possessor usq; dum sententia hoc definiat, talis manet, ac fructûs acquirit.

l. 25.

l. 25. §. f. de Usur. Nec confestim ob adversarii impugnationem pro m. f. possessore habetur, sed eventus expectandus, ex quo judicium de ipso fieri retrò possit. Sed tamen ex hoc ipso apparet, quòd in rei veritate, per se & in thesi, superveniens rei alienæ cognitio statim conscientiam possessoris afficiat, ut sine vitio posteà fructûs acquirere, suosque efficere nequeat, sed declaratus per sententiam M. F. possessor, eosdem cogatur restituere. per *l. 48. §. 1. de A. R. D.* Franzk. *d. l. num. 75. seqq.* Bronch. *C. 2. enant. 88.*

Th. XXV.

Naturaliter] Quando res ap. B. F. possessorem perit suô fatô, sive ante seu post L. C. contigerit, liberatur ille, tam ab ipsius rei restitutione; quia non possidet, cùm tamen possessio ad fundandam hanc actionem requiratur: quàm ab æstimatione; cùm ei nihil imputari possit, qui & probabili opinione sibi Dominus videtur, & casum impedire nequit, & non ad quamlibet impetitionem jus suum indefensum deserere tenetur. Equidem ad jus magis petitoris quàm possessoris respici jubetur in *l. 27. §. 1. ff. h.* Sed tum demum, quando res adhuc extat: quando enim de æstimatione agitur, etiam jus possessoris respici oportet. Differentia facilis est: Major quippe ad ipsam rem affectio est. Distinctio verò: Utrum res eodem modô peritura fuisset apud

Th. XXV.

D. Struv.

Si res restituenda eo tempore, quô judicatur, non extet, rursum inter bonæ & malæ fidei possessorem; ac deinde, utrum res naturaliter an verò culpâ possessoris interierit, est distinguendum. Si naturaliter κ periit, Ille liberatur, Hic v. nihilominus tenetur *l. 40. ff. de petit. hered. l. 16. ff. de R. V.* Si nempe petitor rem distracturus λ fuisset *d. l. 40. ff. de petit. hered.* Arum. *tr. de mora. c. 8. n. 2.* Hotom. *quæst. illustr. 30.* Fach. *2. controv. 72.* Gœdd. *ad l. 12. §. 1. num. 9. de V. S.* Si culpâ μ periit, tenetur etiam b. f. possessor *l. 36. 59. §. 1. l. 63. de R. V.* Sive in faciendo sive in negligendo ea

κ *conf. D. X. th. 60. & D. XI. thes. 27. vers. aut casu.*

λ *d. th. 60. vers. nisi actor.*

μ *D. X. th. 27. vers. aut culpa.*

D. Struv. do ea consistat, non autem si rectè usus eâ sit, ad quem usum erat parata *l. 16.* §. 1. *ff. de R. V.* Donell. *20. comm. c. 5.*

apud Dominam, nec ne, de qua in *l. 40. h.* ad B. F. possessorem non pertinet; sed ad solum prædonem: quorsum & *l. 15. §. f. eod.* pertinet. vid. Aut. *D. 8. th. 23. it. D. 21. th. 9.* Dn. Strauch. *Diss. de Veritate in vicem rei præstanda. th. 10. seq.* Bronch. *C. 1. enant. 74.*

Th. XXVI.

D. Struv. Restitutio hæc reo sic imperanda, ut ratione impensarum v. maneat indemnis. Ab Impensis autem ipsius rei causâ factis, quæ sunt vel Necessariæ vel Utiles vel Voluptariæ, *l. 79. ff. de V. S. l. 1. ff. de impens. in res dot. fact.* separandæ sunt illæ, quæ fructuum quærendorum & colligendorum causâ fiunt, quas tam prædo seu malæ fidei, quàm b. f. possessor deducit, *l. 36. §. ult. ff. de petit. hered. l. 52. pr. ff. fam. ercisc. l. 46. ff. de usur. l. 30. ff. pro soc.* Reliquas in rem factas, si sunt Necessariæ, & m. f. possessor (nisi fur o sit *l. 1. C. de infant. expos.*) juxta regulam æquitatis in *l. 14. ff. de condict. indeb.* per retentionem,

v. v. D. X. th. 62. D. XI. th. 30.

o d. th. 30. vers. Exceptio est. & th. 31. vers. exceptio.

Th. XXVI.

Et M. F. Poss.] Cui Treutlerus *v. 1. D. 14. th. 19. lit. C.* doli exceptionem perperàm negat (1.) propter *l. 39. §. 1. ff. de Pet. her.* Cùm ea de voluptuariis loquatur. (2.) *l. 7. §. 12. vers. certè. de A. R. D.* it. §. 31. *I. de R. D.* & *l. 37. de R. V.* At verò eæ de Utilibus agunt. Quòd verò Ummius, *Process. D. 21. th. 2. n. 10.* tantopere urget verba: Nec exceptio doli mali Desideratur. *l. 38. pr. ff. de Pet. her.* ea Bachovius *Tr. d. l. p. m. 182.* pro Autore potius explicat, h. m. non esse opus à Prætore formulis inseri, sed à Judice ex officio posse suppleri: quia arbitrariæ actiones, quarum & nostra una, imitentur actiones b. f. In quam sententiam dudum ivit Cujac. *X. O. 1.* vid. Donell. *L. 21. c. 7.* Ungeb. *Ex. VI. qu. 4.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 39.*

Nisi fur] quia juxta quosdam

data non nisi res melior suâ industriâ facta sit, necessarios potest deducere sumptûs: At verò, adolescere hominem, & ex infante Puerum, juvenem ac successivè virum fieri, non tam humanæ opus est industriæ, quàm facultatis vegetativæ, & ita Naturæ. Verùm, hoc Fachinæo *L. 1. c. 54.* displicet. Quia, quàmdiu furpartum detinet, tamdiu delictum continuat, tantique quadruplum restituere tenetur, quanti unquam plurimi fuerit. E. & infantis & adulti debet quadruplum præstare; quod non fieret, si deduceret. v. B. Ungeb. *Ex. VI. qu. 3.*

Exceptione] Ob æquitatem scil. quâ easdem impensas ipse Dominus, si rem secum habuisset, coactus fuisset facere. Sed exinde tamen necesse non est, ut *Actione* eidem, si fortè possessionem amiserit, succurratur; sed planè nullum superest remedium. Licèt enim in *l. 5. C. de R. V.* videatur REPETITIO tributa; non tamen est, ut Actione id fiat. Negotiorum autem gestorum actionem tum demum habent, quando alienô nomine impenderunt. *l. 6. §. 3. de N. gest.* & *d. l. 5. C.* At verò, qui propriô nomine impendisse ait,

nem, exceptione doli oppositâ, seu deducendo consequitur *l. 36. §. ult. & l. 38. ff. de petit. hered. l. 5. C. de R. V.* Sin Utiles, disting. inter Petitionem hereditatis & Rei Vindicationem. In Illâ m. f. possessor, π si res extet ac melior facta sit, eos deducit; si non melior facta tollit, ubi salvâ re auferri queunt *d. l. 38. ff. de petit. hered.* in Hac idem indistinctè eas nunquam deducit, sed si salvâ re tolli possunt, ς ex æquitate tollit *l. 37. & seq. ff. de R. V.* Rursum in illâ b. f. possessor σ eas indistinctè deducit *l. 38. inf. ff. de petit. hered.* in hac, τ si melior res facta est, deducit vel tollit *l. 38. l. 27. §. fin. ff. de R. V.* Si res non melior facta, non deducit, sed si salvâ re possit, tollit. Donell. *20. comm. 7.* Lycklam. *L. 7. membr. eclog. 5.* §. 1. Voluptarias impensas in judicio Universali b. f. possessor υ deducit *l. 39. §. 1. ff. de petit. hered.*

D. Struv.

π *D. X. th. 62. vers. prædo autē. p. 386.*

ς *D. XI. th. 33.*

σ *d. th. 62. vers. hâc tamen servatâ. p. 385. circa f.*

τ *D. XI. th. 32.*

υ *d. th. 62. circa f. vers. at B. F.*

D.Struv. φ D.XI. th.34.

hered. in singulari φ eas non deducit, nisi pro utilibus habeantur, sed saltem, citra tamen malitiam, cui non indulgendum est, tollit, *d. l. 38. ff. de R. V.* Malæ fidei possessor utrobique χ eas non deducit, sed salvâ re tollit *l. 5. C. eod.* vid. post Donel. *&* Lycklam. Frantzkium *in comm. ad d. t. num. 95.*

χ d. th. 62. vers. Porro voluptuarias. circa f. & XI. 34.

ait, quomodo alium sibi potuisse obligare voluisse? v. B. Ungeb. *E. VI. qu. 1.* & Vinn. *L. 11. sel. qu. 24.*

Voluptuarias] putat Autor cum Gœdd. *ad l. 79. de V. S.* & Alciat. *ibid. num. 9.* has ne B. F. possessorem in judicio singulari deducere. (1.) propter *l. 3. §. 4. ff. de In rem vers.* Quæ tamen de B. F. possessore non agit, sed de eo qui servo mutuam dedit pecuniam, ab eodem in dominicæ domûs exornationem adhibitam; unde nunc creditor versionem in rem domini conatur elicere: atque adeò non excipit aut deducit, sed agit; non in rem, sed personali actione; nec est in possessione. Diversissimus E. casus est. (2.) *l. 10. §. 10. ff. Mand.* Verùm, Mandatarius ibi erat, non B. F. possessor; qui mandati, vel certè negociorum gestorum actionem intendebat, quia non suô, sed mandantis nomine fecisse prætendit. Qui casus itidem diversus. (3.) Quia fundamentum repetendi impensas, sit lucrum præsumptum petitoris, & verosimile damnum possessoris: quale quid in voluptuariis cesset. Donell. *L. 20. c. 7. p. m. 651.* Verùm, Minor non est universaliter vera: quia pretium rei utique etiam ex voluptuariis augetur rebus. Ut adeò (4.) pro Autore parum militet *d. l. 38. h. t.* quia de paupere petitore, atque adeò speciali casu excepto loquitur. v. B. Ungeb. *Ex. VI. q. 2.*

Tit. II. de Publiciana in rem actione.

Th. XXVII.

Actio Publiciana, velut utilis rei vindicatio à Prætore ψ introducta, non solùm datur non domino, sub

ψ D. XI. th. 38.

Th. XXVII.

Sub colore] An non mentiendi occasionem Prætor ita suppeditat? Neutiquàm verò. Sed actore etiam fatente spacium adhuc durare, fictione qua-

quadam implementum ejus anticipat, pro facto reputans, quod non potest non fieri; nec eventum vult expectari, de cujus possibilitate non dubitatur; Certùm autem est, prius absolutum iri, quod prius est ceptum.

Et vero Domino] qui scil. veritatem hanc ostendere nequit, eaque propter ab adversario pro Non-domino reputatur; dignetur ergò eundem juribus non-dominorum! Dimittit enim actor prætensum illud dominium, ac disputat cum adversario ex concessis: Sim non-dominus! utar ergò juribus non-dominorum. Nec contrarius sibi: ut qui non simul Dominum se asserit, & non-dominum; sed deposuit indutam primò veri domini personam. v. Bach. *de Act. disp. 3. th. 17. p.* 75. Franzk. *Comm. ff. h. num.* 12.

Traditam] conf. huc tota usucapionum materia, *infr. D. 20. th.* 27. 28. 29. Quid juris obtineat in casibus ubi citra traditionem, potestate juris dominium transfertur, an & ibi ea expectanda; an verò & ante illam actione hac utendum? prius asserit Bachov. *d. D. 3. th.* 18. secus videtur Vinnio *L. 1. sel.*

a sub colore dominii per usucapionem quæsiti; *a* §. 5. *Inst. de act.* sed & vero domino, sub qualitate b. f. possessoris, ob difficilem Dominii probationem favorabiliter accommodatur; *b* imò etiam eodem libellô Publiciana cum Rei vindicatione disjunctim proponi, resque jure dominii vel quasi à possessore peti potest. *c c. Abbate* 3. *in pr. de sent. & re jud. in 6.* Mynſ. *ad d.* §. 5. *Inst. de act. & 4. obs.* 11. Oldendorp. *cl.* 3. *act.* 3. Gail. 1. *obs.* 62. *n.* 5. Bronchorst. *cent.* 1. *ass.* 76. Bocer. *cl.* 5. *D.* 27. *th.* 8. Ut autem competat, rem traditam *d* esse oportet *l.* 7. §. 16. *ff. de public. in rem act.* licèt à furioso eum furere ignoranti *e l.* 7. §. 2. *& seq. ff. eod.* Non verò datur adversus possessorem, qui pari jure & æquitate nititur *f arg. l.* 128. *ff. de R. J.* multò minùs adversus ipsum Dominum *g l. pen. & ult. ff. de public. in rem act.* quibusdam

D. Struv.
a ib. th. 41.
a ib. th. 40.
b ib. th. 44.
c ib. vers. quin & usu.
d d. th. 41. *pr.*
e ib. vers. sed quid si.
f ib. th. 45. *seq.*
g ib. th. 42 *inf. j. th.* 46. *vers. nimirum*

dam tamen casibus exceptis, de quibus *vid.* Cujac. *lib.* 10. *observ. c.* 6. *& alios.*

sol. qu. 27. cui add. Pac. *anal.* §. 4. *I. de Act. p. m.* 691.

Pari jure] Separandi tres casûs. (1.) Quando ab UNO eoque VERO domino duo rem eandem acceperunt, Primus indubiè dominium ex voluntate tradentis est nactus, & traditio in secundum de facto collata, nihil juris quod transferat, invenit: qui casus tractatur in *l.* 15. *C. de R. V.* (2.) quando ab UNO, sed NON-DOMINO res tradita est, itidem potior est conditio ejus qui Prior accepit, ita ut rem à secundo per Publicianam possit avocare. (3.) quando à DUOBUS & quidem NON-DOMINIS res itidem duobus tradita est, Possidentis melior est conditio, quia jure uterque tradidit, nec prior posteriori præjudicavit *l.* 9. §. 4. *h.* Licèt enim prior hactenus fuerit in conditione usucapiendi, eadem tamen est ratio secundi; quia pari jure à posteriori accepit. *Differentiæ* inter allegatos casûs *ratio* est, quia quando unus tradit, abdicat se omni jure, nec retinet quod secundo tradat: quando verò diversi tradunt, neuter alteri præjudicat, quilibet actum dominicum exercet. Quando E. in *l.* 31. §. *f. ff. de act. empt.* is tuendus dicitur, cui prius traditum, subaudiendum: Adversus tertium: si nim. ultra hos duos accipientes tertius rem occupaverit, contra hunc illi eorum danda publiciana qui prior accepit: sin invicem illi litigent, possidens defendendus *d. l.* 9. §. 4. Bach. *de Act. D.* 3. *th.* 22. *p.* 83. Franzk. *h. n.* 6. Hillig. *D. E. XX.* 8. 2.

Exceptis] Malè itaque Hunn. *in resol. ad* 4. *Lib. Inst.* duas pugnantes finxit opiniones; inter regulam & exceptionem distinguere non valens. Est autem (1.) *l.* 28. *de Nox. act. l.* 18. §. 15. *de Damn. inf.* (2.) *l.* 72. *de R.V. l.* 4. §. 32. *de Dol. except.* (3.) *l.* 14. *h.* & *l.* 63. *de R. V.* (4.) *l.* 24. *de Except. rei jud. l.* 7. §. 7. *h.* (5.) *l.* 57. *Mand.* (6.) *l.* 31. *ex quib. caus. maj.* Bach. *d. D.* 3. *th.* 23. *p.* 87. add. Autor. *infr. D.* 12. *th.* 34.

DI-

DISPUTATIO SEXTA ad Lib. VII. & IIX. Pandectarum.

Respondente

VALENTINO Jehring / Plaviâ Variscô.

Th. I.

N*On solùm*] de Causis actionum realium variæ extant opiniones. B. Hahnius Jus in re alicujus actionis productivum *quintuplex* esse voluit: Dominium, Hereditatem, Servitutem, Pignus, Possessionem. Autor *quatuor* solùm statuere videtur, omissô jure hereditariô: *Triplex* alii faciunt: Dominium, Pignus, Possessionem. Dn. Sebast. Beer *duo* solùm credidit, Dominium & Pignus. notante Hahn. *de Jur. rer. concl.* 26. Dn. Jacob Bornius *unicum* Dominium admittit: qui tamen latiori vocis Dominium significatu, de quo consul. Dn. Struv. D. *X. th.* 44. *&* XI. 3. abuti videtur. Nec sequitur: Pignus, Servitus, sunt objectum actionis, E. non possunt esse ejusdem causa. Nam absurdum non est, ut finis, quem tamen intendimus sit causa impulsiva agendi. Deinde, Pignus aliquando objectivè rem oppignoratam; aliquando formaliter contractum pignoris; aliquando effectivè jus constitutum exinde competens significat. Jus E. pignoris, causa; Res verò oppignorata, objectum est. Autor non negat Jus hereditarium realem producere actioné, sed sub dominio comprehendit. v. Bach. D. *I. de Act. th.* 14.

Th. I.

D. STRUV.

CAussa actionis realis est jus aliquod in re, *a* quale est non solùm Dominium *b* vel directum, de quo superius *in materia de R. V.* vel utile, quod habet Emphyteuta, *c* de quo *tit. ult. lib. praeced.* & ad *tit. locati inf.* agetur, sed & Servitus, *d* Possessio, *e* Pignus. *f* Bacho. *disp.* 2. *de act. th.* 9. *& disp.* 3. *th.* 12. *& seq.* De duobus Posterioribus alibi: nunc Servitutem videbimus.

a v. D. 3. *th.* 88. *j. D.* 46. *th.* 63.
b d. D. 3. *th.* 88. *jd. D. X. th.* 44. *& D. XI. th.* 3. *n.* 1. *&* 3.
c v. D. XI. th. 55.
d d. D. 3. *th* 80. *j. D. XII. th.* 1.
e de qua v. D. 42. *th.* 1. *seqq.*
f v. D. 26. *th.* 2.

Vel utile] displicet divisio hæc Riemero *Decad. IV. qu.* 2. quasi Dominus dicendus non sit, qui non habet jus rei suæ pro arbitrio dominandi. Nim. cui nuda proprietas competit, aliô usumfr. habente, pariter pro arbitrio rei suæ nequit dominari, Nemo tamen negaverit, Verum eum esse dominum, licèt non plenum. conf. Bronch. *C. I. misc. qu.* 30. Bach. *d. l. p.* 7.

Th. II.

D. STRUV.

Servitus (per translationem aliquam rebus inanimatis tributa) est *g* jus in re aliena corporali constitutum, quô illa alteri utilitatem *h* quandam debet ac præstat, *l. 15. pr. ff. de servit.* ita ut dominus in ea aliquid vel non facere vel pati *i* cogatur *d. l. 15. §. 1. eod.* Donell. *lib. 9. comm. c.* 21. Dicitur jus, *k* habitâ relatione ad eum cui est constituta §. 2. *Inst. de reb. corp. & incorp. pr. Inst. de servit. præd. l. 1. ff. de Usufr. l. 1. ff. de S. P. R. l. 2. ff. de S. P. U.* per se autem & respectu ejus,

g v. D. XII. th. 1.
h d. D. 12. th. 1. j. D. XIII. th. 33.
i d. D. 13. th. 2.
k ib. th. 3. j. D. 12. th. 4. pr.

Th. II.

Utilitatem] Cujus tamen ipsum actum & exercitium ad essentiam sui non desiderat; quoniam definitiones magis de essentia quàm existentia concipiendæ & exaudiendæ: Quemadmodum Justitia non definitur voluntas quæ tribuit; sed tribuens; & Legatum non definitur donatio quæ præstatur; sed præstanda. Igitur *non movet*: Quicquid etiam sine utilitate potest imponi, de ejus natura non est, Utilitatem præstare. *l. 19. de Servit. l. 5. de S. R. P.* Nam distinguendus actus primus à secundo. conf. Hillig. *D. E. IX. 21. M. N.* Pac. *C. 3. qu.* 55. Bronch. *C. I. Enant.* 98.

Non facere] Licèt enim servitus oneris ferendi factum aliquod exigere videatur, dum requirit, ut parietem aut columnam sarta tectaque conservet reficiatve, non is cui debetur, sed is ipse qui servitutem debet, *l. 33. de S. P. U. l. 6. §. 2. si serv. vind.* Id tamen in ipsa servitute non continetur, sed in consequentiam saltim & materialiter. v. Hillig. *D. E. IX. 21. lit. k.* De servitute Altius tollendi agetur *ad th. 22. b.*

Privatio] Ita tamen commodè non definiretur. Servitutes enim se non habent ut

ut habitus & privatio: Nam nulla datur privatio, quæ, quatenus talis, alteri subjecto conferat habitum, quemadmodum tamen servitutes faciunt. *arg. l. 20. §. 1. ff. de A. R. D. l. 68. de V. S.* sed, ut facultas moralis activa & passiva. Adeoque v.g. iter est potentia moralis eundi, nempe in prædio dominante: passiva verò, in fundo serviente. v. Dn. Strauch. *Ex. VII. th. 3.* Riemer. *d. l.*

ejus, à quo debetur, est privatio & imminutio juris *l. 5. §. 9. ff. de oper. nov. nunc.* Riem. *dec. 4. ill. quæst. 6.* vocatur aliàs etiam conditio rei *l. 23. §. 2. ff. d. S. P. R.* item qualitas *l* *l. 20. §. 1. ff. de A. R. D. l. 12. ff. quemadm. servit. amitt.* vide Donel. *d. c. 21.* D. STRUV.

l d. D. 13. th. 4. pr.

Th. III.

Cui posteriori] hoc est: Quando verbum servitutis absolutè ponitur, tunc ex stylo juris Romani realis est exaudienda, ut quæ κατ' ἐξοχὴν servitus dicitur. Unde nec miretur quis, quòd in Digestis, postquàm toto *librô VII.* de usufr. & aliis servitutibus fuerat actum, demum *librô IIX. Tit. 1.* de servitutibus sequatur.

Tertiam speciem] Accursii est hæc, sed inepta divisio, *ad l. 1. h. t.* Quasi alia merè sit personalis, nempe servorum: alia merè realis, ut servitutes prædiorum: alia mixta, ubi vel res servitutem debet personæ, vel persona rei. *Sed* verbum potius in varia significata, quàm rem in species univocas dividit. Ser-

Th. III.

Servitus sic definita ab eo, cui utilitatem præstat, distinguitur *m* in Servitutem Personalem & Realem, *l. 1. ff. de servit.* cui posteriori speciei in usu juris generis nomen ferè simpliciter *n* tribuitur *t. t. ff. de servit.* Hæc rei à re, v.c. prædio à prædio; Illa personæ à re debetur. Alii addunt tertiam speciem, quam vocant Mixtam, quando persona servit rei, cujus exempla extare putant in *l. 44. ff. de manum. testam. l. 71. §. 2. ff. de condit. & demonstr. l. 17. ff. de alim.*

m v. D. Str. th. 2.

n D. 13. th. 1.

Distribut. *alim. & cibar. legat.* Sed hæc obligatio saltem est personæ, & à classe Servitutum, de quibus hîc agimus, meritò rejicitur. Duar. *ad tit. ff. de servit.* Donel. *d. L.9. c. ult.* Vital. *var. lect. 2. c. 1.* Hinc nec vera servitus est, quâ rustici certô quodam molendinô ad quæstum domini uti coguntur. Besold. *in delib. ad l. 7. ff. n. 1.*

Servorum enim ministerium ad præsentem materiam planè non pertinet, ubi de analogica servitute agitur. Mixta quoque prior, simplex est, ac personalis dicitur: posterior servitus non est, nec personæ status mutatus, sed obligatio solùm personalis. de Molendinis Bannariis v. Hering. *Qu. XI. per tot.*

Lib. VII. Tit. I. de Usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.

Th. IV.

Servitus personalis plenior (ad distinct. minùs plenæ, quæ est Usus *o* & Habitatio *p*) dicitur Ususfructus, qui est *q* jus alienis rebus gratis ad tempus utendi fruendi salvâ rerum substantiâ *pr. Inst. de Usufr. l. 1. ff. eod.* quæ descriptio ad Usumfructum, quem dicunt Formalem, à proprietate separatum; (quomodò propriè & communiter accipitur *l. 5. pr. ff. si Usufr. pet.*) non vero ad Caussalem *r* cum proprietate

o v. D.12. th.55.
p ib. th.60
q ib. th.4.
r ib. th.3.

Th. IV.

Qui est jus] Ususfructus non est juris, sed facti; non tamen factum, sed jus est. Plura vid. apud B. Ungeb. *Ex. VI. q. 5.* Multò minus alius juris, alius facti. An autem per Jus h. l. servitus sit intelligenda? negativè disputat Donellus *Lib. X. c. 1. pr.*

Salvâ substantia] Hinc responderunt Scabini Lips. Heredes mariti propter deteriorationem dotis aliorumque bonorum illatorum Viduæ ad interesse teneri. ap. B. Carpz. *p. 3. C. 20. d. 33.* Quæ de cœtero pro impugnanda definitione proferantur, vid. ap. Bronch. *C. I. Misc. qu. 47.*

Can-

tate conjunctum, de quo D. Struv. *l. 21. §. 3. ff. de except. rei jud. l. 70. §. 2. ff. de fidejuss. l. 126. §. 1. ff. de V. O. l. 58. eod. l. 78. ff. de jur. dot. & alibi* est referenda.

Causalem, Formalem] In quavis re duo hæc spectantur, Proprietas & Utilitas: propter hanc solemus illam comparare. Habet E. quilibet proprietarius in rebus suis aliquem usumfr. qui tamen eô casu non servitus, h. e. ens distinctum peculiari formâ constans, sed proprietatis effectus, filia penes matrem adhuc existens est, ab Interpretibus Causalis dictus. Quando autem alii constituitur, sicuti & à proprietate separationem recipit, §. *1. in pr. I. de Usufr.* tunc demum servitus fit, quia proprietarii jus imminuitur, ac differentiæ causâ Formalis, Cujacio nudus, Hotomanno merus dicitur. conf. B. Ungeb. *Ex. VI. qu. 9.*

Th. V.

Ususfructus constituitur vel à lege, *s* idque certis quibusdam personis, ut Patri *t* in bonis filii adventitiis *l. 6. l. ult. C. de bon. quæ lib.* §. 1. *Inst. per quas pers. acq.* etiamsi filius à patre non, sed aliunde alatur. Carpzov. *in jurispr. for. p. 2. c. 10. d. 7. n. 7.* item in parte dimidia bonorum filii *u* emancipati *d. l. 6. &* §. *2. Inst. d. t.* Mulieri ad secunda vota transeunti *x* ac liberos habenti, in iis quæ ex priore conjugio est consecuta, *l. 3.* §. 1. *cum Auth. seq. C. de sec. nupt.* vel ex consuetudine, ut Uxori in dotalitio, de quo vid. *y* Schneidew. *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. c. de successione. inter vir. & uxor.*

s v. D. XII. th. 5. pr.
t ib. n. 1.
u ib. pag. 439. vers. 2. in præmium.
x ib. circa f. n. 3. 5. D. *29. th. 53. n. 1. p. 125.*
y Synt. feud. c. *XIV. aph. 9. p. 509.*

Th. V.

Patri] v. infr. *D. IX. th. 30. pr.* Jure Sax. etiam Matri. Dn. Richter. *Decis. XIIX. n. 11. seqq.* dissent. B. Carpz. *p. 2. C. X. d. 13.* pro quo add. *Noviss. El. Sax.* *Decis.* 61. Avo autem materno Jure civ. usumfr. non deberi, JCtos Jenenses respondisse testatur Dn. Richter *d. l. n. 39.*

Etiamsi] Idem sentire Dnn. Jenenses, Dn. Richter *d. l. n. 3.* ait: quia durat patria potestas; & necessitas liberos alendi tum demum patri incumbit, ubi

D. Struv. *uxor. n. 43. & seqq.* Cothman. *resp. 48. n. 50. & seqq. v. 1.* Bocer. *tr. de donat. c. 11. num. 2.* vel à Judice in judiciis Divisoriis z *l. 6. §. 10. ff. commun. divid. l. 16. §. 1. ff. fam. ercisc. l. 6. §. 1. ff. de Usufruct.* vel à privatis, non solùm inter vivos, pactionibus a ad rem transferendam idoneis, & stipulationibus *l. 3. pr. ff. de Usufr.* §. 1. *Inst. eod.* §. 4. *Inst. de servit. l. 58. ff. de V. O.* Sed etiam ultimâ voluntate β *d. §. 1. Inst. & d. l. 3. pr. ff. l. 4. C. de Usufruct. l. 16. ff. commun. præd. l. 1. §. 2. ff. Usufr. quemad. cav.* vid. Donel. *10. commen. 5.* Usu quoque & longâ q. possessione, γ acquiritur. *l. ult. in fin. C. de longi temp. præscript.* Wesemb. *in parat. ff. ad tit. de Usufr. accresc. n. 1.*

z S. C. XII. 6. j. D. XV. th. 10. in m. vers. vel uni.

a d. D. 12. th. 9. in m.

β ib. paulò pòst. j. th. 38. & th. 56.

γ ib. th. 13. j. D. 43. th. 15. & XIII. 38. conf. & XI. 68.

ubi nihil ipsis aliunde suppetit. v. infr. D. *XIV. th. 19. & 32. j.* D. *22. th. 17.*

Mulieri ad secunda] de Patre indubium est, ex præjudiciis à Dn. Richtero *d. l. n. 4. & 41.* allatis: de Matre contraria refert Idem *ib. n. 40.* sc. loquitur de bonis liberorum. Autor de lucris nuptialibus. v. B. Hahn. *Wes. h. n. 9. p. m. 418.*

Judiciis divisoriis] per adjudicationem, ita ut & ipse ususfr. constituatur, & jus in re atque actio confessoria inde competat: quia sc. hæc judicia ex jure in re constituto oriuntur. *Secus itaq; est*, si aliò judiciò, v. g. ex stipulatu adjudicatus sit: inde enim solum jus ad rem & personalis oritur actio. *l. 8. in f. C. de R. Cr.* B. Hahn. *Wes. h. n. 9. p. m. 419.*

Pactionibus] Ex quibus tamen itidem causa tantùm; non ipsum Jus usûsfr. constituitur. Hoc enim, cùm juris in re species sit, pactis & stipulationibus quæri nequit. *l. 20. C. de Pact.* Unde, quod hac in parte de constitutione usûsfr. in jure passim traditur, vel metonymicè intelligendum, vel de contractibus traditione consummatis exaudiendum est.

Tit.

Tit. II. de Usufructu accrescendo.

Th. VI.

Jus accrescendi] Cujus natura & ratio, quæcunque aliis videatur, est Naturale conservationis & perfectionis desiderium, omnibus rebus inditum: Cùm omnis pars à toto avulsa cum eodem denuò cupiat uniri. Jam verò, Testator patrimonium suum unâ vice in hereditatem & legatum divisit; & hoc vicissim collegatariis discerpendum propinavit. Vacans E. portio conjunctionem appetit eo ordine quô facta fuit scissio, per *l.35. ff. de R. J.* adeoque legato prius, non hereditati jungetur. Sed de hoc jure recurret dicendi occasio infr. *D. XI. th. 11. & XVI. 21.*

Nihilominus] Et hanc inter legatum proprietatis & usûsfruct. primam constituit differentiam Pac. *Isag. ff. b. n. t. n.3.* quòd Ususfr. quandocunque amittatur, confructuario accrescat: proprietas verò tantùm ab initio si repudietur; secus si semel acquisita amittatur.

Th. VI.

In Ususfructu pluribus conjunctim legato etiam jus accrescendi δ locum habet, *t. t. ff. de Usufr. accresc.* Paul. *l. 3. sent. tit. 6.* In quo hæc sunt singularia, (1.) quòd, licèt Usumfructu conjunctim legatum collegatarii omnes agnoverint, nihilominus, ε si posteà unus portionem suam amiserit, jus accrescendi locum habeat. *l. 1. §. 3. vers. sed in Usufructu ff. h. t.* (2.) quòd accrescat quoque illi, qui partem suam amisit ζ vel alienavit *l. 10. ff. h. t.* (3.) si uni Ususfructus, alteri proprietas sit legata, Ususfructus utrique η legatus censeatur *l. 3. §. ult. l. 9. ff. de Usufr. accresc. l. 19. ff. de Usufr. leg.* Donell. *10. comm. c. 23. & ibi* Hilliger. Frantzk. *in comment. ad tit. ff. de Usufr. accresc. n. 17. & seqq.*

D. Struv.
δ v. D. 13. th. 25.
ε ib. th. 29. n. 1.
ζ ib. n. 2.
η conf. D. 13. th. 25. n. 1.

Illi qui partem] conf. huc Gerhard. *Tr. de Testam. D. VII. th. 39.* Pac. *Isag. d. l.*

Usufr. utriq;] Uni sc. expressè, alteri implicitè; adeò enim tenaciter is proprietati inhæret, ut non nisi expressâ protestatione sepa-

ſeparetur: ſc. quia & antè quàm formaliter conſtituitur, cauſaliter proprietate continetur. Hinc licèt al. generi per ſpeciem, tacito per expreſſum derogetur. *l. 99. §. f. de Leg. 3. l. 6. §. 3. de Pecul, leg. l. 10. de Manum. l. 80. de R. J.* procedit tamen in illis ſolùm generibus & corporibus, quæ ex multis naturâ diſtantibus & formaliter ſeparatis conſtant partibus, Ibi enim quibusdam expreſſis cœtera videntur adempta. add. B. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 7.* ubi quadrans huc refert præjudicium, & Gerh. *d. l. th. 33.*

Th. VIII.

D.Struv. θ v.D.XII. *th. 9.* ι v.D.XI. *th.55.pag. 426.lin.4.*

Uſusfructus legitimè conſtitutus & θ acquiſitus in multis caſibus pars dicitur ι dominii *l. 4. ff. de Uſufr.* h. e. eodem eſſe locô, & eodem jure gaudere, quô dominium univerſum: hinc & fructuarius appellatione domini continetur *l. 8. pr. ff. de reb. autor. jud. poſſid.* adde *l. 58. ff. de V. O.* Idque per comparationem aliarum ſervitutum, quæ tantam cum dominio affinitatem non habent, & ob emolumentum quod continet *l. 66. §. 6. ff. de legat. 2.* Omnis enim reditus, obventio, utilitas & commodum omne, κ quod vel ex ipſo corpore, ſive re fructuaria, vel occaſione ejus percipitur, & quicquid eſt in fructu, fructuarium, non ſecus ac dominium ipſum ſequitur *l. 7. l. 9. l. 59. §. 1. ff. de uſufr. l. 13. ff. quib. mod. uſufr. amit. l. 25. l. 28. ff. de Uſur.* Quò pertinet, quòd ipſi de damno in-

κ D. 12. *th. 15. 16. 17. 18.*

Th. VII.

Pars dominii] Non *phyſica*; quē enim *Cauſalem* dicunt, neque in multis, nec in aliquibus, ſed nullis caſibus pars, ſive eſſentialis, ſive integralis, ſed effectus dominii eſt: pari ratione, quem *Formalem* appellant, à dominio ſ. proprietate ſemper ſejunctus, & ita nunquàm pars ejus eſt. Quòd ſi rem aut corpus, ob Proprietatem & Utilitatem, quibus conſtat, totum quoddam *in ſenſu metaphyſico* vocare velimus, apparebit, in multis caſibus junctas in eodem Toto has partes inveniri; quoties ſc. quis plenam proprietatem habet: multoties verò ſeparatas, quo-

quoties sc. servitus formaliter constituta est. Posset & Pars pro specie sumi; sicut & in §. 37. I. de R. D. usufructuarius Dominus dicitur. add. Dn. Struv. D. XI. th. 3. n. 2.

infecto λ caveatur *l. 13. §. 8. ff. de damn. infect.* Quòd habeat interdictum unde vi μ *l. 3. §. 13. ff. de vi & vi arm.* Quòd nec pati debeat, ut proprietarius servitutem ν rei fructuariæ noxiam imponat. *l. 15. §. ult. ff. de Usufr.*

λ D. Struv. v. D. 39. th. 16.

μ v. D. 45. th. 104. seq.

ν v. D. 12. th. 21. j. D. 13. th. 30.

De damno infecto] conf. infr. D. *XIX. th.* 13.

Interdictum unde vi] de quo vid. *infr.* D. *XXI. th.* 29. Ad hoc enim ut uti frui possit, res ipsi tradenda est. Verâ tamen possessione præcisè non est opus. Hinc Fachin. *L. IIX. c. 18.* eum naturaliter quidem & corporaliter, sed non de jure & civiliter possidere ait. add. Bronch. *C. I. Misc. qu. 48.* & Cujac. *IX. O. 33. inf.* Utrum verò interdicta unde vi & uti possidetis ad servitutes quoque pertineant? v. B. Bronch. *C. 2. Enant. 2.*

Servitutem] Adeò, ut licèt fructuarii consensum desuper requisierit, tamen non valeat; tam exosum est hoc proprietarii attentatum! perpetuò enim leges adversus eum suspicantur, importunis sollicitationibus & vellicationibus ab usufructuario extorsisse. Planè ut marito circa bona dotalia idem contingit. v. B. Carpz. *p. 2. C. XV. d. 25.* Hinc & Dominus feudi tanquam proprietarius, tenetur testes Jurisdictioni Vasalli tanquam usufructuarii subjectos in subsidium citare. Id. *p. 1. C. XVI. d. 29.* Excipitur (1.) si nihil fructuario decedat. *l. 16. b.* (2.) Favor religionis. *l. 17. eod.*

Th. IIX.

Pars servitutis] h. e. Non est illa totius pars quam dominium dicimus; sed pars servitutis, sive, illa dominii in sensu latiori & metaphysico accepti pars, quam servitutem dicimus. In qua constructione *sup.* D. *II. th. 7.* in integrum restitutio non Im-

Th. IIX.

Non tamen reverâ pars est dominii Ususfructus, sed saltem illi assimilatur, cùm alioqui pars sit servitutis *l. 25. pr. ff. de V. S.* ξ & fructuarius semper in re aliena ο jus suum exerceat.

ξ v. D. XI. th. 55. p. 426.

ο v. D. XII. th. 1. & 4.

D. Struv. Et licèt quidem rem fructuariam alii fruendam π concedere, vel locare, vel jus suum vendere, vel precariò dare, vel donare & oppignorare ϱ possit §. 2. *Inst. de usu & habitat. l. 12. §. 2. ff. de usufr. l. ult. ff. de usur. l. 72. ff. de R. J.* alienare σ tamen *l. 6. l. 9. C. de usufr.* consumere, mutare aut transformare rem ipsi non licet *l. 9. §. 7. l. 44. ff. de usufr.* etiamsi illam faciat meliorem *l. 7. §. ult. l. 8. l. 13. §. 4. ff. de usufr.* Gail. *2. obs. 67. n. 11.* Unde nec ædes, τ quibus soli facies mutatur, in fundo fructuario *l. 44. ff. eod.* nisi ad fructum percipiendum necessarias exstruere *l. 13. §. 6. eod.* Arum. *diss. Pand. 9. th. 5.* nec servitutem prædio imponere υ potest *l. 1. §. 1 ff. commun. præd. junct. §. 3. Inst. de servitut.*

π *ib. th. 17.*
ϱ *v. D. 26. th. 5. in m.*
σ *v. D. XII. th. 22. in m.*
τ *ibid.*
υ *v. D. 13. th. 30. circa f. vers. non verò.*

Imperium dicebatur, sed Imperii, sc. pars. add. Franzk. *comm. ff. de Usufr. accr. num. 18. seqq.* & *de S. R. P. n. 10.*

Locare] Cùm itaque & uxor in dotalitio usumfr. habeat. *th. 5. h.* poterit & illa ad vitam eundem alii locare. B. Carpzov. *p. 2. C. 42. d. 9.* add. Autor *infr. D. XI. th. 22.*

Jus suum vendere] cum dependentia tamen aliqua à suo jure, ita ut jus emptoris stetve cadatve cum jure fructuarii primævo, personali, *v. th. 12. h.* & B. Ungeb. *E. VI. qu. 10.* & Franzk. *Ex. V. qu. 5.* Bronch. *C. I. qu. 91.*

Oppignorare] Idem asserit Riemer. *coroll. ult. ad Decad. IV.* de Realibus autem servitutibus negat, cui add. Vinn. *L. 1. sel. qu. 32.*

Alienare] benè Autor inter jus & rem distinguit: Fructuarius dominus est suæ servitutis, non tamen prædii servientis. conf. eleg. Riemer. *Dec. V. qu. 2.*

Mutare] opp. *d. l. 13. §. 5. inf.* ℞. (1.) aliud mutare rem, aliud rei usum, (2.) mutatio vel totalis est, vel partialis. (3.) Gotofr. prædia urbana intelligit, non rustica. add. Bronch. *C. 1. misc. qu. 51.*

Th. IX.

Th. IX.

Nisi vetustate] distinguit Autor, utrum ædes fructuariæ suô fatô, ipsâ duratione & seniô deteriores fiant, refectionemque desiderent, an verò ipsô usu quid consumatur: priori casu proprietarius; posteriori fructuarius reficiat. Certè si & priori casu fructuarius quid prænumeravit, heredes ipsius repetent. v. B.Carpz. *p. 3. C. 31. d. 9.* conf. infr. *XI. 29. in f.*

Gregem imminutum] si tamen fortuitò casu totaliter interimatur, fructuarius non restituet, B. Carpz. *p. 2. C. 26. d. 9.* prout in Emphyteusi distinguitur infr. *D. XI. th. 26. n. 1.*

Collectas] Idem respondetur infr. *D.XVII. th. 7. in f.* ratio quoque repetitò inculcatur D. *XXV. th. 30. in f.* Nec obst. quòd conductor ea non præstet, eò, quòd domino proprietatis incumbere videantur. D.*XI. th. 28. in f.* Nam is datâ pensione; Fructuarius gratis fruitur. add. Carpz. *p. 1. C. 32. d. 50. num. 6.* Hinc & servitia militaria præstare tenetur. Dn. Richter *Decis. 20. num. 5. & LXX. 27.* id tamen quod fructûs excedit, à proprietario repetit. B. Carpz. *L. 1. Resp. 105. num. 12.* Klock. *tr. de Contrib. cap. XI. num. 105.* Licèt ut pater fuerit usus bonis liberorum. Dn.Richter *d. Decis. 20. n. 8.*

Th. IX.

Officium verò & q. debitum fructuarii est, φ ut rectè & q. bonus paterfamiliâs colat §. 39. *Inst. de R. D.* nec caussam proprietatis reddat deteriorem *l. 13. pr. & §. 3. ff. de Usufr.* Unde & ædes, nisi vetustate factæ sint deteriores, *l. 65. §. 1. ff. d. t.* reficere, χ & sartas tectas habere *l. 7. §. 2. & 3. ff. l. 7. C. eod.* arbores in locum demortuarum substituere *l. 18. ff. eod. d. §. 39. Inst. de R. D.* gregem imminutum ex agnatis supplere *d. §. 39. l. 68. §. ult. & 2. seqq. ff. de Usufr.* Collectas etiam & tributa, ψ quæ onus sunt fructuum, *l. 13. ff. de impens. in res dot. fact.* solvere tenetur *l. 7. §. 2. ff. d. t. l. 28. ff. de usufr. leg.* Hartm. Pist. *p. 1. q. 46. n. 33.* Joh. del Castil. *de usufr. c. 56. n. 14.*

D.Struv. φ *v. D. 12. th. 22. pr. 1. th. 64.*

χ *v. ib. th. 23.*

ψ *v. ib. th. 24. arg. D. XL. th. 68. circa f. add. D. L. th. 91.*

Tit. IV. Quibus modis ususfructus vel usus amittatur.

D. Struv. *w v. D. XII. th. 33. in f. a ib. n. 1. 5. D. X. th. 53. p. 377. in f. b d. th. 33. in m. & d. th. 53. in f.*

Th. X.

Ususfructus finitur tempore, *w* Paul. 3. *sent. c. 6.* & morte *a* naturali *d.* §. *3. Inst. l. 3.* §. *ult. ff. quibus mod. ususfr. amit. l. 16. C. de usufr.* nec ad heredes transit, nisi expresse ita *b* convenerit *l. 5. pr. ff. quib. mod. ususfr. amit.* quô casu tamen non ad omnes ulteriores, sed ad primum saltem in dubio pertinet. *l. 14. ubi Gl. & Dd. C. de Usufr.* Schneidevv. *ad* §. 3. *Inst. eod.* Rumelin. *p.* 2. *pand. d. 6, th. 3.*

c v. D. XII. th. 18. p. 448. in f. d th. in pr.

Th. XI.

Mortuô Usufructuariô fructûs ultimi anni ad heredes non *c* transmittuntur, licèt majore anni parte steterint *l. 13. ff. quib. mod. Usufr. amit.* quia *d* illius non fiunt, nisi ipse aut alius ejus nomine eos perceperit. §. 36. *Inst. de R. D. d. l. 13. in fin quib. mod. Ususfr. amit. l. 25.* §. 1. *ff. de Usur.* Hartm. Pist.

Th. X.

Morte] v. B. Carpz. *p. 3. C. 5. XIII. d. 16.*

Ad primum] quasi sufficiat hoc fructuario, vel ad unum suorum heredum transmissum esse; nam, & qui unum habuit, sine heredibus decessisse non dicitur. arg. §. 1. *I. qui & à quib. manum.* Verùm, heredis appellationem non terminari solô primô & proximô, ait Bronch. *C. 2. misc. qu. 18.* Melius E. duplex & successivus, uterq; tamen personalis constitutus dicitur ususfr. Id quod & in societate quandoq; contingit. conf. infr. D. 10, *th. 36.*

Th. XI.

Cujacius dissentiat] Ex praeconcepta quadam aequitate, quasi pro rata temporis inter proprietarium & fructuarii heredes potius sint dividendi (1.) quia idem in marito quoad res dotales obtineat. *l. 7.* §. *1. ff. sol. matr.* R. Maritus est Dominus, nec ad acquisitionẽ dominii opus habet perceptione: Fructuarius non aliter fructuum fit dominus quàm si percipiat. *l. 12.* §. *5. l. 58. ff. h. n. t.* §. *36. I. de R. D.* B. Carpz.

B. Carpz. *p. 3. C. 32. d. 19. n. 6. &* *C. 16. d. 5. n. 4.* (2.) per *l. 26. ff. b.* ℞. Fructuarius, dum locat, utitur. *l. 12. §. 2. h. t.* dum E. in ipsa perceptione est constitutus, meritò eatenus pensionem accipit. (3.) per *l. 5. §. f. si usufr. pet.* ℞. Fructuarius ibi factô alienô à percipiendo erat impeditus, E. meritò per interpretationem juris pro eo habetur ac si factô ipso perceperit & ad heredes transmiserit. *l. 36. §. f. l. seq. ff. b. n. t.* In foro Sax. quid obtineat? vid. B. Carpz. *p. 3. c. 32. d. 1.*

Pist. *lib. 1. q. 24. n. 16.* Lud. D. Struvii vvel. *disp. Instit. 5. th. 11. lit. b.* Et hoc quidem verum est (utut Cujac. *ad 4. Feud. 30.* dissentiat) de *e* naturalibus: In civilibus, *f* putà pensionibus, non idem penitùs obtinet, de quo vid. Donel. *10. comm. c. 9.* Bachov. ad Treutl. *disp. 16. th. 8. lit. D. v. 1.*

e d. th. 18.
f ib. th. 19.

In civilibus] Sic & in locatione differentia inter prædia urbana & rustica servatur. infr. *D. XI. th. 20. in f.* add. interim ad *h. n. th.* B. Hahn. *h. p. m. 417.*

Th. XII.

Interitus] Non E. *obst. l. 34. in f. ff. h. t.* quippe ubi usufr. Bonorum relictus non interit exustione Domûs, sed in area quoq; conservatur.

Nihil agit]. nec in favorem cessionarii, ut in quem propter inseparabilitatem hujus juris à sua persona, salvô hôc jure & absque ejus interitu transire nihil potest. Nec in præjudicium proprie-

Th. XII.

Amittitur idem variis modis, & vel *g* ex persona usufructuarii, vel ex conditione rei. *h* Ex persona Usufructuarii, vel capitis deminutione maximâ *i* & mediâ §. 3. *Inst. de Usufr. l. pen. C. eod.* vel non utendo, *k* per tempus, quod inter præsentes decem, inter absentes 20. annis est definitum *d. l. pen. §. 2. C. eod.* aut modum *l* à constituente præscriptum *d. §. 3. Inst. de Usufr. l. 10. cum seqq. ff. servit. quemadm. amit. l. 2. ff. de aq. quotid.* Frantzk. *comm. ad tit. ff. quib. mod. Usufr.* amit.

g d. th. 33.
pr. j. th. 34. pr.
h th. 35.
i d. th. 34. n. 1.
k ib. n. 2.
l ib. vers. aut non observando.

l B.Struv. *amit. num.5.* Ex conditione rei *m* amittitur, vel ejusdem mutatione & interitu *d.* §. 3. *Inst. d. t. l. 5.* §. *ult. ff. quib. mod. Ususfr. amit.* quia sublatô corpore, nec jus, quod in eo est, subsistere poterit *pr. Inst. de Usufr.* vel consolidatione, *n* quando scil. Usufructuarius proprietatem sibi acquirit. *d.* §. *3. Inst. de Usufr. l. 27. ff. quib. mod. Ususfr. amit.* aut jus suum proprietario *o* cedit. *d.* §. *3. Inst. d. t.* Extraneo verò cedendo nihil agit, *d.* §. *3.* i. e. jus suum in cessionarium abdicativè non transfert, sed retinet, suô tempore, ubi jure finitum fuerit, ad dominum reversurum *l. 66. ff. de jure dot.* Hillig. ad Don. *10. c. 19. lit.* B. Bronchorst. *1. ass. 91.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. part.* 3. *num.* 39. Johan. à Sande *tract. de Ceß. act. c. 5. n.* 34.

m d. th. 35. n. 1.

n ib. n. 2.

o ib. n. 3.

prietarii, cui spes consolidationis interverti nequit. *Aliquid* tamen utique in suum proprium præjudicium *agit*; expirat enim hoc jus, dum à sua persona expellitur. Sicuti verus hujus phraseos usus infra ad *D. XX. th. 19. in f.* recurret. Si tamen concedat per dependentiam quandam, valebit istud, juxta *l. 11. ff. h.* Inde valida est executio facta in bonis usufructuarii pro ipsius debito, licèt alius in iis proprietatem habeat. B. Carpz. *p. 1. C. 32. d. 21.* & vidua jus retentionis, quod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare & cedere potest. Id. *p. 2. C. 25. d. 16.* add. *th. 8. h. verb. Jus suum vendere.* conf. B. Hahn. *h. p. m. 426.*

Tit. V. de Usufructu earum rerum quæ usu consumuntur vel minuuntur.

Th. XIII.

p v. D. XII. th. 37.

Quasi Ususfructus, *p* qui illarum est rerum, quæ usu consumuntur *tit. ff. de Usufr. ear. rer. quæ usu consum.*

Th. XIII.

Vestimenta] Ea diversô considerandi modô utrumque recipiunt usumfructum: Et Verum scil. quoties is sub lege rem ipsam in natura & corpore s. indivi-

dividuo restituendi est constitutus, juxta *d. l. 15. §. 4. l. 9. §. 3. Usufr. quemadm. cav.* Temperanda E. tunc fruitio sic, ut salvâ substantiâ restitui res queat. Id quod possibile est, ac potissimùm evenit in rarioris usûs vestibus, lugubribus, scenicis & sim. quæ plurium quandoque fructuariorum vitam excedunt. Quasi usumfr. autem recipiunt, quoties nulla utendi lex præscripta, sed uti licet re etiam cum absumptione & interitu. conf. B. Hahn. *Wes. p. m. 427. n. 3.*

Nisi ultimâ volun.] Nulla quippe fuit necessitas urgens Senatum, ut viventium adhuc pacta erroneè concepta, & ab ipsis contrahentibus facilè corrigenda, remediô adeò solenni; quô res alioquin perituræ contra naturam retineantur, adjuvaret: Mortuorum autem voluntates, utpote favorabiliores, qualibet utique ratione salvandæ fuerunt, cùm ipsorum ora essent clausa, nec semetipsos aliter declarare, testamentariamque dispositionem erroneam emendare possent. v. Magn. Dn. Strauch. *Ex.* VII. *41.*

sum. (inter quas etiam sunt *q* vestimenta *§. 2. Inst. de Usufr.* non obstante *l. 15. §. 4. ff. eod.*) in gratiam testatorum introductus, non nisi ultimâ *r* voluntate relinqui posse videtur, cùm ubique tantùm legati harum rerum Ususfructus fiat mentio, tum *§. 2. Inst. de Usufr.* tum *tot. dict. tit. ff. l. 69. ff. ad L. Falcid.* Ulp. *tit. de legat. §. 25.* Connan. *4. comm. 3.* Bachov. ad Treutl. *d. D. 16. th. 2. lit. I. vol. 1. p. 626.* Finitur tantùm *s* morte fructuarii, & capitis deminutione *t* exstinguitur *l. 7. §. 1. ff. Usufr. quemad. cav.* Reliqui modi propter dominium, quod in fructuarium transfertur, in eo locum non habent.

D. Struv. *q ib. th. 39. p. 461.* *r ib. th. 38. dissens.* *s ib. th. 40. n. 1.* *t ib. n. 2.*

Tit. VI. Si ususfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. junct. Lib. IIX. Tit. V. Si servitus vindicetur.

Th. XLV.

Th. XIV.

D. Struv. Actio, quæ Ususfructûs & servitutum realium nomine competit, duplex *u* est, Confessoria & negatoria: illâ *x* Ususfructus ab eo, qui *y* eundem habere intendit, vindicatur: *z l. pen. ff. si Ususfr. pet.* §. 2. *Inst. de act.* hâc à proprietario, fundi sui libertatem asserente, negatur. *d.* §. 2. *Inst. de act. d. l. pen. pr. & §. ult. ff. si Ususfr. pet.* Posterior *a* hæc in rebus corporalibus locum non habet *β d.* §. 2. *& ibi Dd. I. de act.* Rationem differentiæ vid. apud Frantzk. *in comm. ad tit. ff. si Ususfr. pet. n.* 7. Cæterùm id quæri hîc solet, An & pro vindicandis servitutibus Actio Confessoria Usufructuario competat? *γ* quod *Ulp. in l. un.* §. 4. *ff. de remiss.* affirmare: in *L.* 1. *pr. ff. si ususfr. pet.* idem negare videtur. Inter varias conciliationes nobis placet illa Accursii in *d. l.* 1. *ff. eod.* quòd vindicatio servitutis fru-

u D. XII. th. 42.
x ib. th. 43
y v. th. 44. in f.
z v. th. 46.
a v. th. 47.
β v. D. XI. th. 10. D. XIII. th. 48.
γ v. d. D. 13. th. 44. vers. præterea. j. D. 39. th. 4.

Th. XIV.

Rat. different.] quam Hortensio *ad d.* §. 2. *I. de Act.* deberi, Franzkius *d. l.* fatetur. Corporalium quippe rerum possessio in sensûs incurrit, cujus probatio facilior, cujusque turbatio manifestius deprehenditur; ut adeò nullâ præoccupatione agendi sit opus, ac sine ullo periculo desides quasi esse possimus, donec conveniamur. Incorporalium rerum possessio in sensûs non incurrit, difficilius probatur, ejusque turbatio ægerrimè deprehenditur; ut adeò, si, donec conveniamur, expectare velimus, alter vel nunquàm acturus, sed possessionem statim apprehensurus, h. e. jura illa exerciturus, nosque sic dejecturus sit: Ut adeò pro juris nostri salvatione opus omninò habeamus, agendo alterum antevertere.

Vindicandis servitutibus] fundo sc. fructuario debitis. de qua controv. vid. infr. D. *XIX. th.* 5. Bronch. *C.* 1. *enant.* 90. putat, procuratoriò nomine usufructuarium agere posse. Cœterùm, quid in hoc actionum genere probandum: & cui hoc onus incumbat? v. B. Hahn. *Wes. Tit.* 4. *n.* 1. *p. m.* 443. *in f.*

in f. & eleg. Carpzov. *p. 2. C. 41. d. 18.*

fructuario non quidem directò & principaliter, sed tamen in consequentiam, detur. Aliter Coras. *5. miscell.* 52. vid. & M. Lycklam. 3. *membr. eclog.* 11. Nicol. de Passer. *in Concil. ll. p. m.* 134. D.Struv.

Tit. IIX. de Usu & Habitatione.

Th. XV.

Sicut Ususfructus ad utilitatem & commoditatem omnem, δ ita Usus ad necessitatem tantùm & quantum opus est utenti, ε refertur *l. 1. ff. de Usu & habitat.* §. *1. Inst. eod.* quæ ratio esse videtur, quòd Usus individuus ζ & partitionem respuere dicatur, cùm pro parte vivi non possit. *l. 19. ff. de Usu & habitat.* Connan. *4. comm. 5.* Wesemb. *in parat. ff. d. t. n. 4.*

δ v. D. XII. *th. 15.*
ε v. *ib. th. 55. j. th. 57. p. 466. pr.*
ζ *conf. ib. th. 14. j. th. 27.*

Th. XV.

Quantum opus] Eâ tamen evenit, ut usuarius quandoque plus quàm fructuarius percipiat: quando videl. in re exiguæ utilitatis concurrunt: prius enim usuarius competentiam suam deducit: quod notabile.

Individuus] Dividuitas est affectio rerum corporalium, quæ habent partem extra partem. Jura & res incorporales quæ solô usu factôque terminantur, nec utenti quicquàm divisibile adjiciunt, sunt individua, v. g. usus ac reliquæ extra usumfr. servitutes, cùm factum, præter quod nihil important, in se planè sit individuum. Ea verò quæ emolumentum, idque divisibile important, sunt nostrô etiam respectu dividua. v. g. Dominium, Possessio, Pignus, Jus hereditarium, Obligatio rei dividuæ, Ususfructus. v. Magnif. Dn. Salom. Zapf. *JCtus & in Aula Saxo-Cizensi Consil. in sua de Dividuitate disp.* Dissent. Hotom. *Ill. Qu. 18. 20. 21.* conf. et. Riemer. *Dec V. qu. 1.* Vinn. *L. 1. sel. qu. 28.*

Pro parte vivi] vel uti. vid. Pac. *C. IV. qu. 40.*

Hh *Tit.*

Tit. IX. Usufructuarius quemadmodum caveat.

Th. XVI.

D. Struv. Ut dominus securus esse possit de proprietate, desiderante eo, fructuarius (etiam η suô modô Usuarius *l. 5. §. 1. ff. Usufruct. quemadm. cav.* & cui Habitatio est concessa Mynsf. *ad §. pen. Inst. de Usu & hab.*) cavere cogitur, se usurum θ boni viri arbitratu, & cùm ususfructus ad eum pertinere desinet, restiturum ι quod inde extabit *l. 1. pr. & §. 3. ff. usufr. quemadm. cav. l. 4. C. de usufr.* quæ cautio est κ Satisdatio *l. 13. pr. ff. l. 4. C. de usufruct. l. 7. ff. usufruct. quemadm. cav.* & in omni Usufructu, λ ab omnique fructuario (exceptô patre fructuariô μ adventitiorum filii *l. 6. §. non a. 2. l. ult. §. 4. in fin. C. de bon. qua lib.* item fisco ν *l. 1. §. 18. ff. ut legat. nom. cav.* & in casu *l. 9.* ξ *§. 2. ff. usufruct. quemadm. cav.*) præstari debet *d. l. 13. ff. de usufr. d. l. 1. §. 1. & 2. l. 9. §. 1. ff. usufr. quemad. cav.*

η v. D. XII. th. 63.
θ th. 64. n. 1.
ι ib. n. 2.
κ ib. th. 65.
λ v. th. 68.
μ ib. th. 71. n. 1.
ν ib. n. 3.
ξ ib. n. 2.

Th. XVI.

Cavere cogitur] Perpetuum est, ut quicunque post tempus demum dare tenetur, interea caveat, vid. infr. *D. XVII. th. 16. in f. & XXIII. 7.* duæ autem sunt clausulæ, (1.) durante usufr. de modo utendi. (2.) eô finitô, de restitutione. Ampliatur, licèt ipsi assignatum sit corpus ad instar proprietatis, als sein Eigenthum zu besitzen und gebrauchen. Dn. Richter. *Decis. XIX. num. 4.*

Satisdatione] sc. quia prætoria cautio est. vid. *sup. D. II. th. 25. 16.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 50.*

Exceptô Patre] quia aliàs liberi parenti alimenta suppeditare tenerentur. B. Carpz. *p. 2. C. X. d. 9.* Secus in Matre. Dn. Richter. *Decis. XIX. num. 11.* cùm nec Pater usque immunis sit. Id. *ib. n. 12.* add. inf. *D. IX. th. 30.*

In casu l. 9.] quod itidem tamen suam patitur limitationem ap. Dn. Richter. *d. l. n. 5.* Hoc superest, Donatorem qui usumfr. sibi retinuit, non cavere. Carpz. *p. 2. C. XIV. d. 7. n. 6.*

Th. XVII.

Th. XVII.

Si agatur] h. e. Si ea exigatur. Nam Petens cautionem, agere dicitur *infr.* D. *XIX. th.11.* Hoc autem velle videtur Autor: Remissionem à testatore nulliter factam, convalidari, si acquiescat is cujus interest : Idem de testamento *infr. Diss. XVI. th.14.* & de Manumissione in fraudem creditorum facta, alibi.

Remitti possit] per *l. 7. C. ut in poss. leg.* B. Carpz. *p.3. C. XIII. d. 12.* Itelligitur autem posterior illa de restituendo clausula v. Vinn. *L. 1. sel. qu. 29.* Utrum verò ad verum usumfr. sit restringendum? v. Fachin. *L. VIII. c. 42. seq.* Bronch. *C. I. enant. 89.* B. Hahn. *h. n. 2. p. m. 431. inf.*

Th. XVII.

Cautio seu satisdatio hæc, si agatur, in tantum est necessaria, *o* ut nec à testatore remitti *π* possit, Clar. §. *testamentum. quæst. 64.* Gail. 2. *obs. 145.* Joh. del Castillo *tr. de Usufruct. c.15.* Heres autem quando successit, quin cautionem hanc in quovis Usufructu fructuario remittere possit, *ϱ* non videtur dubitandum. *per l. pen. C. de pact. l. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. Dd. ad l. 1. C. de usufr.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. p. 2. n. 76.* Gail. *d. obs. 145.* Perez. *in tit. Cod. de usufruct. n. 6.*

D. STRUV. *o d. th. 68. π ib. th 70. ϱ v. ib. th. 69. vers. Hinc si.*

Th. XIIX.

Juratoriam] quod tamen, si quis perversæ vitæ ac malæ famæ non sit, admitti probat adductis præjudiciis B. Carpz. *pr. Cr. Qu. 95. n. 64. seq.* facit regula juris : Impossibilium nulla est obligatio. *l. 185. de R. J.* add. Bronch. *C. 1. misc. qu. 50. p. m. 116.* Hahn. *h. n. 2. p. m. 432.*

Th. XIIX.

Si fructuarius ob inopiam cavere seu fidejussorem idoneum reperire non possit, num ad cautionem juratoriam admittendus? quod vix dicendum, cùm *σ* utiliter h. e. satisdatò caveri debeat § *2. th. 21. Inst. de usufr.* Cujac. *9. obs. 5.* An verò res fructuaria penes virum aliquem bonum & idoneum, qui respondeat fructuario de fructibus,

σ v. D. V.

D. Struv. τ de Sequestro, v. D. XXI. th. 45.

est sequestranda τ *per l. 5. §. 1. ff. ut legat. nom. cav.* Guido Papæ *decis. 250.* Gomez. *tom. 2. resol. 15. num. 3.* Perez. *in Cod. d. t. num. 5.*? an denique proprietario, qui contrà fructuario de certa fructuum vel pecuniæ quantitate singulis annis pendenda caveat, relinquenda, Fachin. *8. contr. 40.* Bocer. *cl. 5. d. 9. th. 23.* quam sententiam in Cam. Imp. approbatam esse testatur Mynsing. *6. obs. 48.* Nos Judicis arbitrio totam rem committendam & dijudicandam existimamus. υ Simon. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib. 4. dubit. 10. num. 81. in fin.* Rumelin. *part. 2. Pand. disp. 6. th. 34.* Adde Gail. *2. obs. 47.* Cæterùm quos ante petitam à se cautionem fructûs percipit Usufructuarius, eos suos φ facit *d. l. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. l. 9. §. 4. ff. ad exhib.* Rumelin. *d. d. thes. 32.*

υ v. D. XII. th. 65.

φ ib. th. 68. inf. j. th. 69. inf.

Lib. IIX. Tit. I. de Servitutibus.

Th. XIX.

Servitutes Reales non personæ, sed rebus seu prædiis χ debentur *l. 1. ff. de servit.* adeoque non cum persona, ut personales, ψ exstinguuntur, sed res ipsas ω comitantur, & in quemvis prædii possessorem transeunt *l. 23. §. 2. ff. de S. P. R. l. 12. ff. commun. præd. l. 3. C. de servit. & aq.* Vital. *2. var. lect. 1. num. 5.*

χ v. D. XII. th. th. 2. & XIII. 2.

ψ v. XII. 33. n. 1.

ω leg. D. XIII. th. 3. j. th. 36. p. 491. pr.

Th. XIX.

Non extinguuntur] vel certè, sublatô ædificiô cui servitus inhæret, eôque posteà restitutô, ipsa quoque servitus restituenda. B. Carpz. *p. 2. C. 41. d. 19.*

Ipsas res comitantur] sunt quippe adjuncta & affectiones rerum, nec per se subsistere possunt. Ex realibus tamen personales; ex urbanis rusticæ fieri, & contrà, possunt. *v. th. 25. b.* quia non à materia, sed destinatione & usu sic dicuntur. *th. 21. b.*

Th. XX.

Th. XX.

Constitutionem] Ea enim ipsum actum secundum, ac fermè servitutis exercitium denotat, eaque propter non potest non utrinque prædia requirere: Promissio autem servitutis, etiam futuro prædio fieri potest. *l. 23. §. f. ff. de S. U. P. l. 10. d. S. R. P. l. 25. §. 9. seq. ff. Fam. erc.* quale enim tunc prædium, talis & servitus. Non entis nulla prædicata præsentia: & nascitur intereà stipulatori jus personale *l. 37. de S. R. P.* Nunquam autem locus est servituti, Nisi rite fuerit imposita. Dn. Richter. *Decis. 98. n. 41. seqq.* B. Carpz. *L. 6. R. 58.* de cætero v. Bronch. *C. 1. enant. 96.* Autor *infr.* D. XI. *th. 22. in m.*

Vicina] Requisitæ huic prædiorum vicinitati graviter obstare putatur *l. 6. ff. si serv. vind.* ubi intermediæ proponuntur ædes. *Verùm*, istæ mediæ *aut* jam, tempore constitutæ servitutis, altiores sunt nostris; & tamen actus protinus non est inutilis, sed manet in suspenso, propter spem depressionis, tumque convalescit. *Aut* nondum sunt altiores, adhuc tamen liberæ; & nihilominus in pendenti servitus noviter constituta est, donec & mediis servitus imposita sit. *l. 7. §. 1. si serv. vind.* Multò

Th. XX.

Ad constitutionem D.Struv. Servitutis realis utrinque prædia requiruntur, *a* quorum alteri alterius caussâ imponatur *§. 3. Inst. de servit. l. 1. ff. Commun. præd.* ita ut illud serviat, *b* hoc dominetur. *c* Debent autem illa esse vicina *d l. 5. §. 1. ff. de S. P. R. l. 38. & seq. ff. de S. P. U. §. ult. Inst. de servit.* non tam conjunctione & confiniô, quàm utendi commoditate, ut locus, aut prædium intermedium, liberum servitutis usum non impediat *l. 7. §. ult. l. ult. ff. de S. P. R. l. 7. §. 1. commun. præd. l. 1. ff. de S. P. U. l. 4. §. ult. ff. si serv. vind. l. 14. §. ult. ff. de servit. l. 17. §. 3. ff. de aq. & aq. plu. arc.* Duar. *ad d. l. 14. §. ult.* Donell. 11. *comm. 2.* Cæpoll. *c. 18. de servit. urb. præd. num. 2.* Vide omninò Frantzk. *comment. ad tit. ff. de servit. n. 29. & seqq.*

a v. D. *XIII. th. 31 b conf. th. 4. c add. th. 3. ib. d ib. th. 32.*

magis, si mediæ jam tum serviant, ulterioribus servitus imponi poterit; quia, ut benè Autor, non tam vicinitas contactûs, quàm usûs spectatur. add. Bach. *Tr. v. 1. D. 17. th. 2.* B. Frantzk. *d. l. num. 37.* Riemer. *coroll. 2. ad Decad. 4.* Hahn. *h. num. 3. 5. p. m. 433.*

Th. XXI.

D. Struv. e v. D. XIII. th. 6. j. D. XXVI. th. 16.

Sicut autem Prædia non tam loci *e* quàm qualitatis & usûs ratione alia sunt Urbana, alia Rustica, *l. 198.* ubi Gœdd. *ff. de V. S.* ita & Servitutes quædam sunt Urbanorum, *f* quædam Rusticorum prædiorum *l. 1. ff. de servit.* quæ in *pr. §. 1. & 2. Inst. de servit. l. 1. & 2. ff. de S. P. U. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ff. de S. P. R.* recensentur. Adde Donell. II. *comm. 4.* qui utrasque ex commoditate, quam præbent, eleganter distinguit, item Bocer. *cl. 5. d. 8. th. 12. & seqq.*

f d. D. 13. th. 5.

Th. XXI.

Quàm qualitatis] quæ in *d. l. 198.* materiæ nomine exprimitur: Non ex qua; ita enim ex iisdem simplicibus s. ingredientibus utriusque generis prædia componuntur & exstruuntur; sed circa quam, s. objecti sc. cui destinata sunt prædia ratione finis. Sic stabulum ad pecora recipienda tunc rusticum erit, si ruris colendi, stercorandi, & stramina utiliter impendendi causâ ibi habeantur; Urbanum contrà, si hospitii solùm causâ recipiantur, solutâ pensione: ut adeò tam malè non dixerit Bronch. *C. 1. enant. 35.* à fine desumptam esse hanc distinctionem. Propter finem enim diversum diversimodè aptamus quoque materiam. add. Franzk. *Ex. V. qu. I.* & in *Comm. ff. de Servit. num. 62.* Riemer. *coroll. 3. ad decad. 4.* Dissent. *Vinn. L. 1. sel. qu. 30.*

Tit. II. de Servitutibus Urbanorum prædiorum.

Th. XXII.

Jus altius tollendi naturali quidem liber.

Th. XXII.

Interdum tamen] Exaltatio ædium facti est, ex naturali libertate cuivis jus soli

soli habenti competens; dum modò ne animô nocendi vicino id faciat B. Carpz. *p. 2. C. 41. d. 11.* Quandoque tamen est sine utilitate, dum vicini ex utroque latere pari libertate naturali suarum quoque ædium exaltatione æmulantes me sequuntur, luminibusque officiunt. Opus ergò est, exaltationem meditanti, prius jus aliquod LIBERE ædificandi acquirere, in eumque finem pacisci cum vicinis, Ne sequantur, sed depressas suas detineant ædes. Hac demum ratione fundo suo quæsiverit aliquod Jus, absque metu sc. æmulationis, ædificandi: FACTUM autem & antè habuit. Illorum verò prædiis libertas adempta & in jus acquiescendi conversa est, quod alterius illius Jus altius tollendi vocatur, horum verò respectu reverà servitus est, v. B. Carpz. *d. l. d. 13.* Autor verò & Dd. dum id de uno eodemque intellexerunt, possessoribus sc. prædiorum servientium, in errorem inciderunt, quasi jus altius tollendi quandoque libertas sit, quandoque servitus; tunc sc. quando quis cogatur in suo ædificare & altius tollere: Planè contra servitutum naturam, quæ in patiendo & non faciendo consistit. *th. 2. sup.* Dissent. B. Hahn. *Wes. h. n. 9. p. m. 439.* Tò Non-facere putans de natura, non de essentia servitutum esse. conf. Fachin. *L. 8. c. 47.* Pac. *C. 3. qu. 56.* Bronch. *C. 1. enant. 99.* Franzk. *Ex. 5. qu. 2.*

libertate omnibus D.Struv. competit, *l. 8. C. de servit. & aq.* interdum tamen & servitus est, *g* unde *l. 2. ff. de S. P. U. l. 7. §. 1. ff. commun. præd.* §. 2, *Inst. de act.* servitutibus annumeratur. Quâ ratione autem id fiat, *h* variè explicant post Glossam Bart. & Dd. *in d. l. 2. ff. de S. P. U.* item Jason. Johan. Fab. Zas. Mynsing. Donel. Wesemb. *in d.* §. 2. *Inst. de action.* Adde Besold. *delib. ad lib. 8. ff. n. 9.*

[*g* v. D. XIII. th. 12.]

[*h* conf. ib. th. 33.]

Th. XXIII.

Differunt] Contrarium ex *l. 15. & 16. ff. de S. P. U.* evincere conatur Bronch. *C. 1. enant. 5.* quia, quam JCtus in *d. l. 15.* appel-

Th. XXIII.

Servitus luminum, & *i* Ne luminibus officiatur, inter se differunt, ut disertè tra-

[*i* v. D. XIII. th. 13.]

magis, si mediæ jam tum serviant, ulterioribus servitus imponi poterit; quia, ut benè Autor, non tam vicinitas contactûs, quàm usûs spectatur. add. Bach. *Tr. v. 1.* D. *17. th. 2.* B. Frantzk. *d. l. num. 37.* Riemer. *coroll. 2. ad Decad. 4.* Hahn. *h. num. 3. 5. p. m. 433.*

Th. XXI.

D. Struv. e v. D. XIII. *th. 6. j.* D. XXVI. *th. 16.*

Sicut autem Prædia non tam loci *e* quàm qualitatis & usûs ratione alia sunt Urbana, alia Rustica, *l. 198.* ubi Gœdd. *ff. de V. S.* ita & Servitutes quædam sunt Urbanorum, *f* quædam Rusticorum prædiorum *l. 1. ff. de servit.* quæ in *pr. §. 1. & 2. Inst. de servit. l. 1. & 2. ff. de S. P. U. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ff. de S. P. R.* recensentur. Adde Donell. II. *comm. 4.* qui utrasque ex commoditate, quam præbent, eleganter distinguit, item Bocer. *cl. 5. d. 8. th. 12. & seqq.*

f d. D. 13. *th. 5.*

Th. XXI.

Quàm qualitatis] quæ in *d. l. 198.* materiæ nomine exprimitur: Non ex qua; ita enim ex iisdem simplicibus s. ingredientibus utriusque generis prædia componuntur & exstruuntur; sed circa quam, s. objecti sc. cui destinata sunt prædia ratione finis. Sic stabulum ad pecora recipienda tunc rusticum erit, si ruris colendi, stercorandi, & stramina utiliter impendendi causâ ibi habeantur; Urbanum contrà, si hospitii solùm causâ recipiantur, solutâ pensione: ut adeò tam malè non dixerit Bronch. *C. 1. enant. 35.* à fine desumptam esse hanc distinctionem. Propter finem enim diversum diversimodè aptamus quoque materiam. add. Franzk. *Ex. V. qu. I.* & in *Comm. ff. de Servit. num. 62.* Riemer. *coroll. 3. ad decad. 4.* Dissent. *Vinn. L. 1. sel. qu. 30.*

Tit. II. de Servitutibus Urbanorum prædiorum.

Th. XXII.

Jus altius tollendi naturali quidem liber.

Th. XXII.

Interdum tamen] Exaltatio ædium facti est, ex naturali libertate cuivis jus soli

soli habenti competens; dum modò ne animô nocendi vicino id faciat B. Carpz. *p. 2. C. 41. d. 11.* Quandoque tamen est sine utilitate, dum vicini ex utroque latere pari libertate naturali suarum quoque ædium exaltatione æmulantes me sequuntur, luminibusque officiunt. Opus ergò est, exaltationem meditanti, prius jus aliquod LIBERE ædificandi acquirere, in eumque finem pacisci cum vicinis, Ne sequantur, sed depressas suas detineant ædes. Hac demum ratione fundo suo quæsiverit aliquod Jus, absque metu sc. æmulationis, ædificandi: FACTUM autem & antè habuit. Illorum verò prædiis libertas adempta & in jus acquiescendi conversa est, quod alterius illius Jus altius tollendi vocatur, horum verò respectu reverà servitus est, v. B. Carpz. *d. l. d. 13.* Autor verò & Dd. dum id de uno eodemque intellexerunt, possessoribus sc. prædiorum servientium, in errorem inciderunt, quasi jus altius tollendi quandoque libertas sit, quandoque servitus; tunc sc. quando quis cogatur in suo ædificare & altius tollere: Planè contra servitutum naturam, quæ in patiendo & non faciendo consistit. *tb. 2. sup.* Dissent. B. Hahn. *Wes. h. n. 9. p. m. 439.* Tò Non-facere putans de natura, non de essentia servitutum esse. conf. Fachin. *L. 8. c. 47.* Pac. *C. 3. qu. 56.* Bronch. *C. 1. enant. 99.* Franzk. *Ex. 5. qu. 2.*

libertate omnibus competit, *l. 8. C. de servit. & aq.* interdum tamen & servitus est, *g* unde & *l. 2. ff. de S. P. U. l. 7. §. 1. ff. commun. præd. §. 2. Inst. de act.* servitutibus annumeratur. Quâ ratione autem id fiat, *h* variè explicant post Glossam Bart. & Dd. *in d. l. 2. ff. de S. P. U.* item Jason. Johan. Fab. Zas. Mynsing. Donel. Wesemb. *in d. §. 2. Inst. de action.* Adde Besold. *delib. ad lib. 8. ff. n. 9.*

D. STRUV.

g v. D. XIII. tb. 12.

h conf. ib. tb. 33.

Th. XXIII.

Differunt] Contrarium ex *L. 15. & 16. ff. de S. P. U.* evincere conatur Bronch. *C. 2. enant. 5.* quia, quam JCtus in *d. l. 15.* appel-

Th. XXIII.

Servitus luminum, & *i* Ne luminibus officiatur, inter se differunt, ut disertè tra-

i v. D. XIII. tb. 13.

D.Stauv. traditur *l. 4. & l. 23. ff. de S. P. U.* Est autem servitus luminum, quâ vicinus lumina i. e. fenestras nostras in suo pariete excipere cogitur *l. 4. l. 40. ff. de S. P. U.*

k ib. vers. Etiamsi. In proprio *k* verò pariete sine jure servitutis lumina seu fenestras, per quas in alienum prospiciatur, etiam invitô vicinô habere licet *arg. l. 8. §. 1. ff. si servit. vind. l. 24. §. fin. ff. de damn. infect. l. 61. ff. de R. J.* Donel. 11. *comm. 5. & ibi* Hilliger. Cæpol. *de servit. urb. præd. c. 62.* Frantzk. *exer. Justin. 5. q.* 3. licèt quamplurimi dissentiant.

appellaverit servitutem Ne luminibus officiatur; hanc mox in *l. 16.* appellet servitutem Luminum. *Sed enim*, mens JCtis non fuit, de diversis loqui servitutibus; cùm Paulus non agat de distincta quadam servitute luminum; sed explicet tantùm, quid Ulpianus vocabulô luminis in dicta Ne luminib. offic. servitute intelligat. add. Ungeb. *Ex. VI. qu. 7.* Riemer. *Dec. 4. qu. 10.* Cæterùm, Pactum servitutis Ne prospectui officiatur obligat etiam eum qui titulô singulari detinet domum. B. Carpz. *p. 2. C. 41. d. 14.*

Invitô vicinô] add. Id. *ib. d. 12.* Ungeb. *Ex. VI. qu. 8.* Riemer. *Dec. IV. quæst. 8.* Frantzk. *d. l.*

Tit. III. de Servitutibus Rusticorum prædiorum.

Th. XXIV.

l v.D.XIII. thes. 20. vers. constituto. Quàmvis Actui per consequentiam *l* iter insit *pr. Inst. de servit. l. 58. ff. de V. O. l. 9. in fin. ff. de novat. l. 1. ff. de adim. leg.* actum tamen sine itinere dari posse nullum est dubium *l. 4. §. 1. ff. si serv. vind.* idque tam expressâ conventione inter vivos

Th. XXIV.

Per consequentiam] Actus, quantum ad essentiam suam, præscindit ab itinere, ac perinde subsistere potest, exemptô illo, & inclusô. Naturæ tamen ejus conveniens est, ut tanquam majus contineat id quod minus est, quàmdiu per pacta contrarium nihil est dispositum: Creduntur autem paci-

pacifcentes juxta negocii naturam convenisse, donec contrarium probetur. Vide pluribus hæc explicantem & dubia resolventem B. Ungeb. *Ex. VI. qu. 6.* cui add. Riemer. *Decad. IV. qu. 9.* Bronch. *C. 2. enant. 8.*

Quorum ille &c.] An fructus sine usu esse possit? v. Bronch. *C. 1. Ennant. 88.* Pac. *C. 3. qu. 49.*

Publica] Ea enim per nullius prædium pergere dici potest, licèt aliquando contingat ut aliquis cis & ultra viam, seu hinc & inde prædia possideat.

vivos *d. l. 4.* §. 1. quàm voluntate testatoris iter ab actu ademptum volentis. **D.Struv.** Eadem enim ferè in proposito ratio est itineris & actûs, quæ usûs & ususfructûs, *m* quorum ille ab hoc, cui tamen inest, separari potest. *l. 5. §. 1. ff. Usufruct. quemadm. cav.* Via *n* verò essentialiter & iter & actũ, quæ ideò & definitionem ejus ingrediuntur, continet. *pr. Inst. de servit. arg. l. 13. §. 1. ff. de accept. l. 9. ff. si serv. vind.* Intelligitur autem hîc via privata, *o* non publica, *p* in qua cuivis liberè commeare licet, quæ Regalibus *q* accensetur *c. un. quæ sint regalia 2. F. 56.* Schneidevvin. *ad pr. Inst. de servit. n. 23.*

m v. D. XII. th. 57.
n v. D. XIII. th. 21.
o conf. D. XLV. th. 56. j. th. 130.
p v. d. th. 56. j. th. 57. & sim.
q de quib. vid. Synt. feud. c. VI. aph. 23.

Th. XXV.

Personales] Cùm servitutum natura [illegible] utilitate & destinatione pendeat, æstimeturve, facilè evenit, ut urbanæ & rusticæ, prædiales & personales invicem transfigurentur. Accidit hoc in Aquæductu, qui sine dubio rustica & realis est, nihilominus personæ quæ vel nullum, vel non vicinum habet præ·

Th. XXV.

Aquæ haustus, *r* & Pecoris ad aquam appulsus, *s* servitutes sunt reales non personales §. 2. *Inst. de servit. l. 4. & 5. ff. de S. P. R.* personæ tamen, quæ prædium vicinum non habet, constitui possunt *l. Mela.*

r v. D. XIII. th. 23.
s ib. th. 24.

D. Struv. t v. ib. th. 27. j. th. 7. inf. u v. ib. th. 25.

14. t §. 3. *ff. de alim. & cibar. relict.* Idem sentiendum de jure pecoris pascendi u in alieno, quod non licet, nisi servitute constitutâ *d.* §. 2. *Inst. de servit. l. 4. ff. de S. P. R.* quam qui debet, locum pastioni destinatum mutare & ad culturam invitô eô, cui debetur, & ut juri ejus noceatur, redigere non potest *l.* 1. §. 4. *& 11. ff. de aq. pluv. arc.* vid. Cœpol. *de serv. præd. rust. c. 9. n. 40.* Schneid. *ad d.* §. 2. *Inst. de servit. n. 33.*

prædium, utiliter constituitur. *d. l. 14.* ut vel in suum commodum, bibendi, coquendi, lavandi, convertat; vel in usum unius alteriusve pecoris, quod in nullius ruris, (quod nullum fortè habet:) usum alit, sed suam modò personam inde exhibet. Aut, positò, fundum possidere, mens tamen constituentis non fuerit, realem constituere servitutem. v. Franzk. *Comm. ff. de S. R. P. n. 23. seqq.* Riemer. *coroll. 4. ad Decad. 4.* Hillig. *D.* E. *XI.* 7.

Quam qui debet] Ita Elector Sax. *p. 2. C. 41.* Fundum à Domino in præjudicium ejus, qui jus pascendi in eo habet, arari non posse. Der Grund-Herr kan zu Nachtheil dem so das jus pascendi erlanget/ den Grund und die Leiten nicht umreissen oder zu Acker machen.

Tit. IV. Communia pædiorum, tam urbanorum quàm rusticorum.

Th. XXVI.

x v. D. XIII. th. 34.

Ad servitutem imprimis requiritur, ut caussam habeat x perpetuam *l. 28. ff. de S. P. U.* licèt actus ipse nonnunquàm vel ex conventione suspendatur *l. 4.* §. *ult.*

Th. XXVI.

Causam perpetuam] Est autem perpetuitas ista cum vulgo Doctorum non desumenda à *causa* quadam *externa*, Re videlicet, quæ servituti occasionem præbet, cujus causâ est quæsita; & vel ejus arcendæ (ut

(ut in stillicidio, aqua pluvia) vel ejus habendae, ut in aquaeductu & sim. quae moralis mage quàm naturalis est, licèt & suô sensu naturalis dicatur: Sed ab *interna*, quae ipsi rei sit naturalis, ac conseqv. perpetua; quae h. l. est ipsa aptitudo s. habilitas, facultas illa moralis passiva, quâ praedium serviens perpetuò ita debet esse dispositum, ut exercitium dominicum recipere possit, licèt id non continuò sed per intervalla suscipiatur. Hinc servitutes Stillicidii & Itineris perpetuae sunt, utcunque id quod Interpp. pro causa habent, non sit perpetuum. v. Franzk. *Comm. ff. de Servit. n. 48. ad 54.*

D. STRUVI

§. *ult. l. 5. §. 1. ff. de servit.* vel etiam per rei naturam continuè exerceri nequeat, ut patet in servitute itineris & stillicidii. Perez. *in Cod. de servit. & aq. n.* 18. Donell. *11. comm. 3. &* Cujac. *11. obs. 3.* Et haec caussa aequè in rusticis ac in urbanis servitutibus est perpetua, Johan. Super. *ad l. 14. ff. de S. P. U.* adeoque veterum distinctio inter servitutes continuas & discontinuas, quâ caussa cum possessione confunditur, est rejicienda. Conan. *4. com. 9.* Donel. 11. *com. 3. &* 11. & ibi Hillig. Ludov. Vital. *2. var. lect. 13.* Bronchorst. *1. ass. 92. & 97.*

Th. XXVII.

Praescribi] Omnes indifferenter servitutes reales, sive causam continuam s. discontinuam habeant, in foro Sax. praescribuntur uno & triginta annis, sex septimanis & tribus diebus. v. B. Carpz. *p. 2. C. IV. d.* 8. conf. Dn. Richter. *Decis. 86. n. 2.* de coetero add. Pac. *C. 3. qu. 53.* Bronch. *C. 1. enant. 92.* Riemer. *Dec. 4. qu. 7.*

Scien-

Th. XXVII.

Iisdem modis, *y* quibus Ususfructus, etiam Servitus constituitur *l. 5. pr. ff. de servit.* pactionibus scil. & stipulationibus inter vivos, ac ultimâ voluntate seu testamentô §. *ult. Instit. de servit. l. 4. ff. de servit. l. 16. ff. commun. praed. t. t. ff.* de

y V. D. XIII. th. 29. 35. j. D. XII. th. 9.

D. Struv. *x d. D. 13. th. 38. seq.*

de servit. legat. Insuper & longô tempore præscribi *x* potest *l. ult. C. de præscript. long. temp. l. 1. l. 2. C. de servit. & aq. l. un. C. de transform. usucap.* & ad hanc præscriptionem adversus dominum prædii servientis scientem titulus *α* non requiritur, *l. 10. pr. ff. si servit. vind. l. fin. ff. de aq. pluv. arc. l. 2. C. de servitut.*

α d. th. 38. p. 491. in f. j. th. 57.

Scientem] Imò, si adsit titulus & bona fides, scientia & patientia adversarii non requiritur. Hinc & contra ignorantem præscribi Longovallius statuit, per *l. f. C. de long. temp. præscr.* quæ nullam scientiam vel ignorantiam attendi ait. Licèt autem B. Carpz. *L. 1. R. 36. num. 7.* eam de corporalium præscriptione exaudiat, Vinnius tamen *L. 1. sel. quæst. 31.* utrisque commune id esse putat. add. Frantzk. *Ex. V. quæst. 4.* Fachin. *L. 1. c. 69. & L. VIII. cap. 20.* Dn. Brunneman. *in enant. 7. d. l. f.* Dissent. Bronch. *C. 2.*

Titulus] Scil. si adsit scientia & patientia Domini, quæ in rebus incorporalibus est locô tituli. Bronch. *C. 1. enant. 93.* Vinn. *d. qu. 31.* Franzk. Fachin. *d. l.*

Th. XXIIX.

Servitute concessâ omnia tacitè concessa intelliguntur, *β* sine quibus uti eâ non licet *l. 20. §. 1. ff. de S. P. U. l. 10. ff. de servit. l. 11. comm. præd. l. 3. §. ult. de S. P. R.* Imò servitute simpliciter concessâ v. c. itinere aut actu per alicujus fundum, fundus universus & omnes ejus glebæ *γ* servituti

β conf. D. XIII. th. 23. in m.

γ v. th. 31. vers. similiter.

Th. XXIIX.

Omnia tacitè] argumentô ejus, quod hereditate vel tutelâ in aliquem delatâ libertas simul data præsumatur. add. Bronch. *C. 2. qu. 4.*

Servitute simpliciter] Servitus est libertatis privatio, & sic qualitas quædam civilis, efficiens ut subjectum suum incipiat qualiter se habere; diffundit ergò se ad instar formæ per totum fundum, ac hæret in qua-

quavis ejus parte, Bronch. *C. I. Enant. 100.* ut adeò electio loci competat ei cui servitur; ita tamen ut commoditati, non malitiæ indulgeat, & alteri noceat: alioquin proprietarius eliget. per *l. 26. ff. de S.P.R.* v. Bronch. *C.1.qu.6.* Pac. *C.3 qu.52.* Donell. *Comm. Lib. XI. cap. 13.*

tuti sunt obnoxiæ, *l. 13.* §. 1. D.Statv.
ff. de S. P. R. Cœpol. *de servit. urb. c. 16.* gl. & Dd. *in l. 11. ff. de servit.* civiliter δ δ *ibid. p.*
tamen usurpari debet *l. 9. 448.pr. ff. de serv. d. l.* 13. §. *1.* & *l. 21.* & *l. seq. ff. de S. P. R.*

Tit. VI. Quemadmodum servitutes amittantur.

Th. XXIX.

Remissionem] de qua conf. infr. *Disp. XII. th. 26.* & *XIX. 10.* juri enim pro se introducto quilibet renunciare potest.

Interdum duplicatur] sc. in servitutibus per intervalla constitutis, quarum usus ad menses vel dies restrictus, ut annuatim vel alternis diebus fiat, nec quotidianus sit. Tunc, quòd minor præsumatur negligentia, & quòd usus aliàs congustatus sit, inter præsentes duplicatur. Absentes alioquin suô gaudent vicenniô.

Distinguendum] ut sc. in urbanis solus non-usus non sufficiat, sed à serviente contraventum esse oporteat. Sic & in Negativis servitutibus demum

Th. XXIX.

Amittitur servitus vel factô Domini vel casu rei.
Factô ε Domini per Remissionem *l. 6.* §. *1. vers.* & *adhuc id. l. 8. quemad. servit. amit. l. pen. in fin. ff. commun. præd.* vel non utendo ζ per certum tempus *l. 10. pr. l. 6.* §. 1. *l. 8. quemadm. servit. amit. l. 17. ff. de S. P. R. l. 13.* & *seq. C. de servit.* & *aq.* quod interdum η duplicatur *l. 7. ff. quemadm. servit. amit. l. ult. C. de servit.* & *aq.* distinguendum θ etiam circa hunc modum

ε v. D. XIII. *th. 55.*
ζ *ib. th. 56.*
η *ib. vers. quod tempus.*
θ *ib. th 57.*

D.Struv. inter servitutes rusticas & urbanas *l. 6. & seq. l. 32. ff. de S. P. U. l. 18. in f. ff. quemad. servit. amit. l. 19. §. 1. eod.* Casu rei amitti-
t ib. th. 53. tur, tum confusione t *l. 1. l. 15. eod. l. 8. §. 1. ff. de serv. l. 31. ff. de S. P. R.*
x ib. th. 54. tum rei x interitu *l. 14. ff. quemadm. servit. amit.* 10.

mum à prohibitione praescriptio incipit. B. Carpz. *L. 1. Resp. 36. & p. 2. C. IV. d. 13.*

Confusione] add. huc *Diss. 5. X. th. 8. Diss. XII. th. 25. &* XXIII. 16.



DI.

DISPUTATIO SEPTIMA

ad Lib. IX. X. & XI. Pandectarum.

Respondente

JOH. HENRICO Weissenborn / Longo-Salissâ Thur.

Lib. IX. Tit. I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Th. I.

HOdie] Ita sentiendum videtur, quòd Noxæ deditio, si instituatur *actio civilis rei persecutoria*, hodienum habeat locum; prout & Dn. Jenenses Petro Sturmio, Senatori Plaviensi, in puncto læsi à suo cane rabioso infantis, Mens. Octobr. 1607. & Mens. Aug. 1631. Melchiori à Breitenbauch, in puncto occisi ab equo suo pueri: Sed & Dn. Helmstadienses d. 16. Oct. 1645. Præfecto Schöningensi, apud B. Dn. Hahn. *Wes. h. n. 3. p. m. 446. pr.* responderunt. *Dum modò* noxium animal vel confestim dimittatur, vel si extra domum damnum intulit, non recipiatur. *Nam* dominus, apes post equum occisum recipiens ad ejus pretium reus pronunciatus est à Dnn. Jenensibus, ad requisitionem

Th. I.

D.Struv.

DAmnum à demendo vel ademptione dictum, *l. 3. ff. de damn. infect.* Donel. *15. comm. 25.* est quævis dominii vel rei alienæ detractio aut deminutio, quæ contingit vel cum, vel sine lucro damnum dantis; fitque vel ab animali bruto, vel ab homine, eoque vel libero vel servo. Quod à bruto infertur, Pauperies *a* dicitur, damnum scil. sine injuria *b* facientis datum, *pr. Inst. si quadrup. pauper. fec. dic. l. 1. §. 3. ff. eod.* ad quod reparandum Actio *c* Noxalis adversus dominum *d* animalis L. XII. Tabb. est prodita, quô vel animal quod

a v. D. XIV. th. 8. pr.
b ib. th. 11.
c ib. th. 7.
d ib. th. 11.

D.Struv. *e ib.th.14.* quod nocuit, aut *e* æstimationem ei, cui nocitum est, offerre debet *pr. Inst.* *f conf. ibid. pag. 312. pr.* *l. 1. pr. ff. d. t.* Hodie *f* noxæ deditio non usurpatur, sed damnum arbitriô Judicis secundùm præsens tempus, quô damnum datum est, æstimatur P.H.O. *art.* 136. Wesemb. *in par. ff. h. t. n. 6.* Köpp. *l. 2. obs. 78. num. 10.*

nem Joh. Sachsen zu Stelzendorff/ Mens. Aug. 1611. & dicto Breitenbachio, si equum recipere velit, unius integri Wehrgeldi præstatio injuncta. ap. Dn. Richter *Decis. V. num. 32. p. 60. col. 2.* Sin admonitus Dominus de ferocitate sui animalis istud non custodierit, occiderit vel alienaverit, *actione pœnali*, condictione scil. ex nova Imperii lege, in *d. a. 136.* P.H.O. conventus, noxæ deditione non liberabitur: prout ad solutionem damni & expensarum dominum bovis cornupetæ, haut ignarum illius perfidiæ, damnandum censuerunt prælaudati JCti Jen. Mens. Jul. 1631. apud Dn. Richter. *d. l.* Et eò trahenda Dn. Autoris sententia.

Th. II.

Rationem assignat B. Hahn. *Wes. h. n. 1. p. m. 464.* quòd sit ex delicto. Id quod probat (1.) quia datur ex falsa & dolosa terminorum renunciatione s. determinatione. *l. 1. §. 1. h.* sed ℞. datur principaliter ex contractu, in quem saltem dolus incidit. *l. 4. ff. h.* (2.) quia datur etiam contra eum, qui à Judice saltim adhibitus est, & cum quo de renunciando nihil convenit. *l. 3. §. 4. h.* ℞. Perinde est; operam pollicitus est & adhibuit; cuicunque etiam præstiterit. (3.) quia non datur in heredes, *l. 3. §. p. h. junct. arg. l. 49. de O. & A.* ℞. est fallacia non-causæ ut causæ: Non statim ex delicto principaliter sunt & immdiatè, quæ contra heredes negantur. *§. 1. vers. aliquando J. de Perp. & temp. act.* Dn. Struv. *XLVI. 79. p. 796. circa f.* (4.) quia Agrimensor civiliter non est obligatus. *l. 1. §. 1.* ℞. Itid. ut sup. Non inde esse, quasi principaliter & directò ex delicto sit obligatus; sed quia delictum in contractum incidit.

Tit. VII. de Religiosis & sumptibus funerum; & ut funus ducere liceat.

Th. XXX.

A jure & humanitate penitus est alienum, sepulturam debitoris præ-

Th. XXX.

Sepulturam debitoris] Idem, non licere, re-

responderunt Scabini Lipsienses Hansen Ehrenreichen zu Lucca. Mens. Mart. 1632. B. Carpz. *p. 1. C. 30. d. 21.* qui in *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 374.* rescriptum refert; Nemini ob paupertatem sepulturam denegandam esse.

prætextu debiti non soluti impediri; *i* quod meritò sub gravi poena prohibitum ab Imperat. *in l. ult. C. de sepulc. viol. Novel. 60. c. 5.* Covarr. *lib. 2. resol. c. 1.* Wesemb. *in parat. ff. de religios. n. 5.*

D. STRUV. *i v. D. XV. th. 83. in m.* D. XXVI. *th. 17. in f. & D.* XLVIII. *88. n. 4.*

Th. XXXI.

Tantus favor] In Ord. Process. Elect. Sax. Tit. 41. Wie die Gläubiger ihrer Schulden nach einander bezahlet werden sollen: quinque classes creditorum constituuntur, in quarum prima veniunt, qui singulari quadam prærogativâ & prioritate præ omnibus sunt privilegiati: quos inter etiam impensæ funebres; quæ, quia reliquis etiam creditoribus hypothecariis anterioribus expressis præferuntur, magnô quidem favore gaudent; nihilô tamen minus multi his præferuntur, qui vel dominium vel hypothecam in rebus debitoris probare possunt: item mercedes famulorum: prout prolixius dictâ *Ord. process. tit. 42. & p. 1. Const. El. 28.* deducitur: præprimis Carpz. *ib. d. 24. & 39.* add. Autor infr. D. XII.

Th. XXXI.

Ad sumptus funebres pertinet, quicquid *k* funeris custodiendi, ad locum sepulturæ ducendi & humandi, ac locum ipsum emendi caussâ, item in ungenta, sarcophagum & vestes erogatur *l. 14. §. 3. l. 37. ff. l. 3. C. de relig. & sumpt. fun.* pro quibus adversus heredem Actio funeraria *l* ex æquo & bono introducta *l. 14. §. 6. 7. & 13. ff. eod.* datur; siquidem impendens cum defuncto contrahere, ejusque negotium gerere *m* videtur *l. 1. ff. l. 3. C. eod.* Horum sumptuum tantus est favor, ut etiam ante *n* omne creditum, si fortè bona

k v. D. XV. *th. 88.*

l ib. th. 84.

m ibid. th. 85.

n th. 89. ibid. j. D. XLIV. th. 45. n. 3.

D. Struv. bona solvendo non sint, ex hereditate deduci debeant *l. pen. ff. d. t.* Eodem privilegiô quoque gaudet illud, quod in curationem morbi, ex quo mortem debitor oppetiit, *o* consumptum est *d. l. 3. C. d. t. l. 4. C. de petit. hered.* Roland. à Vall. *consil. 14. n. 26. vol. 1.* Vincent. de Franchis. *decis. 51. n. 1.* Berlich. *part. 1. conclus. 64. num. 96.*

o d. th. 29.

D. XII. *th. 21. seqq.* & D. XXI. *th. 16. in f.* Fachin. *L. XII. c. 49.* Cœterùm de actione de religiosis elegantia vid. ap. B. Hahn. *ſ. Wes. b.* ubi responsum suæ Facultatis notabile refert.



DI-

DISPUTATIO OCTAVA
ad Lib. XII. & XIII. Pandectarum.

Respondente

ERNESTO Schönleben/ Freiberg. Misn.

Th. I.

L*Atè, strictè*] Etsi Res creditæ κατ' ἐξοχὴν in specie dicantur res Mutuò datæ: Tamen verum est, & Credendi & Rei verbum, per se consideratum, latissimè patere: ut ita plura sub titulo crediti potuerint explicari; sicut & eâ occasione Prætor sub titulo rerum creditarum multa ad contractûs varios pertinentia jura complexus est. v. *Coll. jur. Arg. h. tit. 1. in f.*

Dominium transferimus] vid. *th. 8. h.*

Th. I.

RES α credita seu Creditum β latè quidem omnes contractûs, quibus alienam fidem sequimur, complectitur *l. 1. pr. ff. de R. C. l. 2. §. 3. ff. eod.* strictè γ tamen & propriè Mutuum, quô regulariter ob solam debitoris fidem Dominium rei δ transferimus, significat. *d. l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 11. ff. de V. S.* Duar. *in comment. ad h. t. cap. 1.*

D. STRAUV. α v. D. XVI. *th. 2. pr.* β *ib. in m.* γ *ib. th. 5. pr.* δ *conf. th. 8. ibid.*

Th. II.

Sic dictum] displicet hoc aliquibus. Nam Cujacius à Mutatione dictum putat. *Lib. 11. obs. 37.* cui facit satis Dn. Schröter *ad Sutb. XIII. 13.* vide ex professo B. Ungeb. *Ex. X. qu. 6. pag. 495.*

Sit contractus] Non impropriè loquendo, prout quidam autoritate *l. 19. ff. de V. S.* volue-

Th. II.

Mutuum exinde, quòd ex meo fiat ε tuum, sic dictum *pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 2. §. 2. ff. de R. C.* quando pro contractu accipitur, definiri potest, quòd sit contractus, ζ quô res η pondere, numerô vel men-

ε *d. D. 16. th. 3. lin. 4.* & *th. 7. lin. 5.* ζ *d. th. 5. lin. 2.* η *conf. th. 14. ib. pr.*

mensurâ constans (quæ appellatione quantitatis θ venit *l. 87. pr. ff. de legat. 2. l. 19. §. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. 6. C. si cert. pet. l. 1. pen. & ult. de cond. tritic. l. 8. junct. l. 21. C. de locat.*) ea lege datur accipienti, ut tantundem ejusdem generis ι quandoque reddat. *pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. 2. ff. de O. & A.*

D. Struv. θ ib. p. 579. lin. pen.

ι ib. th. 4. lin. 3. th. 5. in f. th. 7. in f. th. 8. in f. th. 9. lin. 8. th. 14. p. 180. lin. 3. th. 26. pr. & th. 36. lin. 2.

voluerunt, quasi ad contractum requiratur, ut ultro citroq; h. e. uterque contrahentium obligetur: Cùm in mutuo solus debitor. Sed verè ac propriè: Quia contractus est mutua tractatio, ad obligandum sive alterutrum, sive utrumque: prout benè explicat Bronch. *C. 1. misc. 10. qu. 53.* Sufficit enim, contractum ab utroque factum esse, licèt effectum non extendat ad utrumque. B. Ungeb. *Ex. X. qu. 7.* cui add. B. Hahn. *Wes. h. n. 13. p. m. 482.*

Mensurâ constans] Quid sibi Paulus *in l. 2. §. 1. ff. h. n. t.* voluerit, quando dixit: Mutui dationem consistere in iis rebus, quæ pondere, numerô, mensurâ constant, explicandum sibi sumsit Fachinæus *L. 2. controv. 49.* quô labore Studiosis gratam se navaturum operam existimat. ubi vid.

Th. III.

Contractus hic, ut plerique alii, juris est gentium *l. 5. ff. de I. & I. §. 2. in fin. Inst. de J. N. G. & C.* & ad eundem non minùs, ac ad cæteros, Consensus κ requiritur *l. 1. §. 2. ff. de pact. l. 55. ff. de O. & A. l. 3. §. 1. ff. eod. l. 32. ff. de R. C.* qui errorem & dissensum λ excludit. *l. 15. ff. de jurisd. l. 116. ff. de R. J. l. 18. ff. de R. C.* item personas, μ quæ vel aliàs in universum contrahere prohibentur, ν vel speciatim ab hoc con-

κ D. XVI. th. 8. p. 574. vers. Licèt enim.

λ ib. th. 10.

μ ib. th. 15. 16.

ν v. D. VI. thes. 36. seqq.

Th. III.

Qui errorem] Insignis hæc est controversia, ibi plerique Interpp. Ipsam dominii translationem, cum titulo s. causa transferendi confundunt. Orta autem est ex collatione allegatæ *l. 18. ff. h. t.* cum *l. 36. ff. de A. R. D.* Quas ita conciliat Autor, ut ex errore certus titulus & contractus oriri nequeat,

queat, quod in d. l. 28. asseratur, Interim tamen Dominii translatio isthôc dissensu neutiquàm impediatur d. l. 36. quam habet infra Disp. XX. th. 15. in m. Cœterùm tractârunt hoc Bronch. C. 2. enant. 21. Pac. C. 3. qu. 67. junct. C. 7. qu. 90. Hahn. Wes. b. n. 12. p. m. 476. Donell. L. 4. Comm. cap. 18. & ad n. l. 18. n. 6. Perez. C. b. n. 13. Lindeman. ad Inst. de R. D. §. 73. Bach. Tr. b. th. 4. lit. A. pag. 754.

contractu arceantur, ut sunt Rectores & Præsides provinciarum temporarii l. 33. & seq. ff. de R. C. l. 3. C. si cert. pet. item filiusfam. qui quidem mutuum dando alium sibi obligat, l. 17. ff. de R. C. ab alio verò accipiendo, ob Sc. Macedonianum, de quo suô locô ξ non obligatur, l. 1. l. 3. §. 3. & seqq. l. pen. & ult. ff. de SC. Maced. §. pen. Inst. quod cum eo qui in al. pot. Duar. d. comm. c. 3. Mozz. de contract. art. de person. quæ pos. mutuar. n. 25. D. STANT. ξ D. XX. thes. 51. seqq.

Temporarii] Ita res evolvenda: Qui perpetuò præest officio, arceri à contractibus sine iniquitate non potest: l. 34. pr. ff. b. n. t. Fachin. L. 2. c. 78. Qui ad tempus: agitare fœnus prohibetur, per txx. ab Autore allegatos: tum, ne curam Reip. negligat, tum ne subjectos sibi concutiat: accipere mutuò non vetatur, d. l. 34. §. 1. modò ne ab illis qui coram ipso tunc litigant, adeoque quorum ipso actu est Judex l. 16. C. b. n. t. Ita conciliantibus Bronch. C. 1. misc. qu. 55. Pac. C. 3. qu. 75.

Ab alio accipiendo] de his vid. infr. D. IX. th. 19. interim v. Joh. à Sande L. 3. decis. Fris. 2. Tit. 2.

Th. IV.

Sine mandato] Ad hujus theseos planiorem intellectum oppidò facit casus quem habet prælaudatus Sandejus L. 3. T. 2. d. 3. ubi universitas ad exsolutionem pecuniæ, speciali suô mandatô per Administratorem acce-

Th. IV.

Civitas per Administratores ο suos, sine mandato & absque consilio consensuque civium, vel majoris eorum partis, prout status ejus postulat, mutui ο v. D. XVI. thes. 18. seqq.

D.Struv. tui datione efficaciter non obligatur, nisi pecuniam in
πib.th.21. utilitatem ejus versam π esse probetur *l. 27. ff. de R. C. arg. l. fin. C. de vend. reb. Civit. lib. 11. l. 14. ff. de condict. indeb.* Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. jur. c. 37.* quâ probatione, quæ creditori incumbit *arg. l. 2. ff. de probat.* deficiente, ipsi Administra-
ρth.22.ib. tores soli ρ tenentur. Bart. Jas. Zas. ad *d. l. 27. ff. de R. C.* Gœdd. *in l. 17. ff. de V. S.* Dando autem mutuum Ci-
σExcept. vitas privatorum jure σ
est D. VI. utitur *l. 15. ff. de Sct. Maced.*
th. 2. n. 1.
& XXVII.
46. in f.
n. 1.

acceptæ, fuit *d. 13. Febr. 1617.* condemnata, posthabitâ quòd in proprios is converterit usûs exceptione: de ea verò summa, quam Idem, sed triduô ante mandatum acceperat, deliberandum & inquirendum censuit Senatus, an in universitatis utilitatem esset versa. Cœterùm de hac controversia add. Fachin. *L. 2. cap. 75.* & Autor *sup. D. III. th. 23.* junct. *D. IX. th. 6.* ubi docet, quibus casibus creditori probatio versionis incumbat. & Carpz. *p. 2. C. V. d. 20.*

Ipsi administratores] Quapropter & bona eorum tacitô intereà pignore tenentur. Autor *infr. D. XII. th. 8. in m.* conf. Carpz. 2. *Rz. 109.*

Dando mutuum] Sicut eidem quoque Macedonianum opponi potest SCtum. *infr. D. IX. th. 20.* junct. *Disp. X. th. 9. in m. D. 25. th 23.* ubi Fiscus in dubio jure communi uti, & ad instar privatorum dicitur obligari. Excipiendum tamen (1.) jus prælationis in concursu creditorum, de quo *D. XII. th. 24. num. 4.* (2.) quòd usuras pactô nudô quoque promissas exigat *Disp. XIII. th. 7.* de quo v. Dn. Struv. *Synt. civ. Ex. VI. th. 20. & XXVII. 46. circa f.*

Th. V.

Sine re Mutuum non contrahitur *l. 2. §. 3. ff. de R. C.* Quòd si verò quis ex alterius promissione

Th. V.

Mutuum non contrahitur] Verum sc. sed tamen præsumptum; uti Bachovius putat. *vol. 1. ad Treutl. Disp. 20. th. 2. lit. B. p. 474.* Qui ea de causa Literarum obligationem & contractum chirographarium non agnoscit: (1.) quia Actor inten-

sione sperans, τ mutuam pecuniam sibi numeratum iri, cautione expositâ se illam accepisse, υ profiteatur, cùm tamen non acceperit, huic exceptione non numeratæ pecuniæ φ adversùs literariam illam obligationem intra biennium χ objiciendâ est prospectum §. *un. Inst. de liter. oblig. l. 14. C. de non num. pecun.*

D. Struv τ p. d. xvi. *th. 6. lin.* 3. & *th.* 40. *j. th.* 43. υ *ib. th.* 45. φ *ibid. th.* 47. χ *th.* 48. & 50. *ib.*

tentionem suam non in scriptura fundet, sed super numeratione. ℞. Tam ineptus non præsupponitur Actor, qui dicat: Solve, quod numeravi; sed: Solve, quod debere te professus es. Debita enim aliunde quoque quàm ex mutuo possunt oriri. (2.) Quòd nec scripturâ, sed numeratione probatâ vincat Actor. ℞. Id intra biennium quidem verum esse, & si de ultima eaque efficaci victoria, contra Exceptionem non numeratæ pecuniæ obtinenda, exaudias: cæteroquin mox atque recognovit reus scripturam, Judex solutionem imponit. (3.) Quòd exceptio Rei non dirigatur contra Scripturam; sed contra numeratione prætensam: sine dubio ergò & actor inde potius sua desumit tela. ℞. Uti reliqua Bachovii argumenta à nescientia praxeos, ita & hoc promanavit. Prima Rei exceptio non opponitur numerationi, sed scripturæ; quando dicit: Non scripsi: literas non novi. Tum demum verò, ubi agnoscere scripturam cogitur, ad asylum non factæ numerationis recurrit. vid. eleg. Franzk. *Ex. X. qu. 9.* Hahn. *Wes. b. n. 9. p. m.* 471.

Intra biennium] Quòd si debitor terminum hunc elabi patiatur, præsumptio juris & de jure, factæ numerationis oritur, ut ne si velit quidem, ad probationem contrarii admittatur, ut litium aliquis sit finis. Qua de causa etiam Imperator *in d. l. 14.* tot remedia debitori, si creditor datâ operâ cunctetur, ut spacium biennale elabatur, & sic debitori per indirectam exceptionem extorqueat, subministravit. v. Vinn. *L. 1. sel. qu. 41.* Quidquid autem sit in theoria, praxis ex æquitate quadam admittit etiam post biennium debitorem, si in continenti probare paratus sit numerationem factam non esse: quòd si altioris sit indaginis, solvere quidem jubet, salvâ tamen reconventione, & ita non Scabi-

nos solùm Lipſ. reſpondiſſe, ſed ſupremam quoque Electoris Sax. curiam decidiſſe teſtatur Carpz. *p. 1. C. 32. d. 66. & L. 2. r. 91.* cui add. Bronch. *C. 2. enant. 22.* Perez. *C. b. n. 15.* An autem perpetua ſit exceptio hæc, an temporalis? v. Autor *infr. D. 22. th. 3.*

Th. VI.

Forma hujus contractûs ψ in ipſa mutui datione, ſub lege tantundem ω reddendi, *l. 19. pr. ff. de R.C.* conſiſtit. Cùm verò Dare ſit dominium transferre *l. 75. §. fin. ff. de V.O.* oportet dantem eſſe dominum *a* & poſſe transferre *l. 2. §. pen. ff. de R.C.* alioqui non aliter, niſi per conſumptionem demum bonâ fide factam mutuum confirmatur, & condictio *b* naſcitur *l. 11. in fin. & 2. ſeqq. l. 19. §. 1. ff. de R. C. l. 17. ff. de ſolut.* Perinde autem eſt, ſive actualiter de manu in manum res tradatur, quod plerumque fit; ſive *c* brevi manu traditionem interveniſſe fingatur, prout accidit illis caſibus, *d* qui habentur *l. 9. §. ult. l. 11. l. 15. ff. de R.C.* quibus non obſtare *l. 34. ff. mand.* diſcurſus docebit.

D. Struv. ψ *ib. th. 7.* ω *th. 25. ib.* *a ib. th. 15. n. 1.* *b eâd. th. in m.* *c th. 11. ib.* *d d. th. 11. j. th. 12. & 13. eod.*

Th. VI.

Interveniſſe fingatur] Traditio vel vera eſt, vel ficta. Autor *infr. D. XX. th. 15. pr.* Sic Dos aliquando pro tradita habetur, licèt actualiter tradita non ſit. Id. *D. XIV. th. 21. in f.* Non ergò eſt ut dicamus: Mutuum nudâ pactione contrahi.

Non obſtare] Ulpianus in *l. 15. ff. de R. Cr.* pro confeſſo acceptat, Receptum ſingulari contra rigorem juris æquitate eſſe, ut, quando novum mutuum roganti priſtinum delego debitorem, Mutuum, non reverâ quidem & per ambages, ſed tamen fictione quadam habeatur contractum: Atque inde ſumit anſam idem aſſerendi, quando procuratorem inter & principalem convenit, ut quam Ille ex mandato penes ſe habet, pecunia tanquam mutua ſit. Id quod Africano in *l. 34. ff. Mand.* diſplicet, eò quòd prius illud benigniter ac ſingulariter receptum, ad ſimilia non ſit extendendum. Quod JCtorum diſſidium verum, non apparens eſſe, Franzk. *Ex. IX. qu. 6. per tot.* pro-

probat; idque verbotenus ferè in *Comm. ff. h. n. 23. seqq.* repetit: eumque secutus Vinnius *L. 1. sel. qu. 40.* oleum & operam perdere, item Peliam lavare ait, qui rationem istius componendi student quærere. Sed enim, facilius est, ex mutua & expressa partium conventione, quam Ulpianus præsupponit, colligere Recessum esse à priori contractu, Quàm ubi de alterius solùm voluntate constat: qui casus est Africani: ubi procurator pecuniæ exigendæ præfectus, mandató jam impletó, natâque jam tum actione mandati, & sic re non amplius integrâ, de causa debendi mutanda sollicitabat principalem: contra *D. 3. th. 27. sup.* De cujus voluntate cùm non constaret Africano, intutum meritò æstimavit, mutatum esse priorem contractum adserere; sed pactum solùm priori adjectum. add. Bronch. *C. 2. enant. 15. & 23.* Fachin. *L. 2. c. 73.* Pac. *C. 3. qu. 64. & 66.*

Th. VII.

Nec ultra id] Ita & in fidejussione non permittitur esse ultra quàm in debito principali. Autor *infr. D. 23. th. 9.*

Interveniente stipulatione] ut quæ in stricti juris contractibus, qualis & mutuum est, necesse requiritur, non sufficiente pactô. vide tamen *infr. D. 13. th. 7. junct. D. 2. th. 23.*

Th. VII.

Mutuum suâ naturâ quidem est gratuitum *l. 121. ff. de V. S. l. 17. pr. de pact.* nec ultra id quod datum est *e* contrahitur *l. 11. §. 1. ff. de R. C.* accidit tamen plerumque, ut sub usuris *f* interveniente stipulatione detur *l. 3. C. de usur. l. 24. ff. de præscript. verb.* & tam super usurarum quàm sortis solutione pacta adjiciantur. *g vid. l. lecta 40.* & in eam Duar. *d. commentar. c. 5. ff. de R. C.* Datur item vel purè vel in diem, aut sub conditione *l. 8. pr. l. 36. ff. eod.* Adjicitur nonnunquam in securitatem *h* crediti & pignoris obligatio. *l. 41. pr. l. 28. ff. d. t.*

D.Struv.
e d. th. 25. lin. 3.
f v. Diss. XXVII. th. 47.
g v. D. VI: thes. 28. vers. non obst.
h b. v. Diss. XXVI. th. 3.

Th. IIX.

Fit alienatio] Duo sunt in Mutuo: (1.) Numera-

Th. IIX.

Effectus mutui respectu accipientis est 1. quòd rei mutuò datæ

 domi.

D. Struv. i v. D. XVI. th. 15. dominium in accipientem *i* transferatur *pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* §. *ult. Inst. quib. alien. lic. vel non.* adeoque per mutuum k v. th. 8. ibid. reverâ quædam fit alienatio, *k* prout liquidò probatur *l. 15. l. 16. l. pen. & ibi* Cujac. *tract. 8. ad African. ff. de R. C. l. 34. ff. mandat. l. 1. ff. de liber. leg.* Cujac. *in parat. C. si* l v. th. 24. eâd. *cert. pet.* quô fit, quòd periculum *l.* rei sustineat, ejusque interitu non liberetur §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l.* 1. §. 4. *ff. de O & A. l.* 11. *C. si cert. pet. arg. l. 9. C. de pignor. act.* & quòd nummi mutuò dati à creditore non vindicari, sed saltem m v. th. 38. condici *m* possint. *d.* §. *fin. Inst. quib. alien. lic. vel. non. pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. junct.* §. 14. *Inst. de act.*

meratio pecuniæ; & quæ eam præcedit ac causatur (2.) Causa: Conjuncta quidem hæc duo in ipso actu tradendi, sed in natura sua reverâ distincta & separata. Non itaque mutuum, in sensu separato sumptum, transfert dominium; sed, quam mutuum causatur, Traditio. Itaque mutuum nec alienatio ipsa est, nec ei opposita dominii acquisitio: quàmvis in sensu composito illam complectatur; sed constat solùm alienatione. Quod contra Salmasium, qui, aut mutuum non transferre dominium, aut si faciat, esse modum acquirendi statuit, notandum. v. Magnus noster Strauchius *Ex. 13. th. 2.* qui è Germanis, Belgis, Gallis neminem nervosius urbaniusve Fabrottô refutasse Salmasium scribit.

Periculum] conf. Bronch. *C. 2. enant. 16.* Fachin. *L. 2. c. 71.* Pac. *C. 3. enant. 68.* Autor infr. *D. X. th. 33.*

Th. IX.

2. Ad effectum pern th. 24. tinet Obligatio, *n* quâ deo th. 4. 5. 7. 8. 9. 14. 26. 28. 36. bitor creditori rem ejusdem generis, *o* quantitatis

Th. IX.

Quàmvis non expressè] Ergone Mutuum erit contractus B. Fidei? Aut, Quænam remanebit contractuum B. F. & Str. juris differentia, si & in mutuo spe-

ſpectatur quod tacitè actum? Hæc nimirum, ut Judex in contractibus B. F. etiam id attendat, quod nec tacitè nec expresſè cautum, dum modò id B. F. exigat. *d. l. 3. h.* An id quod in contrahendo agitur, pro cauto & expreſſo habeatur? Pac. *C. 5. qu. 62.*

Æſtimationis mutatio] per *l. 22. & ibi Dd. ff. h. n. t.* quia ea non ex ipſa re, ſed extrinſecus accedit, à copia vel defectu rei. Id quod mercatores non obſcurè fatentur, quando ob viles quoque res, dum rariores ſunt, majus exigunt pretium. An verò invito creditori æſtimatio obtrudi pro re queat? v. Bronch. *C. 2. enant. 20.* Cujus loci aut temporis tunc æſtimatio à Judice attendenda? Id. *ib. qu. 19.* Vinn. *L. 1. ſel. qu. 39.*

tis & qualitatis reddere tenetur. *d. l. 2. pr. ff. de R. C. l. 1. §. 2. ff. de O. & A.* quàmvis, ut res æquè bona redderetur, non fuerit expreſsè *p* cautum *l. 3. ff. de R. C.* Et ſi ſic, ſuô locô ac tempore redditur, æſtimationis mutatio *q* in conſiderationem non venit, ſed illa lucrô aut damnô eſt creditoris. Bart. *in l. 3. num. 16. ff. de R. C.* Mozz. *tract. de natur. mut. n. 10.* Gœdd. *tract. de R. C. c. 4. n. 22.*

D. Struv. *p ſ. d. th. 28.* *q d. th. 36.*

Th. X.

Ad nummos] Nim. frumentum aliæque res fungibiles mutuô dantur juxta certum genus ſuum, ita ut corpus ſive materia ſimul reſpiciatur. Secus in nummis, qui non generis, ſed quantitatis intuitu mutuò dantur, ut valor extrinſecus magis ſpectetur, unde & in uſu juris incorporalibus accenſentur. *l. 95. inf. de Leg. 3. l. 34. de Leg. 1.* vid. Fachin. *L. 2. cap. 50.* Autor *infr. D. 23. th. 26.* B. Carpz. *p. 2. C. 29. d. 2.* *Aliud*

Th. X.

Sed hoc quod dictum, rem ejusdē generis, quoad materiam ſcil. & formam, reddendam eſſe, ad nummos *r* mutuò datos non pertinet, quos & in alia forma niſi aliud *s* convenerit *l. 23. ff. de R. J.* reddere licet, *l. 65. §. 1. ff. de V. O. l. 99. ff. de ſolut.* quia in iis non tam corpus, materia,

r v. th. 27. *s ib. verſ. aliud obtinet. j. th. 32. n. 2. & th. 34.*

 nume-

D. Struv. t th. 27. vers. neq; enim. *u th. 32. n. 1. j. th. 27. circa f. vers. It. (2.)*

numerus, qualitas, *t* quàm valor & æstimatio spectatur *l. 1. ff. de contrah. empt.* modò tamen creditor exinde damnum *u* non sit passurus *d. l. 99. ff. de solut.* quod mutatâ præsertim materiâ nummorum, quæ fundamentum est æstimationis *arg. l. 1. C. de vet. numism. potest.* accidere solet.

Aliud convenerit] Scil. ut specialiter certum genus s. pecuniæ species restituatur, Stück vor Stück. vel Rthal. in specie. Ordin. Monet. Ferdin. *l. 1559.* §. die jetztgemeldten. Franzk. *Ex. 9. qu. 2.* Carpz. *d. C. 29. d. 4.* & *L. 5. R. 95.* qui id in *seq. d. 5.* ampliat, Licèt de hac conventione ex verbis contrahentium relativis solùm appareat: v. g. an obgedachter Müntze. vel: Die möchten gleich steigen oder fallen. Id. *ib. d. 8.*

Mutatâ materiâ] de mutatione monetæ sex controversias habet Fachin. *L. 2. c. 9.* add. Franzk. *Ex. 9. q. 2. & 3.*

Th. XI.

x conf. D. 47. th. 75. vers. Neq; igitur. *y conf. d. th. 75. circa f. vers. sed quæritur.*

Mutuum, quàmvis purè datum, non tamen statim *x* potest revocari, sed spatium aliquod, Judicis arbitriô definiendum, debitori ad usum rei concedi debet. Mozz. *tract. de mutuo. quom. defic. num. 4.* Wesemb. *in parat. ff. de R. C. n. 13. & ibi* Bachov. Bocer. *cl. 2. disp. 4. th. 34.* Menoch. *d. A. J. Q. cas.* 22. Fachin. *2. contr. 52.* In ejus tamen arbitrio est, etiam in continenti *y* rem acceptam, cùm eâ non indigeret, in specie creditori resti-

Th. XI.

Non tamen statim] Idem in Commodato. Licèt enim purè debitum confestim peti possit, §. *2. J. de V. O.* Quia tamen intentio mutuantis hæc est, ut humanitatis officium exhibeat debitori, ejusq; necessitatem sublevet; Mutuatarii verò, ut pecuniâ utatur cum emolumento, id quod tractum temporis requirit: Ideò actus agentium non debet operari contra ejus intentionem, & homo hominis beneficiô juvari, non decipi debet. Secus in precario, item in Deposito, de quo vid. *infr. D. X. th. 19.* conf. Fachin. *L. 2. cap. 52.*

In

In continenti] Utrum solutio ante diem fieri possit, & acceptari debeat? vid. infr. *Disp.* 23. *th.* 27. *in f.* Riemer. *XI.* 9.

In specie] Turpitudinem certè propriam allegaret creditor, quasi tam corruptas dedisset res, quas ipsum pigeret recipere. Nec dicendum, Mutui naturam sic mutari: quia quæ posteà accidunt, rei perfectæ substantiam non invertunt §. 1. *in f. J. quib. non est permiss. fac. test.* Notandum tamen, ubi debitor de certa specie reddenda se obligaverat, Supremum Electoris Sax. Senatum absolvisse creditorem à necessitate propriam recipiendi pecuniam. v. B. Carpz. *L.* 5. *Resp.* 8. conf. Ungeb. *Ex.* 10. *qu.* 8.

restituere, sufficitque ab initio eâ mente z esse datam & acceptam, ut alia ejusdem generis redderetur. Gloss. & Bart. *ad l.* 2. *ff. de R. C.* Mozz. *tract. de accident. mutui. num.* 6. Treutl. *vol.* 1. *d.* 20. *th.* 1. *lit.* G, & *ibi* Bachov.

z D. Struv. v. D. XVI. *th.* 26.

Th. XII.

Est generalis] Ultramontani h. e. JCti Galli (quos Itali JCti ita à se discernebant, se invicem Citramontanos dicendo) existimaverunt, Illam certi condictionem quæ ex mutuo vel stipulatu datur, ejusdem cum cœteris certi condictionibus naturæ & essentiæ esse, speciem reliquarum sociam, s. sororiam, generali verò condictioni jure filiationis subjectam, non collateralem & oppositam. Cùm nulla detur essentialis diversitas, quâ reliquis, ex empto fortè, legato &c. competentibus contradistinguatur, sed solùm, ne inepta sit actio, & confusio oria-

Th. XII.

Actio, quæ ex hoc contractu Creditori datur, dicitur α Condictio certi, *pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* quia de re, cujus per numerum, mensuram aut pondus certissima β potest fieri designatio, comperit *l.* 6. *ff. de R. C. l.* 74. & *seq. ff. de V. O.* quâ petit creditor debitorem condemnari, ut tantum solvat, quantum mutuò accepit, cum damnis & eo quod interest, de quo vid. Oldendorp. *cl.* 4. *act.* 17. *n.* 6.

α *d. D. XVI. th.* 38. *pr.*

β *conf. th.* 39. *ibid. pr.*

Con-

Condictio autem hæc est γ Generalis, propriam & distinctam naturam à cæteris certi condictionibus, quæ ex aliis caussis dantur, non habens *l. 9. pr. l. 24. ff. de R. C. l. 25. ff. de O. & A.* Zas. *ad d. l. 9. ff. de R. C. num. 9. & seq.* Gœd. *de contrah. stipul. c. 11. concl. 2.*

γ *ib. in m.*

oriatur, caussa soleat adjici, sc. venditi, Legati & sim. Citramontani contrà putarunt, Certi condictionem duas habere oppositas species, unam generalem, quæ multas complectatur species; quæ cum aliis actionibus concurreret. Alteram solitariam & improlem, quæ ex certis tantùm & propriis obligationibus, v. g. Mutuo aut stipulatu oriatur; distinctæ à reliquis certi condictionibus naturæ. Cùm absurdum opinarentur, ex contractibus adeò frequentibus propriam non oriri actionem. Verùm, minimè absurdum hoc est, Condictionem ex mutuo esse generalem, & tamen ex mutuo oriri, eique nativam esse. Cùm & reliquæ species condictionum ex singulis caussis non ineptè nasci dicantur. v. Bachov. *de act. Disp. IV. th. 10. pag. 130.* Dissent. Fachinæus, & ipse Citramontanus. *L. 2. C. 90.*

Tit. II. de Jurejurando sive voluntario, sive necessario, sive judiciali.

Th. XIII.

Jusjurandum est δ religiosa intentionis nostræ asseveratio, sub obtestatione numinis ε divini in testimonium veritatis & ζ vindictam perjurii. Hujus tres potissimùm sunt η species: Promissorium, θ Confirmatorium ι & Decisorium. κ Postremum, de quo nobis hîc agendum, rursum triplex, Voluntarium, Judiciale & Necessarium. Illud λ pars parti ex conven-

δ *D. XVII. th. 1.*
ε *conf. th. 5. & 6.*
ζ *th. 9. ib.*
η *v. th. 20.*
θ *th. 21. ib.*
ι *th. 22.*
κ *v. th. 27.*
λ *v. th. 29.*

Th. XIII.

Numinis divini] Aliqui per genium Principis jurarunt. *l. 13. §. f. ff. de jurej.* Henel. *otii Uratislav. c. 2. p. 15.*

Necessarium] Non efficienter sic dictum, sed effectivè. Nam & quod sub auspiciis Judicis pars parti defert, necessitat reum ut præstet. Nostrum verò non tam à necessitate præ-

ventione extra judicium; istud μ in judicio; hoc Judex ν in causis dubiis alterutri litigantium defert, quod ultimum à Dd. etiam vocatur Suppletorium. ξ Umm. *disp.* 14. *ad process. th.* 11. *n.* 68.

μ D.Struv. *th.*31.*ib.*
ν *th.*41.
ξ *th.* 43.

præstandi, quàm deferendi fuit appellatum. *vid. th.* 20 *b.*

Vocatur suppletorium] quando sc. defertur ei qui plus quàm adversarius, minus tamen quàm sufficit, probavit. Sicubi verò ei, qui gravatus indiciis, nec tamen plenè victus est, deferatur, adhuc ut illa diluat, *Purgatorium* dicitur.

Th. XIV.

Qui contrahere & actionem remittere nequeunt, ο illis nec juramentum voluntarium aut judiciale deferre licet, quales sunt π Pupilli sine tutorum autoritate & similes *l.* 17. §. 1. *l.* 35. §. 1. *ff. de jurejur.* Procuratores ρ verò omnium bonorum, vel speciali mandatô instructi, vel in rem suam *l.* 17. §. *ult. l.* 34. §. 1. *ff. d. t.* uti & Tutores, in casu probationum aliarum deficientium, rectè deferunt *l.* 17. §. 2. *l.* 35. *pr. ff. eod.*

ο *v.th.*36.
π *v.th.*15.
ρ *d.th.*36.

Th. XIV.

Qui nequeunt] Est enim delatio juramenti donatio conditionata & species transactionis. *th.* 19. *b.* Infames tamen, licèt rerum suarum liberam habeant administrationē, propterea deferre non possunt, ne per indirectum id agant, ut sibi referatur. Suspicio enim est, ne pejerent. Carpzov. *p.* 1. *C.* 14. *d.* 6.

Pupilli] de his vid. Pac. *C.* 8. *qu.* 53. An Minor sine Curatoris Autoritate? Bronch. *C.* 1. *misc. qu.* 56.

Procuratores] sc. argumentô *sup. D.* 2. *th.* 28.

Tutores] Hoc Autor *ibidem & XV.* 14. habet. cui add. Carpzov. *Process. Tit. XI. art.* 1. *num.* 92. qui ita decisum refert *d.* 12. *p.* 1. *C.* 14.

Th. XV.

D. Struv. Deferri juramentum potest omnibus, qui intellectum σ habent & consensum, in quavis actione, τ quæ in judicio proponi potest *l. 3. §. 1. l. 7. l. 34. pr. ff. d. t.* nisi sit criminalis υ ad pœnam corporis afflictivam instituta *l. ult. C. de probat.* Constit. *crimin. Carol. V. art. 70.* Gail. *1. obs. 44. n. 3. 108. n. 22.* In caussa verò φ matrimonii φ jusjurandum pro matrimonio, non contra illud admittitur. vide latè Beust. *in l. 3. ff. de jurejur. n. 50. & seqq.* Bocer. *cl. 6. disp. 18. th. 52.*

σ *cõf. dict. th. 15. f. th. 37. cum* D. *VI. th. 36. seqq.*
τ D. XVII. *th. 40. pr.*
υ *ib. in m. vers. Non verò j. th.*
φ *conf. d. thes. 40. vers. Præterea th. 44. in f. cum* D. VI. *th. 59.*

Th. XV.

Omnibus qui intellectum] atque adeò etiam Pupillis, ita tamen, ut volentes quidem admittantur ad jurandũ, etiam in pupillari ætate, inviti tamen non compellantur. Sed hoc non ita, quasi Tutores eorum nomine admittantur: Nisi iisdem relatum fuerit. Carpz. *p. 1. C. 14. d. 13.* sed quod ad ætatem puberem hoc sit differendum. conf. Carpzov. *L. 3. Resp. 62.* Quia tamen quidam hôc ad causæ protelationem abuti solent, ideò, quoties pupillo jusjur. deferunt, prius de malitia jurare coguntur. B. Carpz. *Process. T. XI. art. 2. n. 10. ad 23.*

Corporis afflictivam] Tum ob metum perjurii, tum quod probationes meridianâ clariores requirantur. Carpz. *dict. T. XI. num. 47. junct. n. 41. & 53. & L. 3. R. 44.*

Pro, non contra] h. e. si promissionem negans, conditionem jurandi deferat asserenti, valebit, tanquam ex novo consensu conditionali; favorabiliores autem simus ad matrimonium stabiliendum, nec partibus volentibus indulgenda transactio dissolutiva *c. f. x. de Transact. v. Ord. Elect. Sax. matrim. rubr.* Von Ehgelöbnissen. §. Wo aber zwo Personen. Gail. *2. O. 94. n. 13. seq.* Carpz. *Proc. T. XI. a. 1. n. 67. ad 76. & L. 3. R. 57.*

Th. XVI.

Juramentum judiciale χ ab actore deferri potest, licèt

χ *de quo* D. *XVII. 31.*

Th. XVI.

Licèt nihil dum] Jure quoque Sax. id verum est, tum ob rationem, quia ante L. C. & gua-

guarandæ præstationem, & sic longè ante probationes deferendum est Jusjur. B. Carpzov. p. 1. C. XI. d. 14. L. 3. &. 40. & in Proc. T. 11. art. 1. n. 97. seqq. tum ob textum manifestum in Ord. process. El. Tit. 18. pr. ibi: Wenn Er gleich keinen Schein noch Beweiß vor sich hat. Carpz. Process. T. XI. art. 3. n. 78. seqq. & p. 1. C. 12. d. 2. de Jure civ. vide Interpp. Bronch. C. 2. enant. 24. Pac. C. 3. enant. 81. Vinn. L. 1. sel. quæst. 42. Fachin. L. 1. cap. 19.

Aut referri] Ergò tamen jussus jurare præcisè ad hoc non tenetur Carpz. p. 1. C. 14. d. 1. sed vel planè recusare potest, de quo th. 18. b. vel certè referre, quô casu alter utrumque juramentum, principale & de calumnia præstare tenetur. Carpz. p. 1. C. 14. d. 5. etiam si Tutor sit, qui pupilli nomine id detulit. Dum modò intra terminum jure ad hoc præfinitum referatur. Carpz. Process. T. XI. art. 4. per tot. conf. Pac. C. 3. quæst. 81. 3. qu. 85.

licèt ψ nihil dum fuerit ab eo probatum l. 35. pr. ff. de jurejur. & l. 12. pr. C. de R. C. l. ult. Cod. de fideicom. l. ult. §. 10. C. de jur. delib. l. 25. §. pen. ff. de probat. Duar. ad tit. C. de jurejur. d. t. & semel approbante Judice delatum necessariò ω aut præstari aut referri debet l. 34. §. 6. l. 38. ff. d. t. l. 9. C. eod. Voluntarium a verò jusjurandum non necessariò suscipitur, b sed liberè recusari, & non referri potest. l. 17. pr. ff. de jurejur. Beust. ad d. rubr. num. 53.

D Struv. ψ ib. th. 32. ω ib. th. 34. a de quo th. 29. b conf. th. 30 & 38.

Th. XVII.

Etiamsi accepta] Ita Autor cum pluribus aliis dictam l. 11. C. h. t. declarat. vid. Umm. process. Disp. 14. n. 25. Hillig. D. E. XXIV. 14. lit. C. nec abludit Dn. Brunneman. ibid. Sed contrarium Scabinos Lips. consultanti Johanni Kirchnern zu Delms-

Th. XVII.

Illud verò utrique, tam voluntario quàm judiciali juramento est commune, quòd semel delatum, à deferente licitè revocari c possit, etiamsi accepta jam sit conditio d jurandi l. 11.

c th. 39. ib. d Id. ib. ubi dissent.

D. STRUV. *ubi Dd. C. de R. C.* Duar. *in comment. ad tit. ff. de jurejur. c. 13.* Schneidevvin. *ad* §. 11. *Inst. de act. num. 79.* Item quòd à deferente jurandum priùs sit de *e* calumnia, si id exigatur *f l. 34. §. 4. & 7. l. 37. ff. de jurejur. l. 9. C. de R. C.* quod tamen quibusdam personis *g* ob honorem & reverentiam illis debitam remitti *h* debet, de quibus vid. Donel. *de jurejur. c. 13.* Denique quòd juxta delatam conditionem h. e. iisdem verbis *i* & formâ, quâ delatum est, jurare necesse sit *l. 3. §. ult. l. 4. & 5. ff. de jurejur.*

e de quo thes. 72. seqq.
f conf. th. 34. n. 1. & th. 77.
g v. th. 74.
h conf. th. 38. inf.
i conf. th. 18. & 38. vers. Tunc enim.

Helmsgrün M. Jul. 1625. respondisse, testatur Carpz. *p. 1. C. 12. d. 4.* quàmprimum sc. is cui delatum est jusjur. acceptaverit vel retulerit, vel à Judice desuper pronunciatum fuerit: quæ sententia transierit in rem judicatam. Limitant tamen, Nisi deferenti novæ probationes supervenerint: subesset enim tunc suspicio perjurii contra eum, qui jurare vellet. v. A. Fab. *Cod. Sabaud. L. 4. T. 1. d. 3. & 22.*

Quibusdam personis] Sic, cum Antonius Kretschmar contra filium Donatum ageret, calumniæ juramentum locum non habere, Scabini Lips. Mens. Maj. 1622. rescripserunt apud Carpz. *p. 1. C. 12. d. 24.*

Juxta delatam condit:] Formula præstandi juramenti juxta intentionem deferentis concipienda, adeoque & ex libello conventionali & ipsa delatione juramenti desumenda; hinc adhibenda verborum explicatio, ac, si Partibus non conveniat, Judex officium interponet: & tunc formula præcisè attendenda, verbaque ex ore jurantis excipienda, & si appareat, omissa vel inserta quædam esse, denuò jurandum. Carpz. *proc. T. XI. a. 3. n. 110. seqq. & L. 3. n. 49.*

Th. XIIX.

Dantur tamen casûs, quibus etiam juramentum judiciale delatum licitè recusari potest, quales sunt,

Th. XIIX.

(1.) Si ille cui &c.] etiamsi hanc probationem ante latam sententiam sibi non reservavere.

vaverit. Carpz. *p. 1. C. 14. d. 14.* ubi *in seqq.* plura de hoc negocio.

De facto alieno] Distinguit Elector Sax. ut Autoris mens procedat, recusarique juramentum super facto alieno delatum possit, quando soli conscientiæ hoc sit commissum, Wenn die Sache allein in sein Gewissen geschoben. *Ord. Processʃ. Tit. 18. §.* Weil es aber. secus, si notia & credulitas cumulentur cum conscientia. Carpzov. *Processʃ. T. XI. art. 1. n. 160. seqq.*

Referre non licet] Casûs, quibus id contingit, recenset Carpz. *p 1. C. 14. d. 7. seq.* & in *Processʃ. dict. tit. 11. art. 4. circa f.* Sic necessaria juramenta nec Judici nec parti referuntur.

sunt, (1.) si ille, cui defertur, probationibus aliis *k* intentionem suam est ostensurus *arg. l. 8. ff. de condit. instit. l. 25. §. 1. ff. de constit. pecun.* 1. *Feud. 4. §.* 2. Beust. *ad rubr. ff. de jurejur. n.* 61. Rauchbar. *p.* 2. *q. 2. n. 19. & 23.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. def.* 3. (2.) si de facto alieno, eove, quod ignorat, *l* sit jurandum. Barr. *in l. 38. ff. de jurejur. n.* 4. Duar. *in d. t. c. 4.* per *text. in l. 34. pr. eod.* (3.) si ex jurejurando damnum suæ existimationis sive rei familiaris probabiliter metuat *l. 18. ff. d. t. l. 14. C. de non num. pecun.* Bart. *in d. l. 38. num.* 4. Interdum quoque referre *m* delatum non licet *l. 34. pr. de jurejur. l. 11. §. ult. cum ll. seqq. ff. rer. amot.* Fachin. 1. *contr.* 21. Modestin. Pistor. *p.* 2. *q. 130. n. 10.*

D.Strauv. k v. th. 34. n. 3.

l ib. vers. Quid si.

m ib. vers. quandoq.

Th. XIX.

Ex conventione] Quid si per vim fuerit extortum? v. Bronch. *C. 1. misc. qu. 59.*

Transactionis] vid. sup. D. *2. th. 31.* & Solutionis. *l. 27. ff. h.*

Exceptionem] Quòd si

Th. XIX.

Jurisjurandi ex conventione partium delati ac præstiti insignis est effectus, *n* ut speciem transactionis continere dicatur *l. 2. ff. de jurejur.* pariterque reo juranti & aliis ad quos ea res, super quâ juratum est, pertinet, v. c. heredibus, suc-

n v. th. 50.

D. Struv. successoribus singularibus & fidejussoribus Exceptionem §. 4. *Inst. de Except. l. 7. & 8. de jurejur. l. 28.* §. 1. *ff. eod.* Actori verò Actionem §. 11. *Inst. de act.* quæ est prætoria in factum *d.* §. *11. Inst. de act. l.* 11. §. 1. *ff. de jurejur. l. 8. C. eod.* utilis *d. l.* 11. §. *ult. l.* 13. §. *1. & pen. l. 29. ff. eod.* daturque in personam §. 11. *Inst. de act.* in qua non amplius quæritur an debeatur, sed utrum sit juratum *d.* §. 11. *Inst. de act. l. 5.* §. 2. *de jurejur.* Competit tamen Actori & vetus *o* actio sive in rem sive in personam, *l. 13.* §. *3. & seqq. l. 9.* §. *ult. d. t. l. 7. ff. de public. in rem act.* quæ vel sub qualitate & prærogativa jurisjurandi *l. 11.* §. 2. *d. l.* 13. §. *3. & seqq. ff. de jurejur.* vel sola & separatim exerceri potest *d. l. 9.* §. *ult. l. 30. pr. eod.*

o v. th. 51.

si non solùm Adversarii non esse, sed insuper quoque suam esse juraverit, Actionem habere dicit Hillig. *D. E. L. 24. c. 16. lit. b.*

Actionem] Utrum ea oriatur ex juramento voluntario an judiciali? disputatum vide apud Bach. *Treutl. v. 1. D. 21. th. 9. lit. e. verb. An verò actio p. m. 821.*

In factum] Quæ actio detur ex jurejur? vid. Pac. *C. 3. qu. 78.*

In personam] Qu. An huic actioni etiam sit locus ex causa actionum realium? An Jusjur. etiam ex causa actionis realis possit deferri? & ita: An ipsa hæc actio sit realis an personalis? v. Bach. *de Act. D. IIX. th. 4. p. 101. seq.*

Et vetus] Qu. An prior actio per jusjurandum extincta, & posterior hæc sit principalis actio per se subsistens? An & prior existat & posterior? concurrantque cumulativè? Bach. *Tr. b. th. 8.* & dissentiens à seipso *de Act. D. IIX. th. 4. pag. 103.*

Th. XX.

Juramentum Necessarium *p* Judex in caussis (civilibus scil. nec magni *q* mo-

p de quo th. 41.
q v. th. 44. n. 3.

Th. XX.

Civilibus] In criminalibus causis non defertur à Judice jusjurandum in supplementum probationis. Bronch. *JC. 2. enant.*

enant. 27. vid. tamen Carpzov. *p.* 1. *C.* 23. *d.* 11. Nec in Matrimonialibus. Carpz. *ibid. d.* 10. & L. 3. *n.* 57. *n.* 18. & *in J.prud. Consist.* L. 3. *d.* 46.

Nec magni momenti] Rationem hujus posuit *infr. D.* XIII. *th.* 20. *in f.* add. de cœtero Vinn. *L.* 1. *sel. qu.* 44.

Illi præsertim] Christiano potius & honesto viro, quàm pejerare solito & Judæo. Carpz. *p.* 1. *C.* 23. *d.* 7.

Qui semiplenè] Imò non nisi quando semiplenè fuerit probatum. Si minus, non admitti responderunt Scab. Lips. apud Carpz. *d. l. def.* 3. De probatione semiplena agit Autor *infr. D.* XIII. *th.* 16. Requirunt autem Scabini prælaudati Unum testem, omni exceptione majorem. Carpz. *ibid. d.* 4. & 5. quàmvis id non admittat Bronch. *C.* 2. *enant.* 83.

A neutro] deferet ergò utrique, tam Actori, quàm, si ita fuerit visum, Reo. Carpz. *ib. d.* 6.

Tenetur] ex officio deferre, tam suppletorium, Carpz. *ib. d.* 1. quàm purgatorium. Id. *C.* 22. *d.* 15. add. Vinn. *L.* 1. *sel. qu.* 48. Fachin. L. 1. *c.* 16.

momenti) ob probationum inopiam *r* dubiis *l.* 31. *ff. de jurejur. l.* 3. *C. de R. C.* prævià *s* cognitione *d. l.* 3. *C. de R. C.* alterutri litigantium, & illi præsertim, qui semiplenè *t* suam intentionem probavit *d. l.* 3. *C. de R. C. cap. ult.* §. 1. *extr. de jurejur.* Umm. *disp. ad proces.* 14. *th.* 13. *n.* 74. etiamsi à neutro fuerit petitum, *u* deferre tenetur *d. l.* 3. *Cod. d. R. C. d. c. ult.* §. *ult. extr. de jurejur. l.* 9. *C. de judic.* Gail. 1. *obs.* 108. Hillig. ad Donel. *lib.* 24. *comm. c.* 19. *lit.* X.

D. Struv. *r v. th.* 42. *s v. th.* 43. & 46. *t d. th.* 44. *n.* 1. *j. th.* 46. *n.* 1. *u th.* 41. *in m. j. th.* 54. *in m.*

Th. XXI.

Quia quilibet] Sic & Menochius, L. 5. *præsumt.* 5. scribit: Hominem æternæ

Th. XXI.

Si is, cui delatum est jusjurandum, antè quàm juraret, de vita decesserit, *x* jusjurandum pro præstito habetur, quia quilibet præsumitur memor salutis suæ, nec mori velle in peccato cum mendacio. Gail. 2. *obs.*

x v. thes. 37. *vers. Quando verò.* & *th.* 48.

D. STRUV. *obs. 43.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. d. 32.* imò etiam mors vim juramenti, quod præstari debuerat, per se habet. Cothman. *consil. 18. n. 129. vol. 1.* Jason. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur. num. 128.* Carpz. *jurisp. for. p. 2. c. 16. d. 9. n. 3.*

næ salutis memorem tum maximè, cùm in extremis agit, præsumi.

Th. XXII.

Ab hujus juramenti delatione appellari potest *l. 12. §. 2. C. de R. C.* Mynſ. 1. *obs. 39. & 2. obs. 14.* quod si non fit, sed litigantes delationi acquieverunt, ab eo cui delatum, referri nequit, sed omnimodò & necessariò est præstandum, *y* nisi detrectans causså velit cadere *l. 12. §. 2. C. de R. C.* Effectus ejus est, quòd Judex secundùm illud sententiam ferat, unde actio *z* oritur judicati *l. 31. ff. de jurejur.* nisi ab illa fuerit appellatum, quod *α* licet, *d. l. 12. §. 1. 2. & 3. C. de R. C.* Beust. *in l. 31. ff. de jurejur. n. 162.* Donel. *de jurejur. c. 11. n. 12.* Mynſ. *2. O. 14.* uti & ob instrumenta posteà reperta aliamve justam caussam eandem retractare minimè prohibitum. *d. l. 31. ff. de jurejur.* Cujac. *18. obs. 35.* Guid. Papæ *decis. 368.* Boer. *decis. 307.* quod in conventionali juramento aliter obtinet, ut à sententia secundùm illud lata provocare, *β* vel

y conf. th. 47.

z v. th. 54. lin. 4.

α ib. inf.

β v. th. 52. inf.

Th. XXII.

Appellare potest] Licèt ea sententia solùm sit interlocutoria: quia habet vim definitivæ. *vid. infr. Disp. XXV. th. 7.*

Referri nequit] v. Carpz. *p. 1. C. 14. d. 7.* Vinn. *L. 1. sel. qu. 43.*

Actio judicati] de qua vid. *infr. Disp. XXI. th. 8.*

Aliter obtinet] Ratio differentiæ est, quòd judiciale per quandam conventionē & transactionem fiat, cui alterutri non licet contravenire. Necessarium ob necessitatem quandam subsidiariè adhibetur, nec ægrè feret Judex eum, qui viam commodiorem est ostensurus.

Perjurii] elegans præjudicium vid. ap. Dn.

vel perjurii prætextu, γ repertis de novo instrumentis, δ eam retractare non liceat. *l. 5. §. 2. l. 31. ff. de jurejur. d. l. 1. & ibi* Bald. *num. 2. C. de R. C. l. 12. §. 3. C. eod.* Cujac. *d. obs. 35.* Donel. *de jurejur. c. 5.* Bocer. *cl. 6. d. 18. th. 68.* Ungepaur. *exerc. Justin. 15. qu. 2.*

γ D. Struv. *th. 55.*
δ *th. 56.*

Dn. Richter *Decis. 62. n. 39.* add. Id. *Decis. 58. n. 38.* Non obst. *l. f. C. de R. Cr.* quia (1.) Ungeb. *Ex. XV. qu. 2.* Speciali ultimæ voluntatis favore fieri dicit. (2.) Dn. Struv. *S. C. Ex. VI. th. 57. & XVII. 55.* ex jure ordinario esse scribit, quòd tabulæ testamenti antè non fuerint inspectæ.

Instrumentis] conf. Autor *infr.* D. XXI. *th. 8. inf.*

Tit. III. de In litem jurando.

Th. XXIII.

Præter juramentum Necessarium, quô res ipsa principalis deciditur, etiam æstimationis ε causâ nonnunquam à ζ Judice *l. 4. ff. de in lit. jur.* aliud, quod dicitur Juramentum in litem, η h. e. æstimationem rei in litem deductæ Domino θ litis *l. 7. ff. de in litem jur.* defertur. Hoc duplex ι à Dd. constituitur, Affectionis & Veritatis: in illo exceditur verum rei pretium, & actoris affectioni in infinitum κ rem, quam amittere cogitur, æstimantis indulgetur *l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur.* In hoc, quanti reverâ λ res est, fit æstimatio *l. 2. §. 1. l. 4. §. ult. ff. de in lit. jur.* Beust. *ad*

ε *conf. th. 1. cum th. 58.*
ζ *th. 61.*
η *v. th. 59.*
θ *th. 62. n. 1.*
ι *th. 60. pr.*
κ *th. 67.*
λ *d. th. 60. inf.*

Th. XXIII.

Domino litis] Benè Autor litis, non Rei dominum præcisè requirit, sic enim quicunque litem contestatus est, admittitur, nec Tutor repellitur. *l. 4. pr. ff. h. t.* vid. Pac. *C. 3. qu. 87.*

Affectionis] Ita enim in *l. 8. ff. h.* ex actoris arbitrio pretium statuendum dicitur. Non tamen adeò specialem & singularem oportet esse rationem, quam nemo alius curaturus erat, ut in *l. 33. ff. ad L. Aquil.* ubi ea propter servum majoris æstimabat

ad rubr. de jurejur. n. 147. Tertium genus, quod Singularis interesse vocant, non agnoscimus. Donell. *26. comm. 6.* Borch. *tr. de jurejur. c. 2. num. 3.*

mabat, quòd naturalis esset filius: Cùm tamen nemo proptereà carius eum empturus fuerat. add. Bronch. *C. 2. enant. 31.*

In infinitum] Atqui Judex modum statuit. *vid. th. seq.* Bronch. *C. 1. Misc. qu. 61.*

Singularis interesse] quod itidem affectionis, sed EXTRA REM vocant Dd. ad differentiam nostri, quod illi vocant IN RE. Idque ex *l. 3. h. n. t.* probant, ubi non pecuniæ solùm denegatæ fit æstimatio, sed pœnæ insuper commissæ, & pignoris venditi. Videtur autem, quasi Modum diversum effecerint Speciem distinctam, & ita entia præter necessitatem multiplicârint. vid. Hillig. *D. E. XXVI. 9. G.*

Th. XXIV.

Juramentum affectionis ob contumaciam seu dolum μ adversarii *l. 1. l. 2. §. 1. ff. de in lit. jur.* (cui & lata culpa ν hîc comparatur *l. 2.* & ibi Cujac. *C. eod.* Donel. *26. Com. 9.* Duar. *in l. 5. n. 33. in fin. ff. eod.*) non restituentis vel non exhibentis *l. 2. in f. l. 5. §. 3. vers. sed in his. ff. de in lit. jur. l. 68. vers. si verò. ff. de R. V.* Rosbach. *in proces. tit. 68. n. 1.* in judiciis saltem bonæ fidei, ξ in quibus agitur de restituendo & arbitrariis, ο non etiam in illis, quæ stricti sunt juris, π locum habet *l. 5. pr. junct. §. 4. l. 6. ff. de in lit. jur.* Effectus ejus est condemnatio ϱ rei in summam factæ in infinitum (h. e. sine

D. STRUV. μ *d. th. 60. lin. 2. & th. 63.* ν *th. 65. & D. XIX. th. m. circa f.* ... ξ *v. th. 64. in m. in III.* ο *ib. vers. arbitrarius.* π *th. 65. in f.* ϱ *v. th. 67.*

Th. XXIV.

Ob dolum] Exemplum adfuit *sup. D. IV. th. 17. inf.* aliud occurret *infr. D. X. th. 21.*

Cui & lata culpa] Speciale hoc, & favore pupilli ob tutoris culpam delatum esse in *l. 4. §. f. ff. h. n. t.* juramentum in litem, putat Pac. *C. 3. enant. 90.* Regulare verò esse, latamque culpam in civilibus dolo comparari, statuit Bronch. *C. 2. Enant. 30.* add. Autor *sup. IV. 14. in f.*

In quibus] Verba hæc non explicant, nec reddunt

sine certæ quantitatis determinatione æstimationis *l. 68. ff. de R. V. l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur.* nisi Judex modum, σ ad quem usque jurari debeat, statuerit *d. l. 4. §. 2. l. 18. in f. pr. ff. de dol.* aut magna caussa Judicem moveat, quò minùs υ juramentum sequatur *d. l. 4. §. 2. d. t.* Donel. *d. L. 26. c. 11.* Coras. *6. miscell. 2. num. 3.*

D. Struv. σ *v. th. 68. pr.* υ *ib. vers. imò & pot. est.*

dant rationem, ut sensus sit: utpote in quibus &c. sed restringunt; hôc sensu: non in omnibus B. F. judiciis, sed iis demum quibus &c. sic emptio quoque excluditur: vid. Bronch. *C. 2. enant. 32.*

Nisi Judex modum] Jurare in infinitum s. in immensum licet, dummodò taxatio juramento non est adjecta, ac tenetur id Judex sequi. Licere autem Judici præfinire modum; imò, & non sequi jusjurandum; quin planè à principio non deferre; ex locis Ulpiani, Marciani & Pauli, in *l. 4. §. 2. & l. 5. §. 1. ff. h. n. t.* atque *l. 3. §. 1. ff. ad exhib.* planum evadit. Voluit nihilominus Ant. Faber Conjecturis *XVI. 17.* & Erroribus *XIIX. 10.* suis etiam hoc accenseri: Nullum horum Judici vel hodie licere, vel olim licuisse, esseque dicta JCtorum loca per Tribonianum corrupta. Sed aliud docet Vinn. *L. 1. sel. qu. 45.* cui add. Pac. *C. 3. enant. 88. & 89.* & Bronch. *C. 1. Misc. qu. 61.* Hillig. *D. E. XX. 6. sub fin. & XXVI. 11. E.*

Th. XXV.

Juramentum veritatis in omnibus τ actionibus etiam stricti juris, quandocunque res non ampliùs extat, nec aliter æstimatio ejus probari potest *l. 5. §. ult. ff. de in lit. jur.* licèt saltem culpâ φ Rei extare desierit, vel deteriorata χ sit, *l. 2. §. 1. ff. eod. l. 68. ff. de R. V.* in id defertur, ut actor æstimet, quanti res, seu quanti suâ intersit rem accepisse *d. l. 68. ff. de R. V. l. 2. l. 3. l. 10. ff. de in lit. jur.* in quam æstimationem à Judice

τ *th. 69. circa f. vers. Locum verò.* φ *th. 70. pr. j. th. 60. circa f.* χ *d. thes. 69. lin. 3.*

Th. XXV. *In omnib9*] quia nihil irregulare aut durum hôc juraméto desideratur.

Non ampliꝰ extat] De rei debitæ interitu, & quis eum præ-

D. Struv. priùs taxatam reus condemnari debet, Menoch. *cas. 208. n. 5.* Rosbach. *d. t. 69. num. 8.* nisi ultra verum rei pretium juratum esse ψ ostendat. *l. ult. ff. de in lit. jur.* Donel. *d. lib. 26. com. 11.* Menoch. *cas. 207. in f.* Treutl. *vol. 1. d. 21. th. ult. lit. d.* Umm. *disp. ad Proces. 20. th. ult. n. 46.*

ψ *v. th. 71.*

præstet? vid. Autor. *sup. D. V. th. 25.* Bronch. *Cent.* 1. *Enant. 74.* Dn. Strauch. *Disp. de Veritate in vicem rei præstanda.*

Quanti suâ intersit] Add. Autor *infr. D. XXI. th. 7.*

Tit. IV. de Condictione causâ datâ, causâ non secutâ.

Th. XXVI.

Condictio caussâ datâ, caussâ non secutâ, *a* est actio personalis, quâ, quod ob certam caussam, futuram scil. eamque licitam ac possibilem, *a* datum est (sub qua datione & factum *b* comprehenditur Duar. in comm. *ad tit. ff. de condict. caus. dat. c. 3.*) repetitur, quòd caussa illa non sit secuta. *l. 1. & 2. ff. h. t.* Oritur proximè non ex contractu vero aut innominato, prout vulgò docetur, sed ex q. contractu, *c* tacitâ scil. conventione, quâ placuit repeti licere datum, si caussa non sequeretur, Bo-

a v. Disp. XXIX. th. 3.
a v. th. 5. pr. j. th. 7.
b v. th. 5. in m. & th. 9. in m.
c th. 4.

Th. XXVI.

Factum comprehenditur] Imò facta repeti & infecta fieri nequeunt. Si dedi ut detur vel ut fiat, repetitio quadrat, non si feci ut detur vel fiat. Vinn. *L. 1. sel. qu. 46.*

Repetitur] Sic Autor *infr. D. XI. th. 32.* de contractu permutationis ait, licere ei qui dedit condicere. *ubi vid.*

Non ex vero] Hoc negari nequit, quando verus, isque innominatus contractus est celebratus, licere ei qui dedit, repetere, condictionemque causâ dati instituere; Sed illud venit in quæstionem: Unde ea actio tunc oriatur, Ex quo fundamento sit? Utrum ea ex hoc ipso vero contractu nascatur? Ita quidem videri poterat, quia nul-

Bocer. *cl. 3. d. 19. th. 2.* Bachov. *ad Trl. vol. 1. d. 22. th. 1. lit. A. & F.* Frantzk. *in comm. ad ff. de condict. caus. dat. n. 7.* idque vel ob *d* cessationem debitoris, vel ob pœnitentiam *e* dantis *l. 3. §. 2. ff. eod.*

D.Struv. *d v. th. 6. & 14.* *e d. th. 6. j. th. 19.*

nullum aliud negocium apparet. Sed enim, Nullus effectus destruit suam causam: In quacunque actione contravenitur conventioni, ea non est effectus illius contractûs. Notandum E. in duobus hisce articulis Do ut des: Do ut facias; duo simul agi: unum exsertim, Implementum scil. conventionis: & hoc exigitur postmodùm nativâ Præscriptis verbis actione. Alterum tacitè: ut liceat pœnitere, datumque repetere: ex qua tacita conventione & quasi contractu hæc condictio proficiscitur. vid. Vinn. *d. qu. 46.* Bronch. *C. 2. enant. 34.*

Tit. V. de Condictione ob turpem vel injustam causam.

Th. XXVII.

Ob turpem caussam *f* datum, si turpitudo solius sit *g* accipientis, repeti potest *l. 1. §. fin. ff. de condict. ob turp. caus.* si solius *h* dantis, vel utriusque *i* tam dantis quàm accipientis, repetitio cessat *l. 4. §. 2. ff. eod.* Ad posteriorem casum meritò etiam refertur, si quis Judici *k* in bona quadam caussâ aliquid dederit *l. 2. §. 1. ubi glos.* Bart. Salic. & Paul. de Castr. *ff. d. t.* Wesemb. *in parat. ff. eod. n. 3.*

f th. 19. *ibid.* *g v. ib. th. 21.* *h th. 22.* *i ib. th. 23.* *k cōf. VII. 57.*

Th. XXVII.

Utrimq;] Quoties enim par utriusque est causa, potior est conditio possidentis. Autor *infr. D. XX. th. 24. circa f.* Id quod in causa pignoris quoque applicat Dn. Struv. *S. C. Ex. XXVI. th. 31.*

In bona causa] Turpitudo tunc non tam in causa, quàm in datione est, utpote quâ corrumpitur Judex, tum in eo, quòd non amore Justitiæ, quàm necessitate præmii jus administrat: conf. Autor *infr. XXIV. 23. n. 1.* tum quòd muneribus adsuetus, nec aliis nisi ob munera jus reddere velit.

Tit. VI. de Condictione indebiti.

Th. XXIIX.

D. Struv. l v. D. XIIX. th. 29. m v. th. 32. ibid. n ib. th. 30. o th. 31. & 40. j. D. 36. th. 32. in m. p D. XIIX. th. 38. in f. j. D. XXV. thes. 25. vers. Praeterea.

Condictio *l* indebiti (quod quid sit, *m* vid. *l. 26. §. 3. ff. de condict. indeb.*) itidem ex quasi contractu *n* est §. *6. Inst. de obligat. quæ ex q. contr. nasc.* daturque ad repetendum id, quod, cùm non deberetur, *o* per errorem, non juris sed facti, cuiquam est solutum *l. 10. C. de jur. & fact. ignor. l. 9. C. ad L. Falcid.* Duar. *ad tit. de condict. indeb. c. 3.* Donel. *14. c. 14. & ibi* Hillig. *lit. D.* Pacius *4. q. 5.* nisi talis sit caussa, in qua lis inficiando crescit, *p* tunc enim nec facti error proficit §. *ult. Inst. de oblig. quæ q. ex contr. nasc.* Donel. *d. l. c. 15.*

Th. XXIIX.

Non deberetur] Ne naturaliter quidem: nam si vel naturâ adhuc debitum fuerit, solutum non repetitur. Exceptione quidem securus est talis debitor si conveniatur; vid. Autor *infr. D. XXII. th. 15.* solutum verò non repetit; ut in filiofamiliâs Autor *D. IX. th. 22.* in Usuris *D. XIII. th. 8.* ostendit.

Non juris] Ita docet quoque Pacius *c. 4. enant. 5.* Bronch. *C. 2. enant. 36.* binaque Scabinorum Lipf. responsa adfert B. Carpz. *p. 2. C. 28. d. 20.* Id quod tamen in divisione ex errore juris facta, limitat Dn. Richter *Decis. 68. n. 32.* cui adstipulatur prælaudatus Carpz. septem sui Scabinatûs præjudicia adferens *p. 3. C. 15. d. 42.* Cùm nec indistinctè juris error nóceat, sed tunc, si naturalis obligatio subsit. ut eleganter Vinn. *L. 1. sel. qu. 47.* tradit, cui add. Franzk. *Ex. XI. qu. 8.* Utrum verò in indebitè soluto transferatur dominium? vid. Pac. *C. 4. qu. 18.* Riemer. *Decad. IX. qu. 7.* Cœterùm de Ignorantia & errore tam juris quàm facti, sedes ordinaria erit *D. XIII. th. 9. & f.*

Lib. XIII. Tit. I. de Condictione furtiva.

Th. XXIX.

q v. Disp. XIIX. th. 49.

Furtiva *q* Condictio, ex caussa dominii

Th. XXIX.

Ex caussa dominii] Imò delicti. vid. *l. 10. §. 2. ff. de Compens.* quod ipse Au-

tor

tor tandem fatetur *infr. D. XXIV. th.* 5. Personalis ergò, nec irregularis erit.

Domino] Eique juxta *Cujacium* soli, Nam ei, cujus solùm interest, incerti condictio datur. *l. 12. §. f. h.* Sed unde est, quòd & Usufructuario & B. F. possessori datur? *Limitanda E. opinio Cujacii:* Domino, sive jure civ. sit talis, sive Prætoriò, qualis est B. F. possessor (*de Fructuario enim ipsius dubito*) utpote quem Prætor patitur dicere SE USUCEPISSE. Quin &, cùm non aliter credat, ac, verum se dominum esse; ac B.F. possessor solùm intuitu veri Domini, qui posteà apparet, dicatur, non potest de alia quàm hac actione cogitare. v. Pac. *IV.* 23.

Heredes] Sed quid si fur ipse criminaliter puniatur, suspendiô, utrum & tunc ad rei furtivæ recuperationem heredes conveniri possunt? Diversimodè Collegia Lipsensia in eodem casu respondisse deprehenduntur. Facultas Juridica affirmavit, apud Finkelthaus *Obs.* 59. *num.* 32. cui Facultas Witebergensis fuit adstipulata. *ibid. num.* 33. Negarunt Scabini *ibid. num.* 9. & apud Carpz. *p. 4. C. 32. d.* 23. ubi aliud antiquius præjudicium habet. Distinguit autem in sua *pr. Cr. qu. 80. num.* 105. ut rei in corpore extantis restitutio omnine fiat, præjudicia ponit *ib. n.* 109. sin consumpta sit, æstimatio repeti nequeat. Res hæc quoad

minii *r* ad rem ipsam surreptam *s* persequendam introducta, irregularis est, ut nec realibus nec personalibus actionibus per omnia respondeat, qua de re vid. Dd. *ad §. 14. Inst. de act.* Datur Domino *t* rei *l. 1. ff. de condict. furt.* vel ejus heredi *l. 11. d. t.* contra *u* furem ejusve heredes *l. 9. ff. eod.* ad rem furtivam extantem ejusve æstimationem *x* in solidum recuperandam: in qua æstimatione id spectatur tempus, quô res unquam plurimi *y* fuit *l. 8. §. 1. ff. eod.* Bach. *De act. d. 4. th.* 20. Pac. 3. *q.* 72.

r D. STRUV: *diss. th.* 50. *ibid.*
s ib. th. 56.
t ib. th. 52.
u th. 54.
x d. thes. 56. *vers. Quòd si res.*
y ibid.

Electoratum Sax. decisa videtur per *nov. decis.* 86. Sed Domini Jenenses indistinctè repetitionem concedunt, ac M. Aug. 1666. ad requisitionem I. O. M. zu R. responderunt teste Dn. Struv. *in præ-*

praleß. Cod. h. n. t. qui in suo *Synt. civ. Ex. 18. th. 54. seqq. & Ex. 46. th. 97.* videri poteſt. add. Dn. Richter *Decis. 96. n. 114.*

In solidum] Contrarium tuetur Cujacius *L. 7. obs. 37. & ad lib. XI. quaest. Papin. in l. 5. rer. amot.* quem tuetur M. Lyklama *L. 1. membran. c. 18.* Pro Autore facit A. Fab. *L. 4. conject. c. 1. & Decad. 78. c. 1. & 2. It. Decad. 80. c. 3. 8. 9. & 10.* & cum eo Bachov. *de Act. Diss. 4. th. 21. pag. 154.* Quàmvis autem adverſariorum partes ſtrenuè & prolixè defendat Riemer *Decad. 4. qu. 1.* cum Autore tamen faciendum putamus.

Tit. IV. de eo quod certo loco dari oportet.

Th. XXX.

D. Struv. z D. XIIX. th. 65. seq. α v. th. 67. in m. β v. th. 70. pr. γ th. 72. ibid. δ th. 73. pr. ε ib. p. 682. s.

Actio de eo z quod certô locô, eſt Arbitraria, α accedens actionibus ſtricti juris, quibus q. novam addit qualitatem, ut Judex β in iis arbitrari poſſit liberius, quanti interſit non ſolùm dictô locô *l. 1. 2. l. 4. §. 1. ff. d. t.* in qua æſtimatione utilitas ſpectatur tàm actoris γ quàm Rei; & hujus quidẽ indiſtinctè §. 33. *Inſt. de act.* illius verò tum demum, quando reus fuit in mora *l. 8. in fin. ff. de eo quod cert. loc.* Datur etiam in fidejuſſores δ ſed ita ut eorum obligatio per moram reorum non ε augeatur *d. l. 8. l. fin. ff. eod.*

Th. XXX.

Arbitraria] Unde hoc ſit, explicat Autor *infr. D. XXII. th. 26. in f.*

Indiſtinctè] ſive in mora fuerit, ſive minus. Cujacius equidem *in l. 8. ff. h. t. Tract. 4. ad African. p. m. 398. in f.* in vocula ALTERUTRIUS, quæ extat in *l. un. C. h. t.* ſe fundat, quæ ſine dubio ei ſoli proficua eſſe poteſt qui abſque mora ſit. Mihi tamen videtur, JCtum in *l. 2. ff. h. t.* de potentia & habilitate hujus ipſ. actionis, officioque Judicis ab initio & in ſe indeterminato loqui. Imperatorem verò in *d. l. 1. C. h. t.* de eventu poſt applicationem, hôc ſenſu: Poſſe utriusq; intereſſe; ejus tamen ſolius intereſſe ſpectari, quem Judex inſontem deprehendat: qui ſine dubio alteruter ſaltim erit.

Non augeatur] Idem reperit: ſed appoſitâ limitatione ex *l. 54. ff. Loc.* Autor infr. *D. XXIII. 10. in m.* add. Pac. *C. IV. qu. 32.*

Tit.

Tit. V. de Constituta pecunia.

Th. XXXI.

De constituta] Duplex est Constitutum: Obligatorium, quod h. l. tractatur; & Possessorium, de quo *infr. D. XX. th. 25.*

Vel naturaliter] Nam vel hunc effectum, ut constitutum recipere possint, Jus civ. naturalibus reliquit obligationibus: quod Autor inculcat *infr. D. XXII. th. 15.* An indebitum possit constitui? vid. Pac. *C. IV. enant. 35.*

Th. XXXI.

De constitura pecunia ζ Actio datur adversus eum, η qui creditori suo θ vel alterius citra stipulationem solo consensu ι promisit se soluturum, quod ipse vel alius *l. 5. ff. l. 1. C. d. t.* naturaliter & civiliter, vel naturaliter tantùm κ debet *l. 1. §. 6. & 2. seqq. ff. eod.*

D Struv. ζ *th. 74.* η *th. 79.* θ *ibid. th. 78.* ι *th. 75.* *ibid. pr.* κ *ibid. in med.*

Th. XXXII.

Ordinis, divisionis] Similis est fidejussori Constituens, præterquàm quòd circa stipulationem promisit. Quia tamen & pactum stipulationi exæquatum, vid. *sup. D. II. th. 26. & infr. Disp. XXII. th. 8.* quin ipse Prætor hoc firmavit ad actionem producendam, ideò in effectu fidejussor erit, consequenter quoq; juribus ejusdem, de quibus *infr. D. XXIII. th. 11. 12. & 13.* gaudebit.

Th. XXXII.

Constitutum priorem obligationem non innovat; sed ei accedit, λ ita ut is, pro quo alius constituit, adhuc maneat obligatus *l. 28. ff. de constit. pec.* Hinc & constituenti beneficium ordinis μ & excussionis est tributum *Nov. 4. c. 1.* & si plures sint, competit his beneficium ν divisionis *l. ult. C. d. t.*

λ *v. th. 81.* μ *ibid. lin. 3. ſ. D. 47. th. 43.* ν *ibid. th. 44.*

Tit. VI. Commodati vel contra.

Th. XXXIII.

Tam immobilibus] Idem in Deposito. *infr. D. X.*

Th. XXXIII.

Commodatum ξ consistit in rebus tam immobilibus, quàm ο mobi-

ξ *v. D. XIX. th. 1.* ο *ib. th. 4.*

D. Struv. mobilibus *l.* 1. §. 1. *ff. commod.* tam alienis quàm propriis *l. 15. ff. eod.* π *ib. th. 9.* Actio commodati, π quæ inde oritur, duplex est, Directa & Contraria. Illa datur commodatori adversùs commodatarium, in quam & omnis culpa, ς *v. th. 7. & 38.* ς etiam levissima, σ *de qua vid. th. 27. seqq.* σ præstanda venit *l. 5.* §. 2. *in fin. l. 18. pr. l. 20. ff. eod. l.* 1. §. 4. *ff. de O. & A.* & rei imprimis restitutio, §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. oblig. d. l. 1.* §. 4. *ff. de O. & A.* cui compensatio τ *v. th. 12.* τ objici nequit *l. ult. C. Commod.* Cujac. 11. *obs.* 11. Pac. 4. *q. 44.* Zanger. *de except. p. 3. c. 6. num.* 41. Hæc υ *v. th. 11.* υ competit Commodatario adversùs commodantem, si vel re commodatâ uti φ *v. th. 10. n. 1.* φ sit prohibitus *l.* 17. §. 1. *&* 3. *ff. d. t.* vel damnum ex re vitiosa scienter commodata sensit *l. 18.* §. *pen. l. pen. ff. eod.*

D. X. th. 15. obtinet. Nec movet, reales hos esse contractûs, qui traditionem requirunt, quæ in immobilia non quadrat: Talis enim sufficit, qualis fieri pro rei conditione potest.

Levissima] Atqui in positivo gradu loquitur Imperator §. 2. *I. quib. m. re contrah. obl. verb. Sanè exactam.* R. Ad gradum vocabuli respiciendum non esse, docet §. 5. *I. Loc.* ubi superlativus ponitur, & tamen in illo contractu exacta regulariter sufficit. Sed ad comparationem rerum propriarum, & alienarum; quòd hæ vel æquali cum rebus propriis studiò custodiantur, vel remissiori, vel exactiori. In Commodato æqualis non sufficit, si modò reperiri possit diligentior. In locato æqualis diligentia satis est.

Compensatio] vid. Autor infr. *D. X. th. 12. inf.*

DISPUTATIO NONA
ad Lib. XIV. & XV. Pandectarum.

Respondente

JOH. GEORG. Roth/ Baruthô-Francô.

Lib. XIV. Tit. I. de exercitoria actione.

Th. I.

ALiorum] Neque contrariantur, quæ in *l. 11. ff. de O. & A.* habentur, Quòd, quemadmodum contractûs ratione constitutionis & initii radicentur in solis eorum personis, qui ipsimet contraxerunt, Ita & ratione actionis & executionis alius accedere non debeat. Nam is sensus est: Quòd tertius ille extraneus, qui non ipse contraxit, non suô, sed procuratoriô nomine, illius scil. qui principaliter ipse contraxit, agere possit: At verò hujus contrarium Autor non asserit, quum non de alio actore, sed Reo loquatur: ille ipse qui cum filio contraxit, contra Patrem agit, eumque ipsum tamen non directâ sed obliquâ pulsat actione.

Adjectitiæ qualitates] vid. sup. *D. VII. th. 13. it. IIX. 31.* & passim.

Th. I.

SIcut ex delictis, *a* ita ex contractibus aliorum *b* nonnunquam obligamur, idque ideò, quòd vel eos alicui negotio præposuimus, *c* tam liberos quàm servos, unde oriuntur Actiones *d* Exercitoria & Institoria; *e* vel quia sunt in nostra potestate, Unde actio Tributoria *f* & aliæ. Pacius *in Anal. Cod. ad tit. de exerc. act. n. 1.* Sunt autem istæ actiones non propriæ & per se constantes, sed potiùs actionum ex contractu adjectiones, seu adjectitiæ *g* qualitates. Gloss. *ad l. 4. § 4.* & ibi Gothof. *ff. de exercit. act.* Frantzk. *in comment. ff. d. t. num. 6.*

D. Struv. *a conf. D. XIV. th. 28.* *b v. D. XX. th. 1.* *c ib. th. 5. circa f.* *d ibid. th. 6. pr.* *e ib. & th. 31.* *f th. 41. ib.* *g conf. dict. th. 5. in m.*

Th. II.

Exercitoria actio *b* ob publicam utilitatem, quæ in navium exercitione *i* versatur *l. 2. §. 20. ff. de exercit. act.* à Prætore introducta, *k* unde & Honoraria dicitur *l. 1. §. pen. eod.* ex contractu Magistri *l* navis, *l. 1. pr. & §. 1. ff. eod.* (modò ex lege propositionis, *m* quam egredi Magister non debet, *d. l. 1. §. 12. ff. d. t.* in caussam navis & ejus rei, *n* cui præpositus est, nomine fuerit contractum, *d. l. 1. §. 7. & 8. l. ult. pr. ff. eod.*) adversùs Exercitorem, *o* ad quem quæstus navis *p* pertinet, §. 2. *Inst. quod cum eo qui in alien. potest. l. 1. §. 15. ff. de exerc. act.* ejusque patrem vel dominum, *q* si filiusfam. aut servus fuerit *l. 1. §. 16.* & passim *ff. d. t.* datur *l. 1. §. 20. ff. eod.* ut facta Magistri præstet, *r* ne cum eo contrahentes decipiantur *s d. l. 1. §. 5. ff. eod.*

D. STRUV.
b D. 20. th. 7.
i v. th. 10. p. 723. lin. 4. & th. 11. in f.
k d. th. 5. in m. th. 14.
l th. 8. ib.
m th. 16. per tot.
n th. 8. lin. 2. & th. 10. pr.
o th. 11.
p th. 9. pr.
q d. th. 11. in m.
r th. 13.
s p. 723. lin. 5.

Th. II.

Publicam utilitatem] Boni Principis officium est, ut civitati de rerum omnium sufficientia, quam αὐτάρκειαν dicunt, prospiciat, eumque in finem ea omnia, quæ ad id conducunt, promoveat. In navigatione autem & mercatura maritima eum obtineri scopum, nullum est dubium.

Modò ex lege] Atqui Ulpianus in *l. 1. in f. pr. h. n. t.* fatetur, hujus actionis naturam non pati interpretationem adeò strictam; cùm sæpe nec locus nec tempus deliberationem admittat. *n.* JCtus ibi comparativè loquitur, inferendo ab actione institoria ad exercitoriam; hanc longè magis illâ necessariam esse, omnem moram prolixiorem respuere, ne sc. commodum navigandi tempus negligatur; ut securiores atque liberiores Magistri præpositionem sequamur, omissâ scrupulosiori in vitam & mores ipsius inquisitione: Quæ omnia secus in Institoria, quæ tantum ex tali mora non capit periculum, possumusque multò rigidius scrutari, nec contrahendo & fidem sequendo præcipitare. Planè alius noster est casus, quòd sc. semel eô receptô, strictissimè tamen fines mandati ipsi dati observare debeamus.

Th. III.

Th. III.

Ignorante Exercitore] Opp. Quæcunque actio libera esse debet, non potest contra expressam contrahentium voluntatem à Legibus induci. Atqui præpositoriæ actiones sunt tales: Cujus enim nullus intervenit consensus, nullum factum, ejus nulla quoque obligatio: quia aut Re, aut Consensu obligari debemus. Atqui hunc Promagistrum s. substitutum planè ignorat Exercitor, multò minus ipse constituit. E. ℞. (1.) Lim. Maj. Quicunque nec expresè nec per bonam consequentiam tacitè &c. sic Neg. Min. Nam etiam si prohibuerit Dominus cum servo cui peculium dedit, contrahi, tamen obligatur. *l. 29. §. 1. ff. de Pecul.* Ita licèt prohibuerit Promagistrum substitui, tamen tenetur. *l. 1. §. 5. verf. quid tamen ff. h. n. t.* quia huic protestationi factum est contrarium; secum ipse pugnat Dominus prohibens contrahi, & tamen peculium concedens, cujus intuitu non potest non contrahere; prohibens substitui, & tamen præponens Magistrum, quem necessitas facillimè ad substituendum cogere potest, si utilitatem Domini, cui promovendæ præfectus est, non velit pessundare. Unde & (2.) ex *d. l. 1. §. 5.* ℞. Esse casum specialem.

Th. III.

Non solùm autem ex D. Struv. contractu ipsius Magistri, sed & Pro-magistri, *t* h. e. à Magistro, ignorante exercitore, substitui *d. l. 1. §. 5. d. t.* actio hæc adversùs exercitorem oritur. Et, si plures *u* fortè Magistri navi sint præpositi, ac cum uno saltem actum, Exercitor nihilominus ex eo convenitur *d. l. 1. §. 13. ff. h. t.* Quæ duo singularia in hac actione notat Duaren. *in comm. ad h. t. cap. 2. col. 2.* *t D. 20. th. 10. verf. Imo p. 723. lin. 2.* *u ead. th. in f. verf. Quid si.*

De eo autem quod cum quolibet nautarum *x* contractum, Exercitor non tenetur *d. l. 1. §. 2. ff. eod.* Azo *in sum. Cod. eod. num. 2.* Afflict. *decis. 82. n. 3.* *x ibid. lin. prox. præced. verf. Non verò.*

Th. IV.

[D.Struv.] Id etiam insuper monendum, quòd in arbitrio sit creditoris y vel Exercitorem, hac utili, vel etiam ipsum Magistrum, si liber sit, suique juris, cum quo contraxit, directâ actione convenire. *d. l. 1.* §. 17. *ff. d. t.* & si cum alterutro eorum est actum, cum altero agi nequit; z solutio quoque ab alterutro facta pro quantitate, quæ soluta est, alterius minuet obligationem, *d. l. 1.* §. *pen. ff. eod.*

[y *D. 20. th. 14.*] [z *ib. inf.*]

Th. IV.

Vel Exercitorem] Exercitor conveniri potest ex contractu cum Magistro s. rectore navis inito: quin & de Dolo & maleficio omnium nautarum tenetur. Hinc quando mercatores aliquot Stetinenses Nautæ Stralesundensi Amstelodami unam & 60. Lastas halecum crediderant Stetinum vehendas, atque teloniô Oresundicô liberandas, isque unam supra triginta reticuerat, sed detectâ fraude perdiderat, navi domum deductâ, redditâque Exercitoribus suis, aufugerat: Hi veró literas contractûs Stetinum mittentes de halecibus respondere nolebant, effató Facultatis Jurid. Lipf. M. Apr. 1646. sunt condemnati, teste B. Carpz. *C. 2. Decis. 133.* Licèt enim professio mercium & exsolutio telonii, die Richtigmachung des Zolls non sit pars vecturæ, & sic extra officium nautæ, specialiter tamen h. l. in se receperat, conf. Dn. Mœv. *Comment. ad jus Lub. part. 2. Tit. 3. art. 6. n. 18. ad 21. junct. addit. ad Lib. Tit. 3. art. 5. pag. 25.* & qui eum laudat ac sequitur Dn. Marquart. *Tr. de jure merc. sing. L. 1. c. 8. n. 31. L. 2. c. 4. n. 29. & L. 3. c. 3. n. 23.*

Th. V.

Competit hæc actio in solidum, & quidem ita, ut si plures navim exerceant, cum singulis in solidum a agi possit *d. l. 1.* §. *ult. l. 2.* ubi ratio *l. 3. ff. de exerc.*

[a *D. 20. th. 11. pr. j. th. 13. in m.*]

Th. V.

Singulis in solidum] Malè hoc Legibus Romanis introductum adserit Hugo Grotius *d. l.* neque æquitati naturali conveniens; ut quæ satis habeat, si pro suis singuli partibus conveniantur; nec publicè utile; cùm homi-

homines si metuant, ne ex facto magistri quasi in infinitum teneantur, ab exercendis navibus absterreantur. conf. Vinnius *ad Peck. in Comment. ad* LL.*nautic. h. t. pag.* 155. quem laudat Loccenius *tr. de jure maritimo* L. 3. c. 7. §. 10. *p. m.* 295. Lubecenses tamen in causa quadam Stralsund. *d.* 18. *Apr.* 1651. juxta jus Romanum decidisse refert Dn. Marquart. *d. tr.* L. 1. c. 8. n. 40. add. Præc. *cent.* 4. *enant.* 52.

Apud Hollandos] constitutum, ne exercitoriâ etiam universi amplius teneantur, quàm ad æstimationem navis & eorum, quæ in navi sunt. Grot. *d. l.* vid. Peck. & Vinn. *ad h. t. pag.* 93. *seqq.*

Ex justa tamen] Regulariter enim exercitor adversus Magistrum habet vel mandati actionem, si gratuitâ ejus usus fuit operâ; vel locati, si mercenariâ: quòd si tamen is non sit solvendo, ex æquitate aliqui in integrum restitutionem concedunt v. Loccen. *cap.* 8. §. 15. *p.* 300. Quæ tamen, quia ægrè quandoque obtinetur, quando nempe exercitor contra fiscum, bona ob vectigal à Magistro fraudatum detinentem agit, vid. Mœv. *ad Jus Lub. p.* 3. *T.* 3. *a.* 6. *num.* 19. ideò alii implorationem officii Judicis tribuunt. *arg. l.* 7. *ff. Mand. l.* 17. *de R. Cr. arg. l.* 2. *de Inst. act.* B. Hahn. *Wes. h. n.* 6. *p. m.* 549.

exerc. act. Wesemb. *in parat. ff. eod. num.* 5. quod tamen apud Hollandos β hodiè non observari, testatur Grot. *lib.* 2. *de jur. bel. c.* 11. *num.* 13. Qui tamen solidum solvit, judiciô γ societatis *d. l.* 3. *eod.* vel communi dividundo *l.* 13. §. *ult. ff. de institor. act.* à cæteris exercitoribus quantò plus solvit, recuperare potest Bocer. *cl.* 3. *d.* 23. *th.* 20. Exercitori autem vicissim adversus contrahentes cum Magistro hæc actio non est prodita: δ ex justa tamen caussa ei nonnunquam subvenitur *d. l.* 1. §. 18. *de Exercit. act.*

D. Struv. β *d. th.* 12. *vers. cæterum.* γ *ead. th. vers. ita tamen.* δ *th.* 15. *ib.*

Th. VI.

Si creditor probet] Opp. Cuicunque tempus

Th. VI.

Si pecunia fortè mutuò data sit in caussam præpositionis, non ali-

D. Struv. aliter exercitor in solidum obligatur, quàm si creditor probet, ε se eam idoneô locô & tempore, & non ultra necessitatem ζ magistro navis credidisse *l. fin. ubi* Bart. & Dd. plerique *ff. de exerc. act.* Sichard. *ad rubr. C. eod. num.* 12. in quo discrepat à mutuo Minori, Ecclesiæ aut Civitati η dato, ubi creditorem, pecuniam etiam in rem versam esse, probare oportet. *Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. l.* 27. & ibi Costal. *ff. de R. C.* Fachin. 2. *controv.* 76. Treutl. *vol.* 1. *disp.* 24. *th.* 6. *lit. l.*

ε *v. th.* 10. *in m.*

ζ *ib. paulò infr.* 5. *th.* 13. *in m.*

η *v.* D. XVI. *th.* 21.

pus & locus occasionem deliberandi adimunt, ille non potest onere probandi gravari. Atqui contrahenti cum Magistro obstant locus & tempus *l. 1. pr. ff. h. t.* E. ℞. Neg Min. quia ibi non agitur de contrahente cum Magistro, ut illis invicem actio tribuatur; sed de Exercitore, ut is facta Magistri præstet. Porrò nec deliberatione hîc, sed nudâ Inspectione, an refectione navis indigeat, opus est. Nec denique in Magistri qualitates, sed conditionem navis inquirere debet; id quod altiorem non requirit indaginem.

Aut civitati] de quo repetantur dicta ad D. *III. th.* 23. & *IIX.* 4.

Tit. II. de Lege Rhodia de jactu.

Th. VII.

Lex Rhodia navalis θ per universum tractum maris mediterranei tanquàm jus aliquod gentium passim culta & observata, Strabo *l.* 14. *Georg. c. fin. dist.* 2. *l.* 9. *ff. de L. Rhod.* præcipuè tractat de Contributione ι propter merces levandæ navis, & sic evitandi communis periculi, κ caussâ in mare jactas ab

θ *v.* D. 20. *th.* 16.

ι *ib. vers. inter alia.*

κ *v. th.* 17.

Th. VII.

Jus gentium] ad cujus imitationē & modernum jus Lubecense populis mare Balthicum accolentibus jus gentium evasit.

Præcipuè tractat:] plura siquidem ejus fuêre capita, quæ recenset Dn. Marquard. *D. tr. L.* 3. *cap.* 3.

De

De contributione] Hæc refusio nunc unô ubique nomine Avaria, Haverey vocatur; de cujus vocis origine vid. Id. Marqu. *L. 3. c. 19. n. 5. seqq.*

ab illis, λ quorum res aut merces propter hunc jactum servatæ sunt, ad resarciendum damnum μ faciendа *l. 1. l. 2. in fin. pr. ubi ratio, l. 4. pr. ff. de L. Rhod.* Ut igitur locum habeat, duo concurrere oportet, jacturam scil. mercium ν ex parte una, & conservationem rerum ξ ex parte altera. Duar. *in comm. ad tit. ff. de L. Rhod. c. 3.*

D. Struv. λ *conf. th. 18. ibid. j. th. 21. pr.* μ *v. th. 27.* ν *v. th. 26.* ξ *v. th. 23.*

Th. IIX.

Nullâ actione] Sed videtur omninò actio dari in *l. 1. ff. h. t.* fortè condictio ex moribus, quod Lex Rhodia consuetudine quadam ubique recepta fuerit. Sed enim, uti in *d. l. 1.* sarciendum esse dicitur illud quod pro omnibus datũ; ita applicari non statim debet ad specialem ejusmodi actionem, prout quidem objectio vult; sed æque commodè ad locati conducti actionem accommodari potest, uti Autor interpretatur *l. 2. h. t. & l. 14. de præscr. verb.* conf. huc Pac. *cent. 4. enant. 53.* B. Hahn. *Wes. pr. h. p. m. 549.*

Incendii] Imò, ille ipse quoque tenetur, ad minimum in simplum, si usque eò ignis non pervenerit; & tunc demum absolvitur, quando pervenit, *l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.*

Th. IIX.

Qui servandarum mercium gratiâ merces aliorum in mare projecit, ο nullâ actione tenetur *l. 14. ff. de præscript. verb.* scil. quatenus eas projecit, non magis ac qui incendii arcendi caussâ ædes π vicinas diruit. *l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 7. in fin. ff. de incend. ruin. naufr.* sed ob merces servatas ratione contributionis faciendæ, juxtà cum ϱ aliis convenitur *l. 2. pr. ff. de L. Rhod.* Ant. Fab. *in rational. ad d. l. 14. ff. de præscript. verb.* Vinnius *in not. ad comment.* Peckii *in l. 2. pr. ff. de L. Rhod. lit. b.*

ο *v. th. 24. in m. vers. Ipse igitur.* π *v. D. 14. th. 11. in m. vers. & rerum.* ϱ *v. D. 20. th. 24. in m. v. sed ex alio.*

Rx. Subordinata sunt. Si pervenit, dubium non est, quin impu-

nis sit; si non pervenit, Judex meritum ejus arbitrabitur, Justus, nec ne, fuerit: ita ut si fuerit, adhuc dum absolvatur. Nam ipsemet Servius in *d. l. 7. §. 4.* se limitat, in verbis: Si tamen. add. Autor. *sup. D. VII. th. 6.*

Th. IX.

D.Struv. Qui jactu factô damnum passi sunt, adversus illos, quorum merces servatæ, nullam ipsi habent actionem, sed ex locato adversùs Magistrum σ navis experiri debent, qui deinde cum aliis, quorum merces servatæ, ex conducto τ ad detrimentum pro rata communicandum aget *l. 2. in pr. ff. d. t.* (exempla istiusmodi actionis plura vide in *l. 60. §. 5. loc. l. 13. §. pen. ff. de act. empt. l. 75. § ult. ff. de legat. 1.*) etiam ad retinendas υ res cæterorum, donec portionem damni resarciant, agi potest, *d. l. 2. pr.* & ibi Peckius *ff. eod.* Duar. *d. comment. c. 2.*

σ *v. D. 20. th. 24. pr.*

τ *paulò pòst. vers. velut Magister.*

υ *paulò antè. vers. sed ut cæterorum.*

Th. IX.

Nullum ipsi] Quia nec contractus nec delictum, nec jus in re, quod ulli actioni reali vel personali fundamentum præbeat, adest. vid. eleg. Loccen. *tr. de Jur. mar. Lib. 2. c. 8. §. 12. p. 221.*

Ad retinendas] Et sic de nulla iniquitate conqueri potest, quasi ad præstandum casum urgeatur: Nihil enim de suo expendit. add. Dn. Marquart. *tr. de Jure Merc. sing. L. 3. c. 4. n. 16. 38. & 52.* Reliqui vectores si quid præstant, faciunt tùm ob perceptum commodum, tum ex pacto: quia nunquã ad jactum, nisi præmissâ consultatione, acceditur: Dn. Marqv. *dict. c. 4. n. 15.*

Th. X.

Æquitas hujus contributionis etiam locum habet, cùm propter incendium domus aliqua φ cæterarum conservandarum causâ diruta est, (de quo casu alibi & paulò antè dictum) ut damnum à vicinis, ad quos verisimiliter pervenire potuisset, resar-

φ *v. D. 20. th. 27. in m.*

Th. X.

Æquitas contributionis] ostendit eam Loccen. *dict. L. 2. c. 8. n. 2. p. 210.* Marqv. *dict. c. 4. n. 13.*

De

De quo a- libi] ſup. *D. VII. th. 6.* & paulò antè. *th. 8. hic.*

ſarciatur. *arg. l. 1. l. 2. in fin. pr.* ubi Bart. & Bald. *ff. d. t.* Gail. *2. obſ. 22. n.* 4. Straccha *tr. de naut. part. 5. ſect. ſed nec eſt.* Quò pertinet etiam caſus, ſi ad liberandam ab obſidione civitatem, vel exercitum copiasque militum avertendas communicatô conſiliô à quibusdam ſubitò fuit prærogatum, ut id à cæteris refundatur. Mornac. in obſerv. ad *l. 1. & 4. ff. d. t.* D. STRUV.

Th. XI.

Sine furti] Duo ad furtum conſtituendum requirit Imperator in §. 7. & 8. *I. de obl. quæ ex del. naſc.* tum intentionem & malitiam contrectantis, tum diſplicentiam & indignationem domini. Quare, ſi projiciens rem ſuam animum derelinquendi habuit, occupatur res tanquam ex ſua donatione. Si recipiendi, furtum erit. Ne tamen, compertâ rei ſuæ ſalvatione, animum mutet, atque ſe ab initio de recipiendo cogitaſſe dicat, conjecturæ ex rer. jactar. natura ſumendæ, cum quibꝰ nim. ſtare animus projicientis poſſit, vel non. Ineptè ſiquidem conſervationem & recuperationem imaginatur ſibi in re aquam non ferente, & cùm ſciat perituram. Quando verò ligna, ferrum & alia projiciuntur, tunc invenit ejus ſpes ubi figat pedem, & admittitur. Particula E. CUM, in *d. l. 43.* non cauſalitatis eſt, ſed circumſtantiæ. Nec enim perpetuum eſt, res jactas perire; ergò nec indifferenter derelinquendi animum cogitur habere. add. infr. *D. 20. th. 10.* B. Hahn. *th. n. 5. p. m. 550. ſeq.*

Jus

Th. XL.

E navi, levandæ navis cauſsâ, ejecta manent dominorũ, χ cùm non pro derelicto habeantur, §. *ult. Inſt. de R. D. l. 2.* §. *fin. l. 8. ff. de L. Rhod. l. 9.* §. *ult. ff. de A. R. D.* non obſtante *l. 43.* §. *11. ff. de furt.* proinde ſi fortè ad littus expulſa fuerint, ſine furti crimine à quopiam lucrandi animô apprehendi ac detineri non poſſunt *d.* §. *fin. Inſt. de R. D.* ſecus, ſi ſervandi, & domino reſtituendi animô ſuſcipiantur *d. l. 43.* §. *11. ff. de furt.*

χ *eleg. D. XLI. th. 60. per tot.*

quô

D.Struv. quô casu nō solùm impensæ, sed & merces custodiæ susceptori meritò est solvenda. Jus autem naufragii, quô Domini terrarū naves & bona ad littora sua expulsa fisco suo vindicant, ψ ob evidentē injuriā summoperè est improbandū *l. 1. C. de naufrag. l. XI. Auth. Navigia. C. de furt.* Cōstit. crim. Caroli V. *art. 219.* Gail. *1. obs. 18. n. 6.* Grot. *l. 2. de jur. bel. c. 7.* Bodin. *lib. 1. de repub. c. 10.*

ψ v. D. 30. th. 26. in f.

Jus naufragii] Gallicè Varches, vulgò Fahr-Recht / Grund-Ruhe / vel Grund-Ruhr / Strand-Recht / potius Strand-Unrecht dicitur. Ab initio tamen bonô, ut videtur, prætextu natum. Quemadmodum enim (1.) Teloniorum ac vectigalium Jus Principibus ob onus reficiendarum viarum ac pontium est concessum, ac quòd latronibus atque piratis purgare provinciam & mare teneantur; quod onus meriò pensandum aliquô commodô erat; Idque vel maximè, (2.) quòd h. m. sine ullius prægravatione fiscus locupletetur, cùm plerumque mercium domini tali casu merganutr, undisque absorbeantur, adeoque merces in pristinam libertatem revertantur: (3.) quia pleræque regiones litori maris contiguæ, perpetuo inundationis periculo suppositæ, atque exinde coactæ sunt immensis sumptibus aggeres terram cingentes & aquam avertentes extruere atque conservare; hi verò facilimè concuti possunt, sicubi tanta moles illidatur; ideò & isthoc periculum atque damnum aliquâ ratione venit compensandum. Denique (4.) Si pro nudo transitu aurigæ & nautæ telonium solvere tenentur; si porro solo cedunt infixa: cur non fisco committantur ea impetu quæ ventorum ita fuerunt impulsa, ut avelli nequeant; & eo fortè in loco, ubi transitus fieri debebat, Daß dadurch die Fahrt gehindert wird? conf. B. Hahn. *d. p. 550.* Gryphiand. *tr. de Insul. cap. 35. n. 128 seqq.*

Th. XII.

Sensus Responsi Imperatoris ω Antonini in *L. 9. ff. de L. Rhod.* hic est: Ego quidem mundi

ω v. D. 20. th. 30. p. 733.

Th. XII.

Sensus responsi] dubium est (1.) quænam ibi sit Mundi & Maris: Imperatoris & Legis oppo-

mundi Dominus sum, ut scil. tam mari quàm terrâ injuriam passis succurrere queam; sed volo illam legem aut consuetudinem publicanorum Cyclades insulas habitantium, à quibus direpti estis, ex L. Rhodia rebus nauticis præscripta judicari. vid. Selden. *lib. 1. de mar. claus. c. 25.* Vinn. ad not. P. Peck. *in d. l. 9. ff. de L. Rhod. lit. a.* Quòd autem Imperator se mundi vocet dominum, synecdochicè potiùs quàm propriè est intelligendum; quod patet ex *l. 4. C. de commerc. & mercat. l. 1. in fin. pr. C. de off. Præfect. prætor. Afr. l. 2. C. de vet. jur. enucl.* Grot. *lib. 2. de jur. bel. c. 22. num. 13.* Reinking. *de regim. sec. & eccles. lib. 1. clas. 3. c. 13.* D. STRUV.

oppositio? Mare nimirum portio mundi est, E. ut totum & pars opponuntur. Imperator autem lex viva est: adeoque hoc vult: Cùm totius mundi imperiū ad me pertineat, sequitur, & jus maritimum sanciri à me posse. Judicetur tamen juxta jam latas Rhodiorum leges, in quantum in nostro Imperio receptæ sunt. Alii textum emendant, ac pro ὁ δὲ νόμος, legunt ὁ δ᾽ ἄνεμος: quasi ventus dominetur mari. Si valet correctio, valebit quoque interpretatio, ut copulativè per ὁ δὲ, intelligamus δὲ ἐγ(ῶ)ico sensu: Ego & mundi dominus, & Lex maris sum. Nec movemur particulâ adversativâ μὲν, quæ Græcis non semper significativa, sed multoties ornamentum orationis est. (2.) dubium est, qui naufragium in Italia potuerit fieri? pariter pro ἐν τῇ Ἰταλίᾳ legunt ἐν τῃ Τηλίᾳ expressis jota, signis dativi casûs, quæ punctis subnotari hodie solent, ut sensus sit: in Telia insula: quæ una est ex Cycladibus. Arbitramur, cùm Zelandia fœderati Belgii ex meris constet insulis, Dania verò maximam partem; Non malè in Zelandia vel Dania naufragium passum eum dici, qui in mari ad illa regna vel provincias pertinenti passus est: cum & aliàs mare accenseatur terræ quam alluit. add. B. Hahn. *p. m. 149. in f.* conf. Gryphiand. *de Insul. cap. 26. n. 25. seqq.*

Mundi dominum] de Mundi hoc dominio aliqua ad Autoris

diss. feud. III. *th.* 14. *p.* 94. diximus: ubi insimul sensum dicti responsi declaravimus. vid. etiam Suth. *de Jurisdict.* §. 24. *seqq.* Reinck. *de R. S. & Eccl.* L. 2. *cl.* 2. *c.* 8.

Tit. III. Institoria actione.

Th. XIII.

D. Struv. Eâdem ratione *a* (quibusdam tamen singularibus exceptis, de quibus *sup. th.* 3.) quâ Exercitoria, proposita quoque est Actio Institoria, *b* ab Institore, qui tabernæ aut negotiationi quæstûs causâ præponitur, & negotio gerendo instat, *c* sic dicta *l.* 3. *ff. de Institor. act.* §. 2. *Inst. quod cum eo qui in al. pot. est negot. gest. dic.* qua præponens de eo, quod cum Institore secundùm legem *d* præpositionis de ea re, cui præpositus est, vel ad ejus consequentiam *l.* 5. §. 13. *& seq. de instit. act.* est contractum, utilitatis causâ in solidum *e* convenitur. *l.* 13. *l.* 5. §. 11. *& seqq. ff. de instit. act.* & ita quidem, ut si plures eum præposuerint, singuli in solidum *f* teneantur. *l.* 13. §. *fin. ff. eod.* Rot. Genuens. *decis.* 14. *n.* 20.

a conf. D. 20. *th.* 33. *pr.*
b v. th. 31. *ib.*
c ib. th. 32.
d ibid. th. 34. *pr.*
e vid. dict. th. 31.
f th. 37. *ib.*

Th. XIII.

Exceptis] Nec tanta utilitas, nec tanta pericula terrestris sunt negociationis, quanta maritimæ, consequenter nec tantus favor.

Institore qui præponitur] quem vulgò Factorem, germanicè Krahm-oder Laden-diener vocant. Excludendus hinc quivis alius minister conductus, v. g. Hauß-Knecht/ cujus operâ extra mercaturam utimur: Imò & Uxor, quando negociationem palam non exercet, so nicht mit zu Krahm sizt; quô sensu si locutus fuit Wesembecius *h. u. tit. n.* 1. *in fin.* defendi potest; concordant Statuta Lubecensia L. 3. *Tit.* 6. *art.* 5. ubi Mœv. *num.* 10. *ad* 15. add. B. Hahn. *Wes. d. l. p.* 551.

Th. XIV.

Institor ipse, æquè ac Magister navis, dire

Th. XIV.

Institor conveniri] Distinguendi h. l. veniunt Factores ab Institoribus: Illi enim

enim plerumque sui juris, in nullius famulitio & alibi degentes sunt, propriâ pecuniâ in alterius gratiam pro usuris consuetis merces coëmentes: Die heutigen Factores, Was sie vor Ihre Principalen einkauffen, thun solches gemeiniglich auff ihr eigen, und nicht der Principalen credit, und rechnen so wol für den Einkauff provision, als auch interesse vor die verschossenen Gelder: quare non immeritò suô nomine conveniuntur, uti non constitutum modò Jure Lubec. *L. 3. T. 2. art. 1. & 2.* sed in eadem curia decisum quoque d. 10. Maj. 1661. refert Dn. Marquart. *L. 1. c. 8. num. 34.* Hi verò, qui certo alicujus famulitio pro annuo salario inserviunt, Si vel conceptis verbis se institores, ac nomine suorum principalium contrahere dicant, vel certè officii sui qualitatem nominent, suam personam excepisse, atque alter qui cum eis contraxit, intuitu Domini egisse, ejusque fidem secutus esse videtur. Quare vel planè non convenientur, sicuti Curia Frisica heredem procuratoris, ex eo quod à defuncto gestum erat procuratoriô nomine, non rectè conveniri censuit *29. Febr. 1614.* apud Sandej. *L. 3. T. 7. d. 1.* vel non ultra, quàm ut Dominum ad solutionem urgeant, vel ex arca Domini, quam sub manibus habent, solvant: aut, si de suo solverint, regressus adversus principalem salvus sit. vid. Dn. Mœv. *ad Jus Lub. L. 3. T. 6. a. 5. n. 6. pag. 120.* & Dn. Marqv. *d. n. 34.*

directâ actione pro lubitu creditoris g conveniri potest, *l. 1. §. 17. & pen. ff. de exerc. act. l. 7. §. 11. ff. de SC. Maced.* contrariam tamen sententiam, præsertim finitâ præpositione, *h* in praxi servari, testantur Alexand. *consil. 44. n. 9. vol. 2.* Decius *consil. 510.* Parit. *cons. 94. num. 35. pr.* Rota Genuens. *decis. 14. n. 64.* Coler. *p. 2. decis. 248.* Tulden. *in Cod. de Instit. act. n. 2.* Carpzov. *jurisp. for. p. 2. c. 20. d. 14.*

g D. Struv. *v. th. 39. pr. junct. th. 14.*

h *conf. th. 38. d. th. 39. in m. D. 31. th. 49.*

Th. XV.

Nullâ vicissim] Contrarium responderi videtur, in *l. 13. §. 25. ff. de*

Th. XV.

Domino qui præposuit, adversus illos, qui cum Institore contraxe-

traxerunt, itidem nulla *i* vicissim datur actio prætoria, ad exemplum exercitoris *l. 1. pr. ff. de institor. act. l. 1. §. 18. ff. de exerc. act.* cùm aliis remediis legitimis *k* adversùs ipsum institorem illi sit prospectum, & aliàs certum sit, ex contractu liberi hominis non acquiri alteri *l* actionem *l. 38. §. 17. ff. de V. O. §. 4. & 19. Inst. de inutil. stipul.* nisi institor fortè sit non solvendo, *m* & præponens rem suam aliter servare nequeat. *l. 2. ff. de institor. act.* Wesemb. *par. ff. eod. n. 7.* Bachov. *de action. d. 8. th. 11.*

D. Struv. *i conf.* D. 20. *th. 11.*

k conf. Ex. XXII. th. 11.

l v. D. 20. th. 3.

m cõf. ib. th. 4. n. 3.

Th. XVI.

Revocans præpositionem dominus, palàm id negotiatoribus denunciare vel proscribere *n* debet, ne quis caussari possit ignorantiam *l. 11. §. 2. ff. d. t.* & ibi Duar. *cap. 2.* Paris. *vol. 1. consil. 93. num. 6. & 60.* morte verò ipsius præpositio per se non finitur, *o* sed propter utilitatem promiscuæ negotiationis publicam continuatur in heredem, donec ab illo aut tutoribus *p* vel curatoribus ejus revocetur *l. 17. §. 2. l. 11. pr. ff. eod.*

n v. dict. D. 20. th. 38.

o conf. ib. th. 36.

p ib. in f.

de act. empt. ubi Mandanti rem suam vendi, adversus emptorem actio venditi, ad instar actionis institoriæ, etiam absque cessione, conceditur. *v. l. 68. ff. de Procur.* Nisi dixeris, interpretandum hoc secundùm *th. 5. in f. h.*

Et aliàs certum] conf. infr. *D. 22. th. 21.*

Nisi non solvendo] add. B. Hahn. *Wes. h. t. num. 7. in m. p. m. 554.*

Th. XVI.

Morte non finitur] Atqui in *l. 5. §. 17. ff. h. t. n. 1.* dicitur: Ignoranti mortem dari actionem ex æquitate. E. sciens præponentem obiisse non aget; licèt revocatio nondum facta. Resp. De rigore omne mandatum morte expirat; secus in mercatura, ubi æquum est, ignoranti quoque succurrere. E. rigor & æquitas, Sciens & Ignorans h. l. non opponuntur sibi in ipsa mercatura; sed tota mercatura opponitur actibus extra eam; quòd scil. in his rigor, in illa æquitas, mercatores etiam ignorantes invicem obliget.

Tit.

Tit. IV. de Tributoria actione.

Th. XVII.

Merce peculiari] Quàmvis enim *in l. 1. §. 1.* dicatur, ad omnes negociationes edictum Prætoris porrigendum; Id tamen cum quadam restrictione ad merces peculiares est intelligendum, juxta *l. 5. §. 4. h. t.* non ad alias extendendum: quid enim, si in mercibus dominii negocietur? *l. 11. §. p. ff. de Inst. act.* add. Pac. *c. 4. enant. 55.*

Dolum commiserit] Hæc enim actio non aliter quàm dolô interveniente datur: sed tamen reverâ pœnalis ex delicto non est, ita ut dolum pro fundamento atque causa proxima agnoscat, sed tantùm pro causa sine qua non *l. 8. ff. h. n. t.* Dn. Struv. *h. th. 45.* Sed, adeone ante distributionem non datur hæc actio? qua ratione E. Dominus ad distributionem compellitur? an fortè binâ vice hæc actio competit? primâ, ut præceptum de distribuendo obtineatur; alterâ, ut dolus purgetur? An verò præcedit actio ex contractu cum filio vel servo inito, quæ vergit ad solvendum, & si malè Dominus sit versatus, hæc nostra superest?

Th. XVII.

Actionis Tributoriæ caussa *q* est obligatio filii aut servi, ex negotiatione in merce peculiari, quam patre, vel dominô sciente & patiente exercuit §.3. *Inst. quod cum eo qui in alien. potest. est. l. 1 pr. §. 2. & 3. ff. de Tributor. act.* cujus caussâ jubetur pater *r* aut dominus quod ex ea merce aut ejus nomine est receptum, æqualiter *s* inter creditores distribuere seu partiri, in quam partitionem & ipse, si quid illi debetur, admittitur *l. 1. l. 5. §. 5. & 7. ff. d. t.* Quòd si igitur pater vel dominus in mercibus ipsis vel earum distributione dolum commiserit, aut malitiosè versatus sit, Tributoria hæc in eum datur *l. 7. §. 2. & seqq. eod.*

q D. Struv. *v. D. 20. th. 43.*

r vid. th. 45. ibid.

s v. th. 43 in. 4. j. lib. 46.

Tit. V. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicetur.

Th. XIIX.

D. Struv. Filiusfam. ex omni contractu non solùm obligari, sed etiam conveniri *t* potest *l. 39. ff. de O. & A. l. 57. ff. de judic.* idque in solidum *l. 44. ff. de pecul.* Quòd si tamen post contractum emancipatus est à patre, aut per mortem ejusdem sui juris factus, modò patris abstineat hereditate, aut legitimè exheredatus sit, non nisi quatenus facere potest *u* condemnatur *l. 2. ff. l. 2. C. quod cum eo qui in alien. pot.* cujus rationem reddit Oldendorp. *cl. 4. act. 7. in adfin. remed. num. 4.* Sunt tamen casûs nonnulli excepti, *x* quos vide *l. 4. §. 1. 2. 3. l. 5. §. penult. ff. h. t.* Duar. *in comm ibid. c. 2.*

t v. Ex. 12. th. 6. j. D. 20. th. 48.

u d. D. 20. th. 49. j. D. 44. th. 20.

x v. d. D. 20. th. 50.

Th. XIIX.

Abstineat] Quando enim Patri existat heres, tunc propter consolidationem peculii cum reliqua hereditate, quæ hactenus separata fuerunt, integrâ patrimonii massâ penes eum existente, non potest non in solidum conveniri: tum quia ipsemet est qui contraxit; tum quia nunc habet unde solvat.

Nisi quatenus facere] Accursius contrarium melius fore credit, sc. ut filiusf. in potestate retentus beneficiò competentiæ fruatur; liberatus verò in solidum damnetur. Sed ratio differentiæ est, Quòd leges nolint nimis gravari eum, qui, cùm arbitratu Patris contraxisset, ejusque auxiliò liberari ab obligatione potuisset, si sc. in potestate retentus fuisset; Jam sui juris factus, sub primordiis statim instruendæ rei familiaris, omnibus exuatur subsidiis, ut posthac nec publicæ nec propriæ rei queat prospicere. conf. etiam Pac. *IV* 56 B. Hahn. *b. p. m.* 156. *pr.*

Tit. VI. de SCto Macedoniano.

Th. XIX.

Quod dictum, filium ex omni contractu obligari,

Th. XIX.

In filiofam.] Secus E. in emancipato. Prout E: modi man-

emancipandi variant, ita diversimodè liberari possunt. In nostra Saxonia separatione rei familiaris. In Frisia solis nuptiis. Quare supremus illius provinciæ Senatus 25. *Oct.* 1619. filium uxoratum pecuniam mutuò sumentem SCtô non juvari pronunciavit. Teste Sandejô *L.* 3. *T.* 2. *d.* 2.

SCtô Macedon.] Non, ut aliàs moris, à Consule, sed fœneratore sic dictô. An, quòd rei odiosæ nemo nomen suum vellet accommodare, ut hodienum in edictis pœnalibus usuvenire videmus, ut non Præsidis, sed universi Senatûs nomen præponatur. An, quòd fraudem evitare voluerint, ne si Consul sciatur, tempus chirographi anticipari, & in anterius spacium concipi possit, quô id nondum erat prohibitum.

Cujusvis dignitatis] Sola Nobilitas, licèt per se aliqua dignitas sit, non tamen facit, quò minus filiof. Nobili hoc beneficium competat. Si enim nobilitas à potestate eximeret, nascerentur statim nobiles liberi. Ut eleganter deciderunt Scab. Lips. M. Sept. 1615. apud Carpz. *p.* 2. *C.* 10. *d.* 17.

gari, *y* ab eo excipitur Mutuum, *z* cujus datio in filiofam. est illicita *l.* 9. *C.* *quod cum eo qui in alien. pot. est.* ut ejus nomine nec ipse, nec pater *α* creditori obligetur, sed actio petitioque omnis contra utrumque sit inanis, *β* quod SCtô Macedonianô est *γ* effectum. *l.* 1. *ff. de Sc. Macedon. l.* 7. §. 10. *l.* 9. §. 3. *ff. eod. l.* 6. *C. eod.* §. *pen. Inst. quod cum eo qui in alien. pot. est negot. gest. dic.* Nihil autem quoad personas refert, num filius an *δ* filiafamil. sit *l.* 9. §. 2. *ff. de Sc. Maced.* Quin etiam ad nepotes per justam interpretationem SC. extenditur *l.* 14. *ff. d. t. l.* 6. *in fin. C. eod. junct. l.* 201. *ff. de V. S.* Nec interest, industrius sit aut frugi, vel etiam cujusvis dignitatis *ε* *l.* 1. §. *fin. d. t.* modò non sit miles. *l.* 2. *ff. l. ult.* §. 1. *C. eod.*

D. Struv. *y v. D.* 20. *th.* 51. *z v. th.* 55 *pr.* *α v. th.* 54. *ibid.* *β th.* 52. *ibid.* *γ d. th.* 51. *δ d. th.* 54. *pr.* *ε v. th.* 58. *pr. n.* 1.

Th. XX.

Etiam civitas] vide quæ de hoc argumento ad

Th. XX.

Per Creditores in hoc SCto quivis intelliguntur *ζ* pecuniam mutu-

ζ conf. th. 53. *j. th.* 58. *inf.*

D. STRUV. mutuam filiofam. subministrantes, sive privati sint, sive etiam Civitas *l. 15. de Sc. Maced.* Et uti ex parte filiifam. omnibus etiam ejus heredibus η *d. l. 7. §. 10. ff. eod.* & fidejussori θ *l. 9. §. 3. ff. eod.* succurrit, ita & ex parte creditoris ejusdem sociis, heredibus ι ac successoribus quibuscunque illud obstat *l. 7. §. 6. & seqq. eod.* Cæterùm, licet quidem de pecunia mutua κ seu numerata expresse loquatur *d. l. 7. §. 3. ff. d. t.* tamen si per rem aliam mutuò datam ac alium contractum fraus quædam fiat, nec tunc ejus effectus cessat *d. l. 7. §. 3. ff. eod.* Donel. 12. *comm. c. 23.*

η v. th. 54. inf.
θ ib. n. 3.
ι d. th. 53. pr.
κ ib. vers. Deinde

ad Disp. IIX. th 4. diximus.

Omnibus heredibus] Etiam ipsi Patri filio succedenti: (modò ejus voluntate mutuum non fuerit contractum) ita ut de bonis maternis pro filio solvere non teneatur: Ita respondentibus Scab. Lips. M. Jul. 1575. teste Carpz. *p. 2. C. 10. d. 16.*

Fidejussori] de hoc argumento vid. *sup. D. IV. th. 8.*

Sociis] conf. infr. D. *X. th. 10.*

Th. XXI.

Renunciare huic SCto, λ utpote in publicam utilitatem, μ & parentum maximè favorem ac securitatem introducto *l. 3. §. 3. ff. d. t.* filio non licet, *arg. l. 38. ff. de pact. l. 18. ff. eod. l. ult. ff. ad Sc. Vellejan.* Fachin. 2. *controv. 62.* Hillig. ad Donel. *12. com. 25. lit. c.* Zanger. *de except. p. 3. c. 12.* adeò ut hujusmodi renunciatio nec interpositó jurejuran-

λ D. 10. th. 56.
μ v. th 55. pr.

Th. XXI.

Filio non licet] Udalrici Zasii *Lib. 2. sing. resp. cap. 18.* dissentientis tria argumenta refert ac refutat Bronch. *C. 1. misc. qu. 61.* B. Ungeb. *Ex. XV. qu. 9. in Neg.* idem sentit, resolutionem verò dubiorum conflictui reservavit.

Interpositó jurejurandó] secundùm Juris civ. quidem principia, quibus juramentum nihil inducit; sed actum uti est, confirmat. Jure verò canonicó solùm hoc attenditur, utrùm actus malitiâ morali careat.

Cùm

Cùm itaque filiusf. Nobilis, isque Capitaneus octomille florenos mutuò accepisset, ac non solutionẽ modò jurato promisisset, sed & SCto eâdem ratione renunciasset, tam Facultas Juridica Lips. M. Oct. 1647. quàm Curia ejusd. loci suprema Term. Reminiscere 1649. reum eundem pronunciarunt: teste Carpz. C. 3. decis. 256. add. B. Hahn. *Wes. h. n. 3. verb. ac mortis etiam p. m. 158 inf.*

jurandô v valeat. *arg. l. ult. C. de non num. pec. l. 7. §. 16. ff. de pact. c. 84. de R. J. in 6.* Joh. Fab. *ad §. pen. num. 4. Inst. quod cum eo qui in alien. pot.* Gomez. *tom. 2. var. resol. c. 6. n.* 2. Panorm. *in c. cùm contingat. extr. de jurejur.*

v D. Strauvi *v vid. Ex. XVII. th. 23. inf.*

Th. XXII.

Cessat SCtum] Videtur enim naturalem adhuc residuam obligationem agnovisse, cujus effectus est inter reliquos, ut solutum repeti non possit. vid. Autor *Infr. D. 22. th. 15.* Sed, annon Qui indebitum ex errore solvit, condicere potest? Respondet Duarenus *hic. cap. 3.* quòd speciale sit in hac exceptione; quia non tam pro liberando debitore, quàm puniendo fœneratore introductum sit SCtum. Videtur tamen & eò cessare, quòd ignorantia juris imputetur ei, qui ad SCtum confugere potuit nec fecit. conf. etiam Pac. *C. 4. enant. 14.*

Th. XXII.

Exceptio hujus SCti civilem tantùm, non etiam naturalem ξ tollit obligationem *l. 10. ff. h. t.* ideoque si sui juris factus filius fam. debitum contractum vel ejus saltem partem, solverit o licèt per errorem, cessat SCtum, nec soluti repetitio π conceditur. *l. 7. §. ult. ff. d. t. l. 19. pr. l. 40. ff. de condict. indeb. l. 14. ff. de R. C.*

ξ *v. D. 20. th. 55. in m. vers. Ideo, licet.*

o *v. th. 58. n. 4.*

π *v. Diss. XIIX. th. 34. p. 660. lin. pen.*

Th. XXIII.

Pro Patrefam. habitus] Hæc ratio quoque ap. Facultatis Juridicæ Dnn. Assessores in præ-

Th. XXIII.

Dantûr etiam casùs plures, quibus exceptio hæc vim suam amittit; & quidem (1.) ex persona filii,

D. Struv. ϛ v. D. 20. th. 58. n. 2. σ ib. n. 4. τ ead. th. in med. n. 1. υ ib. n. 2. φ ibid.

filii, ut si pro patrefam. verisimiliter à creditore habitus ϛ sit *l. 3. pr. de Sc. Maced*, si sui juris factus debitum aut solvendo *d. l. 7. §. ult. de Sc. Maced.* aut datione pignoris *l. 9. pr. ff. d. t.* aut denique novando agnoverit σ *l. 2. Cod. eod.* (2.) ex persona patris, ut si voluntate τ ejus, aut expressâ *l. 2. C. h. t.* aut tacitâ *l. 7. §. 11. l. 12. ff. eod.* mutuam pecuniam filius sumpserit, aut ex post facto mutuum contractum pater ratum habuerit *l. ult. C. d. t.* vel etiam si pecunia mutua in rem υ patris versa *d. l. 7. §. 12. ff. d. t.* aut in rem, quæ patris oneribus incumbebat, *d. l. 2. C.* ac in istiusmodi sumptûs, quos pietas φ paterna non recusaret, credita est *l. 5. C. eod.* Quò pertinet imprimis pecunia Studiorum causâ in loco peregrino (modò non invitô patre ibi degat) filio ad probabilem modum subministrata *d. l. 5. C. d. t. l. 7. §. 13. ff. eod.* vid. Zanger. *de except. p. 3. cap. 12. num. 52. & seqq.* Donel. *d. lib. 12. c. 26.*

prælaudato responso venit in considerationem.

Debitum agnovit] scil. hoc *th. praeced.* adfuit.

Aut tacita] Qui tacet in negociis passivis & permissivis, habetur pro consentiente. *l. 16. ff. h. n. t.* vid. Disp. nostr. *de Consensu tacito. cap. ult.*

Quos pietas] de Obligatione ex jure pietatis, agit Autor *infr.* D. XXII. *th. 17.*

Probabilem modum] æstimandum vel ex facultatibus paternis, vel consuetudine mittendi. arg. *infr.* D. XVII. *th. 10. in m.*

Lib. XV. Tit. I. de Peculio.

Th. XXIV.

χ conf. D. 20. th. 41. in f. n. 1. ψ ibid. th. 61. pr.

Ut filiifam. ac servi aliquid, in quo negotiarentur, haberent, χ peculium h. e. ψ pecuniola, quam à rationibus paternis ac dominicis habe-

Th. XXIV.

Ut filii] Non explorare modò ingenium liberorum volebant Parentes peculii concessione, quorsum inclina-

habereret separatam *l. 5. §. 3. ff. de pecul.* ipsis concessum fuit. Et servile quidem peculium *a* est uniusmodi, de quo, servitute inter Christianos sublatâ, dicere frustraneum videtur. Peculium verò filiorumfam. *a* quod vel patris permissu, vel legis autoritate ipsis relinquitur, est vel Militare vel Paganum: illud vel Castrense *b* vel q. Castrense. Donel. *9. comment. c. 5.* Bachov. *ad §. 1. Inst. per quas person. nob. acquir.* De Castrensi & q. Castrensi alibi, & suô locô; *c* hic paucis de peculio filiifam. pagano agemus, quod ex jure novissimo Justinianeo rursum duplex *d* est, Profectitium & Adventitium *d. §. 2. Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 6. pr. & §. 1. C. de bon. quæ lib. l. 8. C. eod.* Gl. *in l. ult. verb. paganum. C. de inoff. testam.* Donel. *9. comm. c. 5.* Just. Meier. *Colleg. Argent. lib. 15 tit. 1. th. 3.* Bachov. *tr. de act. disp. 8. Corol. 2.*

D. Struv. a ib. th. 62.
a th. 63. ibi
b v. th. 62. in m. j. th. 67. seq.
c v. D. L. th. 43.
d v. th. 62. vers. Postmodum.

cluerent, ad œconomiam vel mercaturam; sed & pecuniis habendis tractandisve adsuefacere, cùm plerumque profundere soleāt illi, quibus pecuniam accepisse insuetum ac novum est.

Alibi & suô locô] videlicet *infr. D. XXV. th. 26.*

Adventitium] Et hoc vicissim subdividi cepit in ordinarium, cujus ususfructus Patri relictus est; & Extraordinarium, postquàm Justinianus pluribus casibus plenam proprietatem liberis acquiri permisit.

Th. XXV.

Profectitium peculium est, *e* quod filius ex substantia patris *f* ipso sciente & permittente habet. *d. §. 2. Inst. per quas person. nob. acquir.* Frantzk. *in comment. ad tit. ff. de pecul. n. 5.* quò pertinet etiam, quod patris occasione aut contempla-

e v. D. 20. th. 63.
f th. 64. n. 4.

Th. XXV.

Permittente] Filii perinde ut servi erant in potestate, nihilque adeò adquirere sibi poterant. Solebant tamen Parentes & Domini, relictô juris civ. rigore, condescendere quasi cum

D.Struv. platione acquisivit, Dd. *in d. §. 2. Inst. per quas person. & in l. 6. C. de bon. quæ lib. arg. l. 21. cum l. seq. ff. de Usufruct.* Hoc plenô jure est patris, g in cujus potestate filius existit, utpote cùm ex re ipsius sit profectum, & pater, illud concedendo, proprium potiùs quàm liberorum commodum respexisse censeatur *l. 3. §. 4. de minor.* Emancipatos

g th. 65. ib.

tamen tacitè sequitur, h nisi expressè fuerit ademptum *l. 31. §. 2. ff. de donat.* publicatis etiam bonis paternis separatur & liberis relinquitur. *l. 3. §. 4 in fin. ff. de minor.* Bachov. *ad d. §. 2. Inst. per quas person. nob. acquir.*

h ib. in f.

cum filiis & servis in jus naturæ, (quô nulla inter liberos & servos est differentia, & omnes HOMINES sumus,) atque adeò efficere ut non aliis modò obligentur, sed & invicem: contrà ab aliis quoque acquirere; proprium tamen adhuc dum nihil habere poterant, sed ipso jure hoc Parentum & Dominorum erat: Ignorantium quoque & invitorum. *l. 29. §. 1. l. 47. pr. ff. h. n. t.* Servi enim habentur ad acquirendum, cui E. id non amplius placet, alienet vel manumittat: quamdiu verò retinet, reverà pro invito non habetur, protestatio enim facto est contraria.

Separatur] de seperatione bonorum vid. *infr. D. 21. th. 17.*

Th. XXVI.

Et cùm in profectitio hoc peculio ab Imperatore nihil sit i mutatum. *d. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. d. §. 2. Inst. per quas person. nob. acquir.* Gail. 2. *obs. 38. num.* 3. patet ex con-

i d. th. 65.

Th. XXVI.

Nihil mutatum] Atqui tale peculium olim non fuit, sed ab Imperatore nostro effectum ac productum est, quomodo ergò non mutatum fuisse potest dici? privatio enim præsupponit habitum. Nim. Sensus est, Quòd Justinianus post tot mutationes in peculio factas hîc substiterit, atque totius pristini peculii naturam in hac sola specie servaverit, atque tota peculii, quantum ejus in veterum JCtorum libris reperitur, descripta natu-

natura, hâc specie contineatur & absolvatur, ut de ea sola vera sint, quæ latè de peculio dicuntur, sitque adeò solum profectitium, genuinum illud Veterum peculium.

Quatenus in eo est] Et quidem etiamsi insciô patre contractum sit. *l. 1. §. f. ff. de Magistr. conven.* Eccur verò Impp. in *l. 1. C. quod cum eo qui in al. pot.* distinguunt, Ut verum hoc sit, si absque consensu Patris factum: quòd si ex ejus voluntate, in solidum? Nim. diversæ sunt species. In *d. l. 1. §. f. de Mag. conv.* cui concordant *l. 2. §. p. ff. ad Municip. l. 3. §. f. ff. de Pecul.* Filiusfam. Magistratus non ipse tutor fuerat, sed alium idoneum tutorem dederat, non exactâ sufficienti cautione. Sed in *d. l. 1. C. quod cum eo.* Filius ipsemet Tutor datus erat: quô casu, cùm Pater voluntatem suam ad Decurionatûs officium dedisset, censebatur in omnia cõsensisse quæ huic consequentia erant; Erant auté ejusmodi publicæ functiones: adeoque in solidum tenetur, quasi agnoverit tutelam decurionatui adhærentem. Quod si verò nec Tutor factus ipse, sed alium saltem constituit, tunc Pater consentiens decurionatui, de damno quidem ex mala administratione Reip. emersuro cav sse creditur; non verò in reliqua factis remota.

contractu filii, quatenus in eo est, *k* tenetur, ita tamen, ut quod filius naturaliter ipsi debet, sivè directò, sivè indirectò, id deducere *l* possit *l. 9. §. 1. 2. 3. 6. & seqq. ff. de pecul. l. pen. C. quod cum eo, qui in alien. pot. est. neg. gest.* & per actionem de peculio adversus patrem, quæ est honoraria, civilis actio contra filium non exstinguatur, *l. 44. ff. de pecul.*

D. Struv. *k th. 59. in f. j. th. 70. p. 751. pr.*
l ibid. in f.

Th. XXVII.

Pœnalibus] Quia actûs agentium non debent explicari & operari contra eorum intentionem. Atqui Pater aut Dominus peculium concessit non ad

Th. XXVII.

Ex delictis *m* caussisque pœnalibus actio de peculio contra patrem moveri nequit *l. 1. §. 7. ff. de* his

m v. D. 20. th. 60. in f. j. th. 71. per tot

D. Struv. *his qui dejec. l. 58. ff. de R. J.* nisi statutô sit introductum, *n* ut pater ex delicto filii teneatur, Glos. *in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. arg. l. 70. §. fin. ff. de fidejuss.* quod tamen ratione pœnæ pecuniariæ, non etiam corporalis esset intelligendum. *arg. l. 13. pr. ff. ad L. Aquil.* Schneidevv. *ad §. 10. Inst. de act. n. 21. & seqq. & ad §. 1. Inst. de oblig. quæ ex q. del. nasc. n. 3.*

n aliam limit. sume ex D. IX. th. 6.

ad delinquendum & suam conditionem deteriorandam, sed ingenium filii explorandum, exercendum, lucrandum & contrahendum. E. in solis quoque obligationibus contractuum intuitu peculii tenebitur. Nisi obligationes ex delictis pecuniariter intendantur, & sic ad contractûs paulò propius accedant; id quod tamen statutis prius inducendum, quia Jure civ. ratio cessat adversus patrem ex delicto filii, sive ad pecuniariã sive corporis inflictivam directò agendi pœnam. Vel, Nisi actio demum judicati contra Patrem instituatur: Nam per Lit. contest. & sententiam quasi contrahitur & novatio inducitur. vid. *infr.* D. *XXIII. 17.*

Quod tamen] add. sup. D. *VII. th. 13. in f.*

Tit. II. Quando de peculio actio annalis est.

Th. XXIIX.

Nomine hujus peculii ex contractu filii pater post ejus mortem intra annum *o* tenetur *l. 1. ff. quando de pecul. act. annal. est.* Etsi enim tunc peculium per occupationem patris exstinguitur, actio tamen hæc exemplô aliarum prætoriarum *p* in annum prærogatur. *l. 1. §. 5. ff. eod.* Si verò pater jure Novellarum vel

o v. D. 20. th. 72.

p v. Diss. XLVI. th. 77. vers. Ea verò.

Th. XXIIX.

Intra annum] secundùm principia juris civ. teneri planè non debebat; Morte enim filii relatio inter eum & peculium extinguitur, idque ad Patrem non jure hereditariò & per dependentiam quandam, sed suô

suô jure relabitur, ob quod facta filii præstare non tenetur. Prætor ex æquitate sustinet actionem; sed quia contra principia juris, solùm ad annum. add. *infr. D. 22. th. 6.*

vel solus *q* vel cum defuncti fratribus succedat, *r* velut heres, de facto defuncti perpetuò tenetur. Lindeman. *disp. 9. ad Instit. tit. de act. thes. 56.*

D. Struv. *q v. D. 38. th. 26.* *r v. ib. th. 28.*

Th. XXIX.

Extra tamen] Græci Interpretes putant (1.) quòd divisio peculii in profectitium & Adventitium etiam castrensi competat; per *l. 11. ff. de Castr. pec. l. 1. C. eod.* (2.) Quòd Adventitium non sit species pagani, sed quasi-castrensis peculii, per *l. f. C. de Inoff. test.* Latinorum causam agit Bachov. *coroll. 2. ad* Disp. *8. de Act. pag. 149. seq.*

Th. XXIX.

Peculium Adventitium *s* est, quod filiofam. non ex re patris aut ejus occasione, sed aliunde, extra tamen caussam militiæ vel armatæ vel togatæ, obvenit *l. 6. pr. &* §. *1. C. de bon. quæ lib. l. 8. pr. eod.* §. 1. *Inst. per quas person. nob. acquir.* sive ejus operâ & labore, sive ex aliorum liberalitate, putà legato, donatione, aut hereditate ei delata *d. l. 6. pr. d.* §. 1. *Inst. in fin.*

s v. D. 20. th. 66.

Th. XXX.

Patri usufr.] Juxta dicta Autoris *sup.* D. *VI. th 5. pr.* Et eò alludit etiam, quando infra D. *20. th. 3. in m.* ait, Filium acquirere Patri, sed non indistinctè.

Nulla satisdatio] Itidem repetit solùm Autor hoc ex *d. D. 6. th. 16.*

Th. XXX.

In peculio hoc adventitio filiifam. jure novissimò Justiniani Imp. patri ususfructus *t* regulariter acquiritur *d.* §. 1. *Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 1. & 2. l. 4. C. de bon. Mater. l. 6. pr. & t. t. C. de bon. quæ lib.* & ita quidem, ut nulla ab ipso exigatur satisdatio, *u* quam aliàs fructuarii præstare *x* tenentur

t v. D. IIX. thes. 60. vers. Adventitium j. D. IX th. 6. vers. De pecul. advent. & XII. 5. pr. it. XX. 66. in m.
u v. XII. 7. n. 1.
x ib. th. 63.

D.Strauv. *d. l. 6. §. 2* [illegible] *ult. §. sin autem. in fin. C. de bon.* [illegible] *lib.* Donel. *10. com. 14.* Gail. *2. obs. 145. n. 13.* describi tamen, & in inventarium redigi res ejus pati debet. Donel. *10. com. 4.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. n. 23.* Carpz. *p. 2. c. 10. d. 9.* etiam bona parentis usufructuarii statim ab initio administrationis pro bonis maternis liberis tacitè pignori sunt *y* obligata *l. 8. §. 4. C. de sec. nupt. l. 6. §. ult. C. de bon. qua lib.* Negusant. *de pignor. p. 2. memb. 4. n. 13.*

y v. XXV. 15. p. 9. inf.

th. 16. add. Bronch. *C. 1. misc. qu. 50.*

Describi tamen] Sic & fructuarium, cui confectio inventarii à testatore fuerat remissa, certam tamen bonorum designationem conficere, & proprietario tradere teneri, responsum scribit Carpz. *p. 3. C. XIII. d. 14.*

Tacitè pignori] Reservabimus hoc sedi ordinariæ *infra D. 11. thes. 8.*

Th. XXXI.

Nonnunquam ea quæ peculii sunt Adventitii, plenô jure ad filiumfam. pertinent, *z* & tunc liberam de iis inter vivos disponendi potestatem *α* habet *l. 7. l. ult. pr.* C. *de bon. quæ lib. Auth. Excipitur. C. eod.* Novell. *117. c. 1.* Novel. *118. c. 2.* modò perfectæ sit ætatis, *d.* Novel. *117. c. 1.* Si verò minor adhuc, nec curator ab eo, qui bona cum plena proprietate ipsi reliquit, datus, pater istorum legitimus est administrator *l. ult.*

z conf. D. IIX. th. 60. vers. Alia ratio.

α v. XXXII. 7. n. 4.

Th. XXXI.

Inter vivos] Non E. testandi: ad actum enim hunc non sufficit objectum, Bona libera & plenô jure possessa; sed subjectum ad testandum habile, sui juris. Ad *l. f. §. 5. C. de bon. qua lib.* (unde argumentum à contrario sensu, in jure cæteroquin firmissimum, eruunt,) Resp. vel non procedere id contra expressum tx. in *l. p. C. qui test. fac. poss.* vel, procedere solùm in essentialibus & convertibilibus. vid. Bach *in coroll. ad D. 8. de Act. & in parergo quodam adjecto ad v. 2. Treutl. D. 18. & in eod. vol. 2. D. 10. th. 2. verb. de iis in quibus p. m. 522.* Ad

Ad *l. 50. ff. ad SCt. Treb.* ni- comparari hoc peculium cum castrensi secundùm quid, non simpliciter: non quoad testandi licentiam, sed quoad immunitatem à creditoribus. Add. Autor *infr. D.XVI. th. 4.*

l. ult. §. 1. inf. C. de bon. quæ lib. Castil. *p. 1. tr. de usufr. c. 3. num. 59.* Carpzov. *p. 2. c. 10. d. 11.* D. Struv.

Tit. III. de In rem verso.

Th. XXXII.

Contra eos, qui habent in potestate, datur etiam Actio de in rem verso, β quæ plenior est actione de peculio, cùm illa detur in solidum §. *5. Inst. quod cum eo qui in alien. pot. est. negot.* quatenus est γ versum *l. 2. 3. & 4. ff. de in rem vers.* hæc, saltem quatenus est in peculio, cum privilegio δ deductionis. §. *10. Inst. de act.* §. *4. Inst. quod cum eo qui in alien. pot.* potestque hac actione de in rem verso tàm separatim quàm conjunctim agi, ε nec illa semper & necessariò, sic accedit actioni de peculio, quò minus vel ut propria institui queat *arg. l. 1.* §. 1. *ff. de in rem vers. l. 19. in fin. eod.*

β *v. D. XX. th. 73.* γ *ib. th. 76.* δ *dict. th. 70. ibid.* ε *d. thes. 76. vers. Et quidem.*

Th. XXXII.

Tam separatim] Autor explicaturus mentem Imperatoris *in §. 4. l. quod cum eo. vers. Licèt enim,* hoc velle mihi videtur: separationem harum actionum non tam ex facto actoris, quàm officio Judicis esse; Cùm enim verò sit simile, actorem eam, quæ ipsi videtur pinguissima, electurum, qualis est de in rem verso, evenit nihilominus, ut quandoque deficiat in probatione. Judicem E. ita procedere oportet, tanquam utraque instituta sit, & partim ad solidi restitutionem damnare, quantum in rem versum fuisse probetur, reliquum peculio assignare. Non itaque unam eandemque, sed reverâ distinctas statuimus actiones. add. Vinn. *Comm. Inst. ad d. §. 4. num. 1.*

Tit. IV. Quod jussu.

Th. XXXIII.

D. Struv. Sicut utilitas ejus, qui in potestate habet, de in rem verso: ita ejusdem expressa ac specialis voluntas, Quod jussu, ☾ actionem parit, quæ datur in solidum §. 1. *Inst. quod cum eo qui in alien. pot. l.* 1. *prin. ff. quod jussu.* Per jussum autem latiùs hîc intelligitur quæcunque voluntas, non solùm verbis, sed & factô v. c. subscriptione aut subsignatione declarata *l. 1.* §. 4. *ff. d. t. l.* 3. *C. quod cum eo, qui in alien. pot. est.* & sive præcedat, sive sequatur, sive concurrat *l. 1.* §. 1. 3. 6. *ff. eod.* vid. Schneidevvin. *ad* §. 1. *Inst. quod cum eo qui in alien. pot.*

☾ v. D. 20. th. 77.

Th. XXXIII.

Quod jussu] Sed cur non Mandati? Nim. Tria hôc casu tractantur negocia. (1.) Mandatum inter principalem & procuratorem, Patrem fortè & filium: Dominum & servum: quod tamen in præsens non attenditur. (2.) ipse principalis contractus, de quo nunc quæstio est, & cui qualitas hæc: Quod jussu, adjicitur; & hic agitur inter mandatarium & tertium, qui nostro intuitu cum eo contrahit. (3.) Inter tertium illum contrahentem & principalem cujus fidem est secutus. Primô casu quadraret objectio. Sed hôc ultimô, cùm jure civ. defectus emergat, oportuit Prætorem de supplemento sollicitum esse: deditque contra principalem, actionem ex contractu cum mandatario inito, temperamentô jussionis conditam adque moderatam.

-•3 (o) 8•-



DI-

DISPUTATIO DECIMA
ad Lib. XVI. & XVII. Pandectarum.

Respondente

JOH. FRID. Fritzsch/ Zittav. Lusat.

Lib. XVI. Tit. I. Ad SCtum Vellejanum.

Th. I.

M*ulieribus succurritur*]Ita scil. ut naturalis, quâ tenetur, obligatio, à jure improbetur. vid. Aut. *infr. D. XXII. th. 15.*

Ex intercessione] Atqui Donare, quod tamen majus infert præjudicium, permittuntur; cur E. non & Intercedere, quod nuda obligatio est? R. Donatio, si contingat, utique majus infert damnum, sed notetur & hoc, fœminam ubi liberalis est, monstrum haberi. In eo ergò leges pro illis vigilare voluerunt, ad quod facilius se patiuntur induci.

Jus ignorare] hujus argumenti sedes est *infr.*

Th. I.

MAcedoniano Scto, de quo *a* priori discursu actum, affine est Vellejanum, à Vellejo Cos. *b* sic dictum *l. 2. §. 1. ff. ad SC. Vell.* Uti enim illo filiisfam. si ex contractu mutui conveniantur *l. 1. ff. de SC. Maced.* ita hôc Mulieribus, quibus ex intercessione sua lis movetur, succurritur *l. 1. pr. ff. ad Sc. Vell.* Duar. *in tit. Cod. ad Sc. Vell. pr.* Caussa ejus est, tum imbecillitas sexûs & consilii, *l. 2. §. 2. ff. d. t. l. 4. C. de sponsal.* propter quam & jus ignorare *c* illis est permissum, *l. pen. in pr. ff. de jur. & fact. ignor.* tum etiam, quòd intercedere & q. defendere, civile ac virile sit officium, nec simplex, sed cum periculo rei familiaris conjunctum *l. 1. §. 1. ff. l. 8. C. ad Sc. Vell. arg. l. 9. ff. de stat. hom. l. 2. ff. de R. J. §. 2. Inst. de injur.* Wesemb. *in parat.*

D. Struv.
a Ex. XX. th. 51. seqq.
b XXI. 2
c D. XXIIX. 56. n. 2.

D. Struv. *parat. ff. ad Sc. Vell. n.* 2. Cagnol. *ad l. 2. de R. J. n. 6.* Treutl. *vol.* 1. *d. 25. th. 1. lit. c.*

Th. II.

Intercedere hîc nihil aliud est, *d* quàm reum se pro alio facere *l. 2.* §. 1. *ff. ad Sc. Vell.* Duo igitur requiruntur; primum, ut mulier sese obliget *e l. 2.* §. *4. ff. d. t.* Deinde ut pro alio *f* sese obliget *d. l. 2.* §. 1. *ff. & l. 2. C. eod.* Perez. *in Cod. d. t. n. 4. &* 5. quod utrumque quomodò speciatim contingat, explicant Cujac. *4. ad Afric. in l. 19. ff. ad Sc. Vell.* Duar. *ad d. t. c. 2.* Donel. 12. *com. 29. & ibi* Hillig. *lit. D.*

d D. XXI. th. 3.

e ib. th. 9. n. 1. 2. 3.

f ib. n. 4.

infr. D. XIII. th. 33. cui add. sup. *D. I. th.* 17. & infr. *Diss. XXIV. th. 6.*

Th. II.

Ut pro alio] Nam si causa principaliter illam ipsam concernat, cessat SCtum. Autor *th. 6. inf. b.* Quòd si obligata planè non sit, ne quidem ullô auxilio indiget: argumentô *sup.* D. *IV. th.* 20. ubi Minor. si contractus ipso jure nullus est, restitutione non habet opus.

Th. III.

Succurritur autem mulieri vel ipso jure, vel remediô judiciali. Remedium hoc est (1.) Exceptio, *g* si nondum solverit *l. 2.* §. *1. l. 6. l. 7. l. 8.* §. 2. *ff. l. 2. l. 8. & seq. C. eod.* cui etiam post condemnationem *h* locus est *l.* 11. *& ibi glos. ff. de Sc. Maced.*

g Diss. 21. th. 7.

h ib. & Ex. XLVI. 9. vers. Qua. dā etiam.

Th. III.

Exceptio] Quæ tamen sæpius non tam juris quàm facti & intentionis, de qua *vid. infr.* D. *XXII. th. 1.* dicenda: Actio enim de jure non competit, ubi obligatio est ipso Jure nulla. Multoties autem talis est præsens intercessio, v. g. pro Marito facta. *v. th. prox. sequ.* 4. Opp. *l. 2.* §. *ff. h. t.* Ibi objectum hujus contractûs redditur universale, sed non modus annullationis: h. e. Ut omnibus contractibus quocunque modô celebratis; sed non quocunque modô opponi possit. Sunt autem modi duo: 1. Ipso jure: 2 factô hominis coram Judice per exceptionem: ad instar testamen-

mentorum. De universalitate modi non est sermo, in *d.* §. *4.* Nec intentio Senatûs; quippe qui saltem Augusti & Claudiani Constitutionem de solis uxoribus loquentem, tam ratione subjecti ad totum sexum fœmineum, quàm ratione objecti ad omnes contractûs ampliatam voluit & extensam.

Etiam post condemnat.] Sunt ejus naturæ quædam exceptiones, ut non post L. C. solùm, sed & post sententiam admittantur, de quib. *infr.* XXII. *11.*

Condictio] Differentiæ, quòd filiusfam. post solutionem SCtô Macedonia. nô ad repetendum uti nequeat, ratio est, quòd ibi odium tantùm fœneratoris, hîc favor debitoris spectetur. *l. 40. ff. de Condict. indeb.* Inde quoque mulieris creditori aliâ ratione de indemnitate prospicitur. *th. 5. b.*

Delegaverit] est enim delegatio instar solutionis, ac mulier damno, quia suum liberavit & dimisit debitorem. *vid. infr. D.* XXIII. *th. 20.*

Maced. Sichard. *ad* D.Struv: *rubr. Cod. ad Sc.Vell. n. 9.* (2.) Replicatio, velut in casu *l. 17.* §. 1. *& l. ult.* §.2. *ff. eod.* (3.) Condictio, si *i* ex intercessione, contra Sc. facta, solverit, *l. 8.* §. 10. *l.* 24. §. 2. *ff. l. 9. C. d. t. l. 40. pr. ff. de condict. indeb.* aut debitorem suum delegaverit, *k d. l. 8.* §. 3. *ff. ad Sc. Vell.* Pacius *in Anal. Cod. h. t.* Bocer. *cl.* 2. *D.17. th.35. & seqq.*

i dict. th. 7. vers. Immò p. 757.

k cõf. XXI. *th.6. vers. similiter. & th.9. n. 2. inf.*

Th. IV.

Publicum instrumentum] quod quid sit. *vid. infr.* XIII. *22.* Nec itaque renunciatio SCti in privato instrumento facta valebit: Renuncians etenim SCto, non confestim & beneficio dictæ *l. 23.* §. *f. C. h. t.* renunciasse vide-

Th. IV.

Ipso jure tuta est mulier, (1.) si intercessio ejus non in publicum instrumentum sit redacta *l. 23.* §. *ult. C. d. t.* &, (2.) si pro marito intercesserit *l* *Novel. 134. c. 8. Auth. Si qua mulier. C. eod.* Quod posterius in tantum procedit, ut nec iteratio hujus intercessionis, quàmvis *m* sæpiùs facta, quicquam valeat. *d. Novel. & Auth.*

l v. D. 21. th. 11. per tot.

m ib. th. 10. n. 1.

D. Struv. nec favor debiti, quòd fortè fiscale sit ac privilegiatum, eam sustineat, d. Auth. & Novel. Si tamen vel pecunia, cujus nomine pro marito intercessit, in utilitatem ejus versa *n* sit, d. Auth. & Novel. Rauchbar. p. 1. q. 34. num. 13. Gail. 2. observ. 89. num. 2. Hering. de fidejuss. c. 7. num. 405. vel pro marito intercedens juraverit, *o* Guitier. p. 1. de juram. confirm. c. 55. num. 6. Covarr. in c. Quamvis. de pact. in 6. p. 2. §. 3. n. 8. Beust. ad l. 1. de jurejur. n. 248. efficaciter tenetur.

n ib. th. 11. p. 761. pr.

o ibid. p. 760. vers. nisi juramentô. j. th. 10. n. 5.

videtur. Quare, cùm Judex inferior fœminam, manum suam agnoscentem, condemnaverat, Senatus supremus Frisiæ solemni die Pentecosten præcedente 1605. appellantem absolvit. Sande. L. 3. T. 11. d. 2. postmodùm d. 5. ibid. limitat, Nisi juramentô renunciaverit SCto, etiam in privato instrumento. Id quod tam in dote quàm dotalitio & propter nuptias donatione juxta Electoralem Sax. Constit. XVI. p. 2. quoque exigitur: unde & Scabini Lips. uxorem, utcunque judicialiter & de beneficiis edocta SCto renunciasset, hôc ipso quòd non juraverat, absolverunt, teste B. Carpz. p. 2. C. 16. d. 1.

Forte fiscale] Fiscus, civitas, creditores, jure privatorum utuntur, vid. sup. D. IIX. th. 4. in f. & infr. D. XXI. th. 23. in m.

Th. V.

Ita verò mulieri subvenitur, ut ex æquitate nihilominus *p* creditori consulatur; cui, si mulier se ipsam ream constituit, actio vetus, per intercessionem sublata, adversus pristinum debitorem restituitur, l. 14. l. 16. §. 1. in fin. ff. ad Sc. Vellejan. quæ exinde Restituto-

p D. 21. th. 8. pr.

Th. V.

Actio vetus, nova] Tres diversi casûs accidunt. Aut enim (1.) nulla planè alia quàm mulieris contracta est obligatio, quòd ea suô nomine in alterius utilitatem egerit: & hôc casu subductâ muliere nemo creditori superesset obligatus, adeóque nova planè pro eo producitur actio, quæ ex eo & Institutoria dicitur, item utilis, quòd utili-

utilitatis causâ fingitur aliqua præcessisse, quæ ipsi applicatur. (2.) ea quæ præcessit, novatione mulieris extincta & in ipsam translata est; quô casu resuscitanda venit, & *Restitutoria* vocatur: *Rescissoria* verò, ob Novationem annullatam, ex cujus cineribus & ruderibus hæc prodierit. (3.) Manente priori obligatione fœmina ad instar Fidejussoris sive adpromissoris accessit: & tunc nec rescissione nec resuscitatione opus est: Non illâ: Id enim quod gestum est, tantopere non obstat, quin & sine ipsius annullatione res salva esse queat. Non hâc: nihil enim extinctum.

tutoria *q* vocatur, *l. 8. §. 12. & 13. ff. eod.* aliàs Rescissoria *l. 16. C. eod.* item utilis *d. l. 8. §. 5. ff. eod.* ad differentiam directæ, quæ adversus mulierem danda erat, *d. l. 8. §. 12. ff. d. t.* Aut, ubi ab initio obligationem in se solam suscepit, actio nova, *r* quæ itidem utilis est, conceditur. *l. 1. §. fin. l. 8. §. 8. ff. ad Sc. Vellejan.* Azo *in sum. Cod. h. t.* Donel. *lib. 12. comm. 31.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 25. th. 6. lit. D.*

D. Struv. *q ib. in m.* *r ib. pandò post.*

Th. VI.

Si mulier Dotis] Mulieri non modò pro se, sed & pro alia dotem Dare permittitur. *infr. D. XIV. th. 19. in f.* cur non & Promittere? præprimis quòd matrimonia sint promovenda: & metuendum, ne dotis solutionem eâ negante, alter qui spe dotis illectus est, tanquam implementô non secutô resiliat. Notum autem est, licere sponso stipulari auxilium seu subsidium pecuniarium & sub conditione numerandæ dotis sponsalia inire. v. B. Carpzov. *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 22.*

Pretium acceperit] Hinc prælaudatus Frisiæ occidentalis Senatus Leovardiæ

Th. VI.

Cessat Sc. Vellejanum variis ex caussis; & vel statim ab initio, vel ex post facto. Ab initio, (1.) si mulier *s* dotis, *l. 4. § 1. ff. ad Sc. Vellejan.* aut libertatis causâ intervenerit, *l. pen. C. eod.* (2.) Si callidè aut dolosè *t* sit versata, *l. 2. §. 3. l. 23. l. 30.*

s D. 21. th. 12. pr. *t ib. th. 10. n. 1.*

cedens, non generali beneficio SCti, sed speciali Authenticæ debet renunciare: qui hoc negligit, securus non est; duplex enim beneficium duplicem præbet exceptionem; duplex liberatio requirit duplicem obligationem. Esto itaque: Centies SCto renunciasse, retinet adhuc Authenticam.

Certioram] Si Notarius scripserit in instrumento, Mulierem renunciâsse SCto, & ipse tamen interrogatus, quid Vellejanum sit, ignoret: ista renunciatio non valet. Fachin. *L. XI. c. 65.*

Extra judicium] conf. Bronch. *II. enant. 40.* & Vinn. *L. 1. Q. 48.*

Tit. II. de Compensationibus.

Th. IIX.

Confusio] Alia est in §. *27. I. de R. D.* rerum liquidarum: alia jurium & obligationum, de qua *hic, & infr. XII. 25.* ubi debitor creditori vel contrà, succedit.

Retentio] Exceptio pignoratitia etiam dicta. *v. infr. D. XII. th. 12.* quæ neutiquàm cum compensatione eadem est, ut quidam ex *l. 18. pr. ff. de Pign. act.* colligere volunt: ubi enim pecunia est in obligatione, rectius compensatio dicitur: ubi corpus, Retentio. Nec appellatio rem mutat.

Th. IIX. **D. Struv**

Exceptioni SCti Vellejani subjicitur Compensatio, quæ est *α* debiti & crediti inter se contributio, *l. 1. ff. de compensat.* à qua differt confusio, *β* quæ propriè accidit, cùm vel debitor creditori, vel creditor debitori succedit *l. 50. l. 71. ff. de fidejuss. l. 93. l. 95.* §. *2. ff. de solut.* Zanger. *d. except. p. 3. c. 8. n. 9.* item Retentio, quæ est tam specierum quàm rerum fungibilium, ob id, quod nobis debetur, solvendum *l. 26.* §. *4. ff. de condict. indeb. l. 5. ff. de dot. præleg.* Bernh. Schotan. *in exam. jurid. p. 413.*

α v. D. 21. th. 13.

β de qua v. D. 23. th. 77. & D. 47. th. 84.

Th. IX.

D. Struv. Compensare possunt omnes, quibus ii, à quibus conveniuntur, vicissim γ aliquid debent, licèt juraverint δ se soluturos. Fachin. 1. *controv.* 7. Covarr. *in c. Quàmvis. p.* 1. §. *4. n. 8. de pact. in 6.* Treutl. *vol.* 1. *D. 25. th. 11. lit. A.* sive debitores illi sint privati, sive etiam ε civitas *l. 3. & ibi* Donel. *C. de compensat.* aut fiscus *l. ult. ff. de compens. l. 46. §. 5. ff. de jur. fisci.* quibusdam tamen casibus ζ exceptis, de quibus vid. *l. 1. d. l. 3. l. 7. l. pen. C. de compensat.* Pacium *in synops. Cod. d. t. num. 10.*

γ v. D. XXI. th. 22.
δ ib. th. 27. in m. p. 774. in f.
ε th. 23. p. 769. in m. n. 2.
ζ pag. 768. n. 1.

Th. IX.

Licèt juraverint] scil. eo tempore, quô nihil ipsis contrà debebatur: nam tunc de naturali solutione de quâ *infr. XXIII. 22.* facienda sensisse videntur: à qua postmodùm liberantur, si creditor ex postfacto illorum debitor evadat: quando enim tunc compensant, non tam solutionem declinant, quàm jam tum factam esse dicunt, per eum scil. cui actor obligatus est, & cui Reus hæres extitit. Si verò juraverint tunc, quando ipsis jam tum vicissim debebatur, censentur hôc ipso compensationem abjurasse, & creditor hoc ipsum intendisse. In foro Sax. cautè procedendum ei, qui compensationem oppositurus est: si enim eâ in modum reconventionis velit uti, oportet ipsum antè se à creditore expedire & liberare. Secus si in modum exceptionis peremptoriæ, & in vim solutionis opponat. Scab. Lips. in causa Mich. Colbart zu Cleslin/ M. Aug. 1634. apud Carpz. *p. 1. C. 8. d. 1. 2.*

Civitas Fiscus] utuntur enim jure privatorum, quoties creditores existunt. vid. *sup. IIX. 4. in f.* Casibus exceptis accensemus (1.) si quis debitor sit ex causa tributorum: elegans in hanc rem Facultatis juridicæ Helmst. 26. Mart. 1645. responsum Senatui H. datum repræsentat B. Hahn. Wes. *h. num. 10. p. m. 577. in f.* (2.) Si ex causa annonaria. de qua vid. Pac. *C. 4. quant. 74.*

Th. X.

Th. X.

In rem suam] Ratione constitutionis, Procurator dicitur: Ratione consecutionis, potius dominus est. Mentionem ejus fecit Autor *sup. D. II. th. 28. in m.*

Cessionarius] Dicitur à cessione & translatione nominis à creditore in eum facta: id quod debitore inconsultò fieri potest. vid. *infr. D. XXIII. th. 21. in m.* atque dum sui principalis locum subintrat, in ejus quoque jura tam activa quàm passiva succedit; ita, ut tam ipse aliis sui principalis exceptiones objicere possit, quàm & pati teneatur omnia, quæ opponi possunt ei, quem repræsentat. Et sic exceptionem compensationis, quæ obstabat non tantùm primo, sed & secundo cedenti, obstare quoque cessionario, judicavit supremus Frisiæ Senatus *d. 21. Jun. 1621.* teste Joh. à Sande *L. 3. T. 17. d. 2.* Nisi ex causa necessaria mandatæ sint actiones. Id. *ib. d. 5.* ubi debitor hereditatis heredibus agentibus compensare volebat id, quod unus coheredum non-agens ipsi rursus debebat.

Th. X.

Procurator in rem suam η seu Cessionarius & compensationem debiti cessi rectè objicit, *l. 18. ff. de compensat.* & illam, quæ cedenti opponi poterat, meritò patitur, *arg. l. 1. ff. eod.* Joh. à Sande *tr. de cess. act. c. 12. num. 12.* Coheredis vero debitor θ illud, quod alter heredum ipsi debet, *l. 16. pr. l. 18. §. 1. ff. de compensat. l. 9. C. eod.* item correi ι debitor id, quod à correo vicissim ipsi debetur (nisi socii sint,) compensare neutiquàm possunt *arg. d. l. 16. pr. l. 18. §. 1. ff. l. 9. C. de compensat.* Sebast. Med. *tr. de compen-sat. p. 2. q. 6.* Mæstert. *tr. eod. q. 10.* Zanger. *d. tr. c. 8. n. 47. & 64.*

η D. Struv. *th. 25. p. 772. n. 6.*
θ *conf. ib. n. 4.*
ι *ib. n. 2.*

Th. XI.

Quodcunque] Etiam litigiosum. vid. Bronch. *C. 2. enant. 44.*

Licèt

Th. XI.

Compensari potest debitum quodcunque, κ certum tamen & ve-

κ *v. th. 15.*

D.Struv. verum, (licèt naturale λ saltem, λ th.16. *l. 6. ff. de compens.*) item purum μ μ v.th.21. *l. 4. C. eod. arg. §. 4. Inst. de V. O. l. 7. & ibi Dd. ff. de compensat.* & denique liquidum ν ν th.20. §. 30. *Inst. de act. l. fin.* §. 1. *C. de compensat.* quod postremum vel ex confessione partis, vel ex genere quæstionis, vel ex probandi celeritate tale æstimatur. Donel. *ad d. l. fin. C. d. t.* Zang. *d. c. 8. num. 44. & seqq.* Ex delicto ξ ξ th. 15. n. 2. etiam quod debetur pecuniariè, compensari potest *l. 10. §. 2. ff. d. t.* ipsa verò delicta propriè non compensantur. *arg. l. 1. ff. eod.*

Licèt naturale] Hunc effectum naturalibus obligationibus jura civilia reliquerunt. *vid. infr.* XXII. 15. conf. Bronch. *enant.* 45. & Vinn. *L. 1. sel. qu.* 49.

Item purum] Quod enim in diem debetur, invitò debitore ante diem non potest compensari, effato Scabinorum Lips. M. Mart. 1616. in causa Hansen Hanische contra Martin Grublern zu Cölleda. apud Carpzov. *p. 1. C. 5. d. 4.*

Liquidum] quemadmodum nec solutio illiquidi potest urgeri. *infr. D. XXIII. th. 27.* conf. Vinn. *L. 1. sel. qu.* 50.

Confessione partis] de Confessis locus ordinarius est *infr.* XXI. 11.

Th. XII.

Habet quoque locum comο th.16.pr. pensatio in quavis ο actione *d. l. fin. C. de compensat. d. §. 30. Inst. de act.* modò quantitas π π th.17. seu res fungibilis utrinque debeatur, *l.* 4. *C. eod.* Sichard. *l. 14. C. d. t. num. 3.* Alias enim speciei ρ ρ th. 18. n. 2. ad speciem, vel speciei σ σ ib.2.n.4. ad quantitatem, & contrà, nulla admittitur compensatio, *l. 2. § 1. l. 6. ff. de R. C. l. 18. pr. ff. de*

Th. XII.

Aliàs enim speciei] quantumvis æstimatæ, Ita supremus Frisiæ Senatus d. 13. Febr. 1615. noluit admittere compensationem ab eo, cui Scyphus argenteus instar testudinis formatus, 200. valens carolinos, oppositam. Teste Joh. à Sand. *L. 3. T. 17. d. 3.* adde Fachin. *L. 1. c. 6.*

n. 6. & Bronch. C. 2. enant. 43.

Depositi] & sola si quidem, effatô Imperatoris in §. 30. *J. de Act.* si propriè loqui velimus. At nihilo tamen minus Retentio locum habet: *vid. th. 23. b.*

Momenti] sive momentanea possessio, aliàs etiam summarissimum possessorium dictum: de quo Autor *infra XXI. 30.* ait, Vi dejectum ante omnia restituendum, nec admitti dominii exceptionem, licèt dejiciens id in continenti probet. Id quod Autor *h. l.* aliter exprimit, Compensationem non admitti.

Commodati] vid. Autor *sup.* D. *IIX. th. 33. in f.* Pac. *C. 4. enant. 44.* B. Frantzk. *Ex. IX. qu. 7.* & Riemer. *Decad. IX. qu. 8.*

de pignor. act. l. 5. pr. ff. de impens. in res dot. fact. l. 6. C. de R. V. l. 4. C. de compens. Tyndar. *d. tr. art. 3. num.* 3. Sebast. Med. *d. tr. q. 1. p. 3.* Frantzk. *in comm. ad d. t. num. 19.* Fachin. *11. contr. 7.* Excipitur tamen actio depositi τ *d. l. ult. C. d. t.* §. *30. Inst. de act.* actio momenti υ *d. l. fin.* §. *ult. eod* Mæstert. *d. tr. q.* 23. item commodati *d. l. fin. C. de commod.* Bronchorst. *cent. 2. ass.* 42. Hillig. *ad Don. 16. c. 15. lit. X.*

D. Scauvi

τ th. 23. n. 3. p. 769.

υ ibid.

Th. XIII.

Ipso jure fieri] h. e. Compensatio provenit quidem ex juris dispositione, sed quia ejus effectus non contingit palam, ideò dependet etiam à facto hominis per manifestationem. Ratione materiæ, est facti; ratione effectûs, est juris: sicuti consuetudo, de qua sup. *D. I. th. 23.* & sic alleganda venit, perinde ut & Tutorum excusationes, de quibus *infr.* D. *XV. th. 21.* Quin omnium exceptionum requisitum est, ut allegentur,

Th. XIII.

Compensatio ipso quidem jure fieri φ dicitur, *d. §. 30. inst. de act. l. 4. ff. l. 4. & d. l. fin.* §. *1. C. de compensat.* alleganda tamen est in Judicio, χ cùm facti sit, & judex eam aliàs divinare non possit. *gl. ad d. § 30. verb. ipso jure & ibi* Zas. *num. 7.* Tyndar. *d. tr. n. 69.* Perez. *in Cod. d. t. n. 3. & 4.* opponi autem potest quôvis tempore

φ D. XXI. th. 26. p. 774. pr.

χ th. 29. inf.

D.Struv. ♆ v. th. 18. pore judicii, etiam ♆ in ipso momento executionis *l. 2. ff. d. t.* Sebast. Med. *d. tr. p.* 2. *q.* 31. *n. 14.* Mæstert. *d. tr. q:* 27.

tur, quàmvis maximè sint notoriæ. *infr. D. XXII. th.* 10. add. Pac. *C. IV. enant.* 33. Bronch. *C.* 1. *enant.* 41. 5.

Quovis tempore] conf. Autor *infr.* D. *XXII. th.* 12. *in f.* & sic Scabini Lips. M. Aug. 1634. in causa Michaël Colbarts zu Clestin responderunt: Damit würdet Ihr auch bey der Hülffe nochmals billich gehöret B. Carpz. *p.* 1. 10. *C. 8. d. 6.*

Th. XIV.

Effectus compensationis qui sit, ex dictis fermè liquet; nempe quòd solutionis vicem obtineat, *w* idque statim ab initio, quò vicissim deberi cœpit. *a* Bart. *in d. l.* 4. *C. d. t.* Guid. Pap. *decis.* 171. pro competenti scil. quantitate *d. l. 4. C. de compensat. l.* 25. *ff. rem. rat. hab.* Zanger. *d. c.* 8. *n.* 133. Quod procedit, si compensatio à Judice fuerit admissa; sin minùs, quòd altioris fortè sit indaginis, salva tamen debitori manet *b* debiti petitio *l.* 7. §. 1. *ff. de Compens.* Duar. *ad d. t. c.* 2. *p.* 996. *col.* 1. Perez. *in Cod. d. t. n. ult.*

w D. 11. *th.* 27. *pr.*
a th. 26. *in f.*
b th. 29. *ibid.*

Th. XIV.

Solutionis vicem] qui enim sibi vicissim deberi probat, in arbitrio habet, utrum tali obligationi diutius inhærere, an in- 15. solutionem convertere malit: per ea, quæ ad *th. 9. h. verb.* Licèt juraverint, diximus. Cœterùm de Solutione agetur *infr.* 20. *D. XXIII. th.* 22. Utrum is, qui compensat, hôc ipso fateatur se debere? vid. Fachin. *Lib. XI. c.* 6.

Salva tamen] Quare caveat Judex, ne, dum compen- 25. sationis exceptionem admittere non vult, eam in totum rejiciat, quasi nec in judicio reconventionis admissurus sit; v.g. Daß 30. Beklagtens Suchen nicht stat habe. Eâ enim ratione exceptio rei judicatæ ipsi in reconventione objici posset. Sed ita temperabit sententiam, ut salva nihilominus maneat Reo repeti- 35. tio.

tio. Daß Bekl. der vorgeschützten exception Compensationis ungeachtet/ Klägern die geklagte 50. fl. zu zahlen schuldig. Sicut Scabinos Lipſ. observasse tradit Carpz. *p. 1. C. 8. d. 5.*

Tit. III. Depositi, vel contra.

Th. XV.

Immobilem] opponitur hîc (1.) quòd locô moveri nequeant, conseqv. nec tradi. (2.) quòd à furibus nullus immineat metus, conseq. nulla ſit opus custodia: adeoque ſolum adſit Mandatum. R. Quid aliud eſt Commendare quàm Deponere? *l. 24. ff. h. t.* in omni depoſito oportet accedere commendationem *th. 17. h.* quare ſi duo hæc adſunt, traditio & commendatio, Depoſitum erit. Nec Traditio præcisè motum localem requirit: alioquin nec immobilia vendita tradi poſſent. Quin eorundem Commodatum eſſe conceditur, Dn. Struv. *XIIX. 4.* cùm tamen & is contractus traditionem expoſcat. Neque adverſus fures ſolos cuſtodia neceſſaria eſt, ſed &, Ne damnum inferatur. vid. B. Ungeb. *Ex. X. qu. 10.*

Pro lubitu] vid. *th. 19. h.*

Th. XV.

Supereſt in libro 16. Pand. ex contractibus realibus *c* Depoſitum, quod contrahitur, quando quis rem ſuam vel etiam alienam. *l. 31. §. 1. ff. depoſ.* ſive mobilem, *d* ſive immobilem, *l. 3. in fin. ff. de acquir. poſſeſ. l. 11. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 72. ff. de V. O.* gratis *e l. 1. §. 8. & 9. ff. depoſ.* cuſtodiendam *l. 1. ff. depoſ.* alteri tradit, ut eandem ſibi pro lubitu *f* repoſcenti, *l. 1. §. 22. & 45. ff. eod.* in ſpecie reddat. *l. 2. ff. de R. C.*

D. Struv.
c D. XXI. th. 33.
d ib. th. 35.
e ib. th. 36. pr. & n. 2.
f ib. n. 3.

Th. XVI.

Vel neceſſarium] Ita *ſup. IIX. 13.* Jusjurandum: *& infr. XXII. 3.* Pignus: nec non *XXIII. 17.* Novatio & *theſ. 10. eod.* Delegatio quoque dividitur.

Parti-

Th. XVI.

Dividitur in depoſitum rei non litigioſæ, quod propriè dicitur depoſitum, & nomen generis retinet; & litigioſæ, *g* quod in ſpe-

g Diſp. 21. th. 45.

D.Struv. specie dicitur Sequestrum, *l. 5.* §. 1. *l. 6. l. 7. pr. l. 12.* §. *2. l. 17. ff. d. t. l. 110. & ibi* Goedd. *de V. S. t. t. extr. de sequestr. possess. & fruct. & clem. un. tit. eod.* quod rursus est vel *h* Voluntarium vel Necessarium: illud, quando ex pacto & conventione partium, *l. 39. ff. de solut. l. 5. C. deposit.* hoc cùm partibus etiam invitis Judicis autoritate *i* res sequestratur. *l. 6. ff. de offic. Præs. l. 7.* §. *ult. qui satisd. cog.* Ordin. Cam. Imp. *p. 2. tit.* 21. §. Ob auch in berührtem Fall. Gail. *de arrest. c.* 12. *&* 1. *obs. 148. n. 9.* Coler. *de process. execut. p. 1. c. 2. n. 56.*

h ib. th. 47.

i ib. th. 48.

Partibus invitis] Atqui depositum requirit consensum. *th. prox. sequ.* quomodo ergò species hæc participat de suo genere? Nemo invitus obligatur: est hæc species executionis, à qua processus non est exordiendus; qua de causa etiam sequestratio regulariter prohibita est. v. Bronch. *C. 1. misc. qu. 63.* Autor *infr. XX. 24. in f.* Nimirum, sequestrum, etiam necessarium, inter eas, quæ contrahunt personas, nunquam invitas, sed usque volentes contrahitur. Sunt autem eæ Judex deponens, & Sequester depositarius. Inviti solùm sunt litigantes: qui tamen non contrahunt.

Lib. IV. Tit. IX. Naut. Caup. Stab.

Th. XVII.

Ad depositum præter Rem, etiam consensus requiritur §. *3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* ad quem eliciendum aut colligendum verbis opus est accommodatis. Hinc cum eo, qui scit ac patitur rem in domum suam inferri, si non ei res commendetur, depositum non

Th. XVII.

Scit ac patitur] Imò, qui tacet, consentit, R. J. In negociis passivis ac permissivis: non verò ubi quid faciendum imponitur tacenti. Jam verò, qui in domum alicujus rem suam inducit, de sola re-

non contrahitur. Gomez. *tom. 2.* D.Struv.
var. resol. c. 7. num. 2. Schneidevv.
ad §. 3. Inst. d. t. quod ratione officii aliter obtinet in *k* nautis, cauponibus & stabulariis, *l. 7. §. 1. ff. naut. caup. stabul.* Arum. *exerc. Inst. 12. th. 15.* adde Mozz. *de depos. c. quom. annull. depos. n. 9. & 10.* *k* D. IIX. th. 108.

receptione & loci indulgentia non cogitat, sed vult custodiri.

Nautis, Cauponibus] hi plerumque schedulâ affixâ, & respectivè velô suspensô invitant peregrinantes ad divertendum apud se, atque sic ipsô officiô susceptô custodiam pollicentur. vid. *disp. nostra de Consensu tacito.* Autor sic attingere voluit omissum sup. *D. IV. Tit. Naut. caup. stab.*

Th. XIIX.

Depositarius rem custodiæ suæ commendatam non possidet, *l* sed naturaliter saltem tenet *l. 9. in fin. ff. de R. V.* An tamen sequester possideat, non caret dubió: Nos regulariter nec ad Sequestrem, sive sequestratio fuerit voluntaria, sive necessaria, prout distinguit, Gail. *tract. de arrest. c. 12.* possessionem transire statuimus. *l. 39. ff. de acquir. possess.* nisi expresse fuerit actum, ut possessio interim penes neutrum litigantium esset, sed sequester possideret, *l. 17. §. 1. ff. deposit.* Duaren. *in comm. ad d. t. c. 1. & lib. 3. de benef. c. 10.*

l v. D. XXI. th. 53. n. 2. j. D. 42. th 7. n. 4.

Th. XIIX.

An sequester possideat] Non est hîc *quæstio juris*: An transferri in eum possessio possit, si partes hoc velint; id quod utique contingere solet, quando invicem de ipsa possessione lis est: Sed *voluntatis*: An hôc solo, quòd sequestrem elegerint, etiam tacitè possessionem transtulerint? & Neg. quia partes id egisse censentur, quod negocii natura requirit, & sine quo officium depositarius expedire non potest. At verò, custodire rem potest, etiam qui detinet solùm. Nam & servis nostris rem custodiendam committimus, & *in §. 4. J. de Interdict.* per Depositarium, Inquilinum & Commodatarium possidere dicimur, add. Pac. *C. 4. enant. 80.* Bronch. *C. 3. enant. 86.*

Th. XIX.

Th. XIX.

D. Struv.

Res deposita deponenti, quôcunque tempore m illam reposcat, est restituenda, *l. 1.* §. 22. *ff. d. t.* etiamsi de certo tempore n convenerit, *l. 1.* §. *45. & seqq. ff. eod.* depositum enim saltem deponentis, non verò depositarii gratiâ, contrahitur: cùm igitur nullum ei jus acquiratur, neque ejus intersit rem depositam diutiùs retinere, nihil obstat, quò minùs deponens voluntatem suam mutare possit. Duar. *d. com. c. 3.* Wesemb. *in parat. ff. h. t. n. 7.*

m D. 21. th. 36. lin. 3.

n ib. n. 3.

Th. XX.

Quia depositum deponentis tantùm gratiâ contrahitur *l. 5.* §. *2. ff. commod.* depositarius regulariter de dolo o saltem §. *3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 23. ff. de R. J.* & latâ culpâ tenetur. *l. 32. ff. depos. l. 1. C. eod.* potest tamen & pactô culpam levem, imò levissimam & casum

o D. 21. th. 37. vers. Et quidẽ.

Th. XIX.

Quocunq; tempore] Mutuum quàmvis purè datum, non tamen statim revocari potest, Autor *sup. D. IIX. th. 11.* Depositum verò pro lubitu deponentis eidem in specie reddendum est. *l. 1.* §. *54. seq. ff. h.* Spolia tamen mihi ablata, quæ quis apud Te deposuit, non deponenti, sed mihi reddere teneris; justior enim mea est petitio. *l. 13.* §. *1. ff. eod.* & ita M. Oct. 1540. ad requisitionem illustris Regiminis Isnacensis in causa Michaël Cörbers contra Philippi Thielens viduam & heredes in Scabinatu Jenensi pronunciatum, testatur Dn. Richter *Decis. 1. n. 8.* add. Pac. *C. IV. enant. 77.*

Th. XX.

Lata culpa] Culpa idem est ac Negligentia, & opponitur Diligentiæ tanquàm privatio Habitui; gradûs ergò, non species sunt, Lata, Levis, Levissima. Primam commisisse dicitur, qui, dum remissiorem rebus alienis, quàm propriis adhibebat curam, damnum aliquod intulit: secundam, qui, dum æqualiter proprias & alienas res observabat, tamen contingere detrimentum passus est.

Postre-

Postremam, quando accuratius res alienas tractamus quàm proprias, & tamen damnum aliquod obrepit. Intricare itaque rem videntur, qui tunc levissimam committi putant culpam, quando non adhibetur majus rebus alienis, quàm propriis studium. Nam qui non adhibet majus, is utique vel æquale saltim adhibebit, & levem; vel remissius planè, & latam committet culpam. Dolum verò tunc committi putant, quando non æqualem alienis adhibemus, quàm propriis rebus diligentiã, autoritate Celsi & Nervæ in *alleg. l. 32. ff. h. n. t.* Nos pro lata solùm reputamus culpa; atque JCtorum eam esse existimamus mentem, Malè eum agere depositarium, qui tantô studiô à deponente selectus, quòd fama eum omnibus aliis oculatiorem, cautioremque ferret, suum tamen studium deponenti invidet, ac studiô langvidior quàm consveverat, existit: Is certè non liberat se debitô, nec modò latæ culpæ, sed ob proæresin, doli quoque reum se gerit. conf. de cœtero Franzk. *Ex. IX. qu. 9.*

sum fortuitum suscipere, **D. Struv.** *l. 1. §. 35. ff. d. t. l. 1. C. eod. l. 5. §. 2. ff. commod.* sicut & de hoc tenetur, si moram in restituendo fecerit, *l. 12. §. ult. ff. depos.* vel si quantitas deposita sit, ut tantundem reddatur. *l. 2. ff. de R.C.* Quòd si etiam operam ultrò *p* offerat, *l. 1. §. 35. ff. depos.* aut pro custodia pecuniam *q* accipiat, *l. 5. §. 2. ff. commod.* culpam levem, non etiam casum præstare debet. Regulariter verò & casibus illis exceptis, culpa præcedens casum fortuitum illi non nocet, *l. 1. §. 35. ff. d. t. l. 14. §. 1. eod.* Vaud. *lib. 2. var. quæst. c. 33.* Bocer. *cl. 2. d. 10. th. 21.*

p ib. 37. n. 1.
q ib. n. 2.

Th. XXI.

Jusjur. in litem] de quo vid. *sup.* D. *IIX. th. 24.* Si tamen cum Autore nostro *th. 15. h.* immobilium quoque rerum

Th. XXI.

Actio depositi directa datur Domino *r* adversus depositarium, *s* ut rem restituat incorruptam, *t* cum fructibus & omni caussa, *l. 1. §. 16.*

r D. 21. th. 39.
s ib. th. 40.
t ib. th 37. lin. 3. 4. & th. 41.

D. Struv. §. 16. & 24. ff. depos. l. pen. C. eod. quod si per contumaciam recusâ-rit, vel res ob dolum ac latam ejus culpam perierit, ut restitui nequeat, jusjurandum in litem *u* Domino deferri potest, ut ejus arbitriô rei fiat æstimatio, *l.* 1. §. 26. *ff. depos. l.* 2. §. 1. *l.* 8. *ff. de in lit. jurand.* datur etiam hæc actio adversus depositarii heredem *x* in solidum, *l.* 7. §. 1. *ff. depos.*

u v. Disp. XVII. th. 64. n. 3.

x dict. th. 40.

rerum depositum admittimus, atque insuper hoc præsupponimus, actorem re suâ carere nolle; nil impedit, quò minus ante petitorium hoc, judicium possessorium apprehendi, atque missio in possessionem bonorum peti queat. Alternantur enim duo hæc beneficia, ut in *disp. nostra de Manu militari th.* 40. diximus. Si res mobilis deposita negetur, manu militari auferetur. *th.* 39. *ibid.*

Th. XXII.

Competit Actio depositi regulariter quidem in simplum: in deposito autem necessario ac miserabili, ubi tumultûs, incendii, ruinæ, naufragii caussâ aliquid est depositum, lis inficiando crescit, & edictô Prætoris in duplum *y* est extensa §. *ult. Inst. de oblig. quæ ex q. contr. nasc.* §. 17. *Inst. de act. l.* 1. §. 4. *depos.* Sive autem in simplum sive in duplum detur, indistinctè condemnatum ob dolum infamia *z* sequitur. *l.* 1. *l.* 6. §. *pen. ff. de his, qui not. infam. l.* 10. *Cod. depos.* Carpz. *jurispr. for. p.* 4. *c.* 45. *d.* 10.

y D. XXI. th. 42. j. D. 48. th. 34. & 51.

z D. 21. th. 38. p. 730. fr.

Th. XXII.

Ob dolum infamia] vid. Autor. *sup. D. III. th.* 10. Hoc opponi solet, Majorem esse perfidiam ejus, qui tempore tumultûs concredita sibi inficiatur, quàm ut solâ expietur infamiâ; cùm & simplex depositum pernegare, infamet. Sed, adhuc sub Judice lis est, an non temeritas major sit, negare ei qui probè meditatus, quàm qui perculsus deposuit: Insuper infamia privatio est, & sic graduum fermè nescia; adeò ut majorem promeritus pœnam, aliâ ratione plectendus veniat.

Th. XXIII.

Th. XXIII.

Neq; damnatum infamia] Atqui Autor dolum quoque deponentis præsupponit, non perdet itaque dolus & in eo suum officium, quod est Infamare. *Nim.* cautè procedendum est: Ea quæ Autor de dolo habet, pertinent ad verba theseos priora, & illam Qu. An in contraria hac actione agatur etiam de dolo & lata culpa? & &c. Incidenter posse; dum forte Deponens promissis stare contra fidem expresse datam nolit, aut scienter rem vitiosam deposuit. Quæ verò sequuntur de Jurejur. in litem, deque infamia ex condemnatione; pertinent ad alteram Qu. An hic damnatus infametur? & regulariter Neg. quia nec ordinariè hic agitur de dolo, sed lata culpa, *d. l. 61.* quæ, quoad infamandum, dolo non comparatur. Quòd si tamen dolosè rem v. g. furtivam apud me deposuerit, ut suspectum me reddat; aut nocivam, ut damnum mihi inferat, dolus utique hic versatur, & juxta naturam suam damnatum infamat.

Impensas in rem &c.] De his vid. *sup. D. V. th. 26.* de Retentione, *infr. D. XII. th. 12.*

Th. XXIII.

D. STRUV.

Actio depositi contraria α datur depositario adversus deponentem, ut illius indemnitati consulatur, si vel impensas β necessarias in rem depositam fecit, *l. 61. §. 1. ff. de furt. l. 23. ff. depos.* vel damnum γ occasione rei depositæ per dolum & culpam deponentis passus est, *l. 61. §. 5. pr. ff. de furt.* in qua tamen nec juramentum in litem locum habet, *l. 5. pr. ff. depos.* neque damnatum infamia sequitur. *l. 6. § ult. ff. de his qui not. infam.* Cæterum, an propter impensas in rem depositam factas retentionis δ jure uti possit depositarius, donec illæ refundantur? quæstionis est: Et nos uti posse, si liquidæ sint impensæ, censemus, *arg. l. 18. §. fin. ff. commod. l. 20. ff. de acquir. possess.* Salic. *in l. si quis, C. de depos. n. 9.* Ludov. Vital. 2. *var. lect. c. 17.* Bachov. *ad vol. 1. Treutl. D. 26. th. 5. lit. C.*

α *v. D. 21. th. 44.*

β *th. 43. n. 2.*

γ *ib. n. 1.*

δ *d. th. 44. pag. 782.*

Si ergò occasione ipsius rei depositæ debitum aliquod sit exortum, retentio denegari non potest. vid. Riemer. *Decad. IX. qu. 9.* Vinn. *L. 1. sel. qu. 51.* licèt aliàs in deposito ob extraneum & aliunde conflatum debitum nec retentio nec compensatio locum inveniat. vid. *th. 12. in f. b.*

Lib. XVII. Tit. I. Mandati, vel contrà.

Th. XXIV.

D. Struv. Mandatum (de quo, uti & de reliquis contractibus consensualibus ε ordine nunc agendum) est ζ contractus consensu initus, *l. 1. pr. ff. mandat. l. 2. ff. de O. & A.* de negotio quodam alterius η gratis θ *l. 1. §. ult. ff. mandat. §. ult. Inst. eod.* suscipiendo & exequendo.

ε *v. D. 22. th. 1.* ζ *ib. th. 3.* η *ib. 8. n. 2.* θ *ib. n. 1.*

Th. XXV.

Ratione consensûs ι quô initur mandatum, est vel expressum vel tacitum: illud expressum, hoc præsumptum κ consensum habet, v. c. si quis pro alio, ipso præsente, fidejusserit, *l. 6. §. 2. l. 18. & 53. ff. mandat.* Si quis verò Epistolam λ sibi missam accepit, eique non contradixit, ex mandato regulariter non obligatur Bachov. *ad Trl. vol. 1. d. 27. th. 5. lit. F.* Frantzk. *in comment. ad tit. ff. mandat. n. 14.*

ι *D. 22. th. 5.* κ *ib. vers. vel negativè.* λ *ib. vers. similiter ubi dissent.*

Th. XXIV.

Mandatum est contractus] Differt ergò à Jussu, qui alioquin pro synonimo habetur. Jussus enim imperii species est, ex quo non oritur demum obligatio civilis, sed qui fluit ex præcedente obligatione naturali.

Gratis] alioquin si certa intercedat merces, locatio erit; vel innominatus contractus, si incerta. *v. th. 30. b.*

Th. XXV.

Pro alio fidejusserit] conf. Autor infr. *D. 23. th. 3. & 14.*

Si quis epistolam] Nec movet, quòd Tacens alioquin habetur pro consentiente: Nam procedit hoc in negociis passivis & permissivis: vid. *l. 16. ff. ad SCt. Mac.* Mandans verò vult ut Mandatarius quid faciat. Sic qui ab alio de mutuo dando per epistolam rogatus tacet, consensisse non videtur. vid. *Diss. nostra de Consensu tacito.*

Th. XXVI.

Th. XXVI.

Solius mandatarii causâ μ mandatum, utpote consilium potiùs quàm mandatum, non est obligatorium, §. 6. *Inst. de mandat. l. 6. §. 5. ff. eod.* nisi fraus ν adhibita, *l. 47. ff. de R. J. l. 8. ff. de dolo.* vel cum vi quadam impellendi ξ ad certum negotium, aut certam personam, cui aliàs non crediturus fuisset mandatarius, directum fuerit. *d. §. 6. Inst. mandat. d. l. 6. §. 5. eod.*

μ D. Struv. D. 22. th. 8. p. 799. ν ib. vers. nisi (1.) ξ ib. vers. aut (2.)

Th. XXVI.

Consilium potius] Differentia ergò inter Mandatum & Consilium est, quòd aliud sit, in abstracto de re quadam deliberare, rationes pro & contra adducere: aliud verò, transferre thesin ad hypothesin, & in concreto ad certas personas & res applicare.

Non est obligatorium] vid. de hac Qu. Frantzk. *Ex. XI. qu. 6.*

Th. XXVII.

Mandari debet res honesta ο & licita: rei turpis enim mandatum, respectu actionis, nullum est §. 7. *Inst. d. t. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. eod.* Quòd si tamen π exinde alicui fuerit nocitum, uterque ad resarciendum ei damnum & pœnam obligatur. *d. §. 7. Inst. de mand. l. 7. § fin. ff. de jurisd. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factum est l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 15. §. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Arum. *exerc. 15. th. 8.*

ο D. 22. th. 1. lin. 5. π ib. vers. si tamen.

Th. XXVII.

Resp. actionis nullum] h. e. non oritur inter mandantem & mandatarium actio, sive ad delictum implendum, sive ad præmium exsolvendum, aut mulctã resarciendam: uterque tamen ob delictum respectivè imperatum & impletum, obligatur læso & Reip. Adeò ut nec Assassinum à rota, nec Diffidatorem à gladio liberare potuerit mandatum principalis; uti est apud B. Carpz *p. 4. C. VI. d. 8. & C. XIV. d. 6.*

Th. XXIIX.

Fines mandati ϱ diligenter sunt custodiendi, *l. 5. pr. l.*

ϱ D. 22. th. 9. lin. 4.

Th. XXIIX.

Nec negot. gestor] vid. *sup. D. III. th. 20.* sed, quare Ignorans & absens obligantur? *ibid. th. 24.*

D.Struv. *pr. l. 33. ff. mand. §. 8. Inst. eod.* si excessit eos mandatarius, usq; ad σ limites mandati saltem actionem habet *l. 3. §. 2. l. 4. ff. §. 8. Inst. eod.* ratione excessûs seu residui verò, nec negotiorum gestorum actio ipsi competit, *l. 31. §. 4. ff. de negot. gest. l. fin. C. eod. l. 40. mandat.* Bachov. *ad Trentl. d. D. 27. th. 7. lit. H.* Adde tamē Frantzk. *comm. ad d. t. n. 80.*

σ *ib. th. 12. vers. quamvis verò.*

th. 24. seqq. Nim. ii neque tacitè neque per consequentiam prohibuerunt; & exposcit quandoq; necessitas, ut gerantur deserta ipsorum negocia, quæ nulli poterant commendare quando subitò abire jubebâtur. Contrà, qui mandavit sub certa determinatione, duas suorum negociorum constituit classes: Permissorum, quæ sc. in mandato expressit; & Reservatorum, quæ ex ratione oppositorum subintelligenda veniunt; & hæc ipsa in consequentiam prohibuit. Non obst. *l. 14. C. de neg. gest.* Dissent. Bronch. *C. 1. misc. qu. 66.*

Th. XXIX.

Oritur ex hoc contractu Actio mandati, itidem directa τ & contraria. Illa datur mandanti contra mandatarium, ut mandatum exequatur, *d. l. 22. §. ult. l. 8. §. 6. ff. mandat.* &, si quid ex caussa mandati ad ipsum pervenerit, υ illud restituat, *l. 10. §. 2. & 8. l. 20. pr. ff. eod.* in quam præter dolum φ non lata solùm ac levis, sed etiam levissima culpa venit, *l. 13. l. 21. C. mandat.* Delrio *in l. 23. ff. de R. J. c. 7.* Mozz. *de natur. mut.*

τ *Diss. 22. th. 11.*
υ *ib. th. 10. pr.*
φ *ib. n. 2.*

Th. XXIX.

Datur mandanti] An & ei cujus non interest? vid. Pac. *C. IV. enant. 82.*

Etiam levissima] Utrum verò id ex natura contractûs sit, an pactô demum specialiter exprimendum? dubitari cepit, postquàm in *l. 5. §. 4. ff. de Præscr. verb.* Natura mandati per pactum de custodiendo adjectum, dicitur immutata; Unde colligere licet, Custodiam, (cujus appellatione diligentia exactissima in jure solet venire) regulariter non esse præstandam. Idem in *l. 1. §. 12. ff. h. n. t.* repetitur, quasi plenius sit mandatum, custodiam in se habens.

m. Custo-

R. Custodia ibi non gradus, sed species diligentiæ est: & duo continentur in mandato: Naturalis, de re ad Titium perferenda: & Pactum adjectum, de re ad instar depositi custodienda, si fortè Titius eam suscipere nolit. conf. Pac. C. IV. qu. 83. & Vinn. sel. qu. 52. Lib. 1.

mut. n. 20. Gail. 1. obs. 45. D. Struv. Köppen. lib. 2. obs. 59. n. 2.

Th. XXX.

Honorarium] vid. sup. th. 24. b.

De damno per casum] Atqui Nemini officium suum debet esse damnosum. R. ita scil. ut damnum tanquam effectus proximus, ex officio tanquàm causa oriatur. Quando itaque in l. 61. §. 5. ff. de Furt. Mandans certum emi servum, furtum quod is mandatario fecit, resarcire jubetur; fit hoc non propter naturam mandati in abstracto; sed quia certum hominem mandaverat emi, quem mandatarius empturus non fuisset; & sic causa damni erat.

Th. XXX.

Contraria χ competit vicissim mandatario adversùs mandantem, tùm ad recuperandum id, quod ex caussa mandati ipsi abest, v. c. impensas, ψ l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. ff. l. 2. l. 4. C. d. t. unà cum usuris, l. 1. C. eod. etiamsi casu aliquô impeditus mandatum implere non potuerit, l. 56. §. fin. ff. l. 4. C. eod. tum ad omne, quod præterea illius interest; ne in damno moretur, l. 15. l. 26. §. 6. & 7. ff. eod. Nonnunquam & honorarium, ω pactô scil. promissum, eâdem peti potest, l. 6. pr. ff. d. t. de damno verò, quod mandatario negotium exequenti per casum fortuitum a accidit, regulariter ei mandans non tenetur. l. 26. §. 6. ff. eod.

χ D. 22. th. 13.

ψ th. 12. pr.

ω conf. th. 8. ibid. in pr.

a d. th. 12. lin. 6.

Tit. II. Pro socio.

Th. XXXI.

In quam casu incidimus] Refert se Autor ad rerum

Th. XXXI.

Societas b (Conventionalis scil. ac illi, in quam casu incidimus, contradistincta)

b v. D. 22. th. 19.

D. Struv. *c v. ib. th. 22.* *d ib. th. 21. & th. 23.* *e de quo vid. th. 29.* *f ib. th. 25.* *g conf. th. 21.*

distincta) est contractus consensualis *c.* §. *un. Inst. de obligat. ex consensu. l.* 2. *ff. de O. A.* de rebus *d* (quibuscunque quarum est commercium, *l.* 63. *in fin. ff. pro soc.*) ac operis §. 2. *Inst. eod. l.* 5. §. 1. *ff. l.* 1. *C. eod.* inter aliquos lucri *e* caussâ *l.* 7. *l.* 8. *ff. d. t.* communicandis, *f l.* 24. *l.* 29. *pr. l.* 52. §. 3. *ff. eod.* Dividitur *g* in Generalem, de qua vid. *l.* 3. §. 1. *l.* 65. §. 3. *l.* 73. *l.* 52. §. 16. *ff. d. t. l.* 7. *& seq. l.* 9. *&* 10. *l.* 13. *ff. eod.* & specialem *l.* 52. *ff. eod. l.* 39. §. 3. *ff. fam. ercisc. pr. Inst. de societ. l.* 71. *pr. ff. eod.*

rum communionem, de qua *sup.* D. *VII. thes.* 13. quam citra tractatum nanciscimur, & ab ipso Ulpiano in *l.* 32. *ff. pro soc.* societatis titulô insignitur.

Th. XXXII.

h v. D. 22. th. 26. *i th. 27. lin. 3.*

Quando specialiter universorum *h* bonorum societas coita est, (quod & tacitè fieri posse putamus *l.* 4. *ff. d. t.* Fachin. 12. *controv.* 14. Hænon. *disp. pand.* 17. *th.* 1. Nicl. *d.* 25. *th.* 7. *lit. A.*) tunc & id, quod unus ex sociis filiæ in dotem, *i* vel filio in subsidium studiorum dedit, societati est imputandum, *arg. l.* 73. §. 1. *h. t. l.* 39. §. 3. *ff. fam. ercisc.*

Th. XXXII.

Subsidium studiorum] Equidem Donellus *d. l.* separationem facit Dotis, & eorum, quæ in honorem liberorum impensa sunt, h. m. ut illa tempore divisionis Patri non sint in suam imputanda portionem, sed utrique detrahenda, non tam societatis quàm necessitatis intuitu; cùm inviti Parentes publicâ autoritate ad dotandum cogi possint. *l.* 19. *de R. N.* Hæc verò soli Patri imputanda, tanquam cessante necessitatis ratione; Nisi de his specialiter sit conventum, per *l.* 81. *ff. h.* Cùm in societate particulari ne Dos quidem citra conventionem communioni deducatur. *d. l.* 81. Verùm enim verò, quid opus est, ad Necessitatem dotandi confugere, cùm & ad studia sumptûs aliunde nusquàm desumere queat Pater universali societati immersus, quàm ex lucro communi: nihil enim peculiare permittitur habere, ex quo reliquas præter

ter dotem impensas facere possit. Nec salvabit opinionem suam Donellus, quando *ad rubr. C. h. n. t. num. 18.* cum largitur casum, quò filius jam tempore initæ societatis studiis fuerit dicatus: quasi tunc alteri sociorum imputetur: non fuisse protestatum. Nam & filios stante societate natos studiis licet deputare: &, si displiceat hoc socio, renunciet societati. add. Fachin. *IIX. 4. & XII. 13.*

erc isc. Donel. *13. com. c. 16. & ibi* Hill. *lit. H.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 127.* Rol. à Vall. *consil. 91.* Treutl. *vol. 1. d. 27. th. 8. lit. H. & ibi* Bachov.

D. Struv.

Quod & tacitè] vide tamen Carpz. *p. 3. C. 15. d. 45.*

Th. XXXIII.

Domino perire] vid. *sup.* D. *IIX. th. 8.* Et quidem vel ex sola contrariorum natura. Quemadmodum enim finitâ societate sortem, si salva sit, in communionem venire non patitur, qui eam posuit, sed præcipuam vindicat; Ita æquum est, ut ejus interitum solus ferat, propter regulam: Qui sensit commodum, sentiat incommodum. Quia deinde etiam is qui operâ adhibuit, in cassum laboravit, nec eas, utpote non amplius extantes, potest repetere. Esset porro species mutui, sortê nulli committere periculo; quin usurariam saperet pravitatem, lucri participem esse velle, damnum fugere. conf. Vinn. *l. 1. sel. qu. 54.* & Fachin. *L. 2. c. 95. seq.* vid. tamen Carpzov. *p. 2. c. 30. d. 39.*

Th. XXXIII.

Cùm nonnunquàm accidat, ut alter sociorum solus pecuniam conferat, alter verò operam *k* pro pecunia præstet, *l. 1. C. d. t.* §. 2. *Inst. eod.* quæritur, an amissæ sortè pecuniæ damnum *l* etiam ad hunc, qui operam contulit, pertineat? Et, si pecunia non ex conventione facta sit communis, *m* illam ei soli, qui contulit, veluti domino perire statuimus. Sich. & Dd. *communiter in d. l. 1. C. d. t.* Gail. *2. obs. 24.* Arum. *exer. 15. th. 3.*

k conf. D. *22. th. 21. pr.*

l ib. th. 34.

m vid. ib. th. 33.

Th. XXXIV.

Th. XXXIV.

D.Strauv. Porrò is qui operam confert, non propriis, sed communibus *n* impensis eam præstare debet, *l. 67. §. 2. ff. d. t.* Schneidevv. *ad §. 2. Inst. eod. n. 7.* eæque non ex sorte principali sociorum, sed ex lucro, si quod factum erit, sunt desumendæ. Gothofr. *in addit. ad* Schneidevv. *d.l.*

n v. D. 22. th. 24. n. 3.

Th. XXXV.

Lucri & damni partes *o* inter socios, si collatio sortis fuerit æqualis, æquales esse oportet, §. 1. *Inst. d. t.* aliàs pro portione collatæ sortis & operæ, lucri quoque ratio est ineunda, §. 2. *Inst. l. 6. in fin. eod.* Pactô tamen in collatione æquali ob certam rationem conveniri potest, ut inæquales *p* fiant partes *d. §. Inst. eod.* modò non nimia inducatur inæqualitas, *q* quæ leoninam sapit societatem *l. 29. §. 2. ff. eod.*

o conf. ib. th. 30.

p v. ib. th. 32.

q ib. th. 31.

Th. XXXVI.

Modos, quibus finitur *r* societas, recenset Imper. §. 4.

r v. D. 24. th. 40

Th. XXXIV.

Communibus impensis] Habet enim se iste socius partim ut principalem, partim ut communem ministrum; quemadmodum itaque is omnium sumptibus alendus; ita & socius, operas reliquis ministeriales præstans, alimenta & sumptûs repetit tanquàm institor, & tamen de lucro quoque ut principalis participat.

Th. XXXV.

Æquales esse] Partitio lucri & damni toties æqualis esse debet, ob jus fraternitatis inter socios, quoties mutuâ conventione aliud non reperitur dispositum. Æqualitas autem arithmetica intelligitur, si sortes collatæ numericè respondeant; sin summæ sint inæquales, geometrica observanda æqualitas. conf. Carpzov. *p. 2. C. 30. d. 38.* Pactis juri fraternitatis potest renunciari, dum modò non ad iniquas se invicem adegerint conventiones. conf. Vinn. L. *1. sel. qu. 55.*

Th. XXXVI.

Non ad heredes] Ipsa scil. formalis societas, & jus in commune

mune consulendi, negociandi, de lucro futuro participandi. Jura tamen defuncti socii quæsitá activè & passivè transferuntur in ejus heredes, sic, ut lucrum ipsi debitum heredes sequatur, hi vicissim rationes reddant & de factis defuncti respondeant. vid. Pac. *C. V. enant. 2.*

Nisi vectigalium] de vectigalibus vid. *infr. D. XIX. th. 17. seqq.* Videtur autem Reip. interesse, ut eorum, qui conduxerunt vectigalia, heredes in ipsam societatem continuandam admittantur, ne morte ad pauciores redactis conductoribus, & his forte non solvendo existentibus, Illa quoad mercedem & pensionem periclitetur. vide admodùm eleganter Cujac. *L. 10. obs. 25.* Bronch. *C. 2. enant. 49.*

§. *4. & seqq. Inst. d. t.* & eleganter dispescit Bachov. *in not. ad parat. ff.* *VVesemb. h. t. n.* 11. Inter illos imprimis mors *s* est unius sociorum, quia contrahens societatem, certam sibi personam eligit, cujus fidem, industriam, res & facultates sequatur. §. *5. Inst. d. t. l. 4. §. 1. l. 25. l. 52. §. 9. & passim. ff. eod.* non igitur transit ad heredes, *t* nisi sit societas vectigalium & aliarum rerum publicarum, *l. 59. pr. 63. §. 8. eod.*

D.Struv.

s ib. 41. n. 1.

t ib. vers. quàmvis verò.

Th. XXXVII.

Illa, Hac] Sed quâ ratione quilibet suam, quam posuit sortem recuperabit? Annon & pro rebus dividendis actio pro socio poterit adhiberi? Ita visum fuit B. Riemero *Decad. XI. qu. 5.* contrariam fovet opinionem Vinn. *L. 1. sel. qu. 36.* quòd actio hæc merè sit personalis, nec

Th. XXXVII.

Ex hoc contractu societatis oritur Actio *u* pro socio *t. t. ff. & C. pro soc.* quæ est utrinque directa *x* §. *2. Inst. de pœn. temer. litigant.* cùm omnium sociorum officium & obligatio sit eadem. Don. *lib.* 13. *com. c. 17.* Mozz. *quæ act. detur ex societ. n.* 1. Dividitur in generalem & specialem: illa ratione totius administrationis & reddendarum rationum *l. 38. ff. pro soc.* non nisi

u Diss. 12. th. 37.

x conf. D 19. th. 6. in m.

D. Struv. finitâ ʒ societate locum habet, ʒ v. D. 22. l. 65. pr. d. t. l. 6. C. eod. hæc ob cer- tb. 38. tum aliquem & specialem articulum societatem concernentem, durante adhuc societate, institui potest. d. l. & 65. §. pen. ff. eod. Mozz. d. l. n. 2.

nec fundetur super jure in re.

Th. XXXIIX.

Socius socio ad præstandam ʒ v. D. 22. levem culpam ζ obligatur, quia tb. 24. n. 2. societas utriusque caussâ contrahitur l. 5. §. 2. ff. commod. §. fin. Inst. de societ. l. 72. ff. pro soc. & singuli diligentiam ac industriam, quantam suis rebus adhibent, promittere censentur. Etsi verò socius ob negligentiam suam ad * omne id, * v. tb. 38. quod interest, socio teneatur l. 43. ff. d. t. tamen regulariter in id tantùm, quod rei judicatæ tempore † † v. tb 37. facere potest, sive sit socius omni- n. 4. um bonorum, sive certæ alicujus rei l. 63. pr. & §. 6. ff. eod. l. 16. ff. de re judic. condemnatur. Bronchorst. 2. ass. 11.

Th. XXXIIX.

Levem culpam] non levissimam, minus casum: Sicuti & Scabini ic. Lips. M. Maj. 1590. responderunt. Teste B. Carpzov. p. 2. C. 26. d. 12.

Sive certa rei] Licèt enim Ulpianus in l. 16. ff. de re jud. id negasset, victus tamen rationibus Sabini, in ejus concessit sententiam. l. 63. ff. h. t. ic.



DISPUTATIO UNDECIMA
ad Lib. XIIX. & XIX. Pandectarum.

Respondente

JOH. CHRISTOPH. Hartmann / Jenens.

Tit. I. de Contrahenda emptione; & de pactis inter emptorem & vendit. compositis: & quæ venire non possunt.

Th. I.

A*lter rem consequitur*] Videtur tamen Autor h. m. implementum potius, quàm naturam contractûs repræsentare; Nam si pretium actu ipso numeretur, resve tradatur, distraherent mage quàm contraherent. Contractus intendit obligationem ad numerandum & tradendum.

Th. II.

Pænitere licet] veluti Scabini quoque Lipſ. In causa Joh. Albini zu Querfurth M. Febr. 1627. responderunt, teste B. Carpz. p. 2. C. 33. d. 121

Th. I.

Contractuum, qui consensu solo perficiuntur, species nobilissima, & ad vitæ communis usum maximè necessaria, est Emptio Venditio, quæ definitur, quòd sit *α* contractus consensu initus §. *un. Inst. de obligat. ex consens. l. 2. ff. de O. & A.* quô pro certo pretio *l. 1. l. 72. ff. de contrah. empt. pr. Inst. & §. 1. eod.* alteri dato *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* alter rem consequitur. *d. l. 11. §. 2. ff. de act. empt. l. 8. ff. de evict.* D.Struv. *α Diss. 23. th. 2.*

Th. II.

Perficitur hic contractus solo consensu *β pr. Inst. de empt.* si tamen in initio ejus actum est, ut in scripturam *γ* redigatur, velut sub conditione initus, perfectionem suam *β v. th. 6. ibid.* *γ vid. ib. th. 12.*

D. Struv. suam non antè consequitur, quàm scriptura legitimô modô super eo confecta & omnibus suis partibus absoluta sit, *d. pr. Inst. d. t. l. 17. C. de fid. instrum.* Unde & hôc casu ante scripturæ confectionem δ ab eo recedere & pœnitere licet; ita tamen, ut si arrhæ intervenerint, ε à parte ejus qui dedit amittantur, ab eo verò, qui illas accepit, duplicatæ sint restituendæ *dd. texx.* Cæterùm à contractu semel perfecto, ob interventum arrharum, ζ neutri contrahentium recedere fas est. *arg. l. 5. C. de O. & A. l. 3. & 6. C. de rescind. vend. l. 2 C. quand. lic. ab empt. disc. l. 58. ff. de pact.*

δ *th. 23. pr.*

ε *ibid. lin. ult. p. 827.*

ζ *eâd. th. circa f. ver. patet igitur.*

d. 12. ubi simul disquirit, Quando dicatur Emtio-venditio in scriptis celebrata? add. Autor *infr. Disp. XIII. th. 24.*

Ob interventum arrharum] Ita quoque sentiunt Wesemb. *h. n. 9. ibiq;* B. Hahn. *p. m. 619.* (1.) Per *l. 3. & 6. C. de Resc. vend.* (2.) quia datio arrharum nó potest operari contra dantium intentionem, propriamque naturam, quæ est, contractum firmare: & hæc opinio pluribus in Scab. Lips. responsis firmata est, quæ vide apud Carpz. *d. l. def. 14.* quare & Fachin. *L. 2. c. 28.* ab ea non esse recedendum ait, quia moribus recepta. Sed Dn. Brunneman ad *l. 17. C. de Fid. instr.* dissentiens, putat, decisione controversiam hanc indigere. conf. Ungeb. *Ex. XII. qu. 3.* Bronch. *C. 2. enant. 54.*

Th. III.

Consensus in hoc contractu certus & liber requiritur. Certus est, qui nihil erroris η habet admixtum. Error enim, si vel est in ipso θ corpore *l. 9. cum seqq. ff. de contrah. empt. l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. ff. de V. O.* vel in tota

η *v. D. 23. th. 9.*

θ *thes. 10. n. 20.*

Th. III.

Tota materia] Quare autem stipulatio per hoc non vitiatur? vid. *infr. D. XXII. th. 27.* solet hoc discrimini inter b. f. & stricti juris negocia adscribi. *Opponitur* plerumque hoc argum. Ubi actio, ibi firmus præsupponitur contractus: Atqui *l. 45. inf. h. n. t. l. 62. §. 1. eod. l. 21.*

l. 21. §. 2. de act. empt. & sim. txx. datur actio, quantumvis in materia fuerit erratum. E. Resp. ibi in factum subsidiaria datur actio. *Lim. E. Maj.* ubi vera, nativa ac propria datur actio. vid. Busius *ad l. 9. h. t. n. 7. 8.* Bronch. *C. 2. enant. 53.*

tota ι materia *d. l. 9. §. ult.* D. Strauv.
l. 41. §. 1. ff. de contr. empt. ι *ib. n. 3.*
contractum hunc vitiat. Aliud dicendum, si saltem in parte materiæ *l. 14. ff. d. t.* vel in nuda qualitate κ sit κ *ib. n. 5.*
erratum. *l. 10. l. 11. ff. eod.*

Saltem in parte] Nec obst. *l. 41. ff. h. n. t.* quippe argentea lamina, quâ mensa lignea cooperiebatur, non fuit pars rei, sed ens distinctum. vid. Gotofr. *ad d. l. lit. B. ex* Cujacio *L. 2. Obs. 4.* Pac. *C. V. enant. 4.*

Th. IV.

Lege publicâ] Sic ob utilitatem civitatis, & molendi necessitatem teneri civem sua prata Senatui, domino molendini publici, vendere; in causa Senatûs in Reichenbach. M. Mart. 1629. contra Joh. Krauschwitzen responderunt Scabini Lips. teste Carp. *p. 2. C. 33. d. 16.* add. de hac Qu. Bronch. *C. 2. enant. 63.*

Th. IV.

Non solùm error, sed & coactio λ consensui huic obstat, ut- λ *D. 23.*
pote qui liber esse debet, *l. 11. l. 13.* *ib. 7. pr.*
l. 14. C. d. t. sed hæc vendendi libertas nonnunquàm restringitur, μ idque vel lege publicâ, ob justam & μ *ib. vers. Excipiuntur.*
necessariam causam §. 2. ν *Inst. de his qui sui vel al. l. 34. §. 2. C. de donat. l. 13. §. 17. ff. de act. empt. l. 12. pr.* ν *ib. n. 2.*
ξ *de relig. & sumpt. fun.* quibus casibus omnibus tamen Domino rei ξ *ib. n. 1.*
justum pretium est solvendum *l. 2. C. Pro quib. caus. serv. pro præm. d.* §. 2. *Inst. de his qui sui vel al. l. 13. §. 1. ff. commun. præd.* Gail. 2. *obs. 56.* Bronch. *2. ass. 63.* vel voluntate & provisione testatoris ο vim legis habente *Nov. 22. c. 2.* ο *ib. th. 8. & 29.*
l. 5. pr. ff. de contr. empt. l. 49. §. pen. & ult. l. 60. ff. de legat. 1.

Th. V.

D. Struv. Spectatur autem consensus solùm ipsorum contrahentium π non aliorum, quibus fortè actio ex eo contractu quæritur, *l. 12. ff. de contr. empt.* sed adde *l. 51.* & *ibi* Cujac. *tr. 8. ad* African. *ff. de ædilit. edict.* Frantzk. *comm. ad tit. ff. de contr. empt. num. 73. & seqq.* Quòd si tamẽ jus προτιμήσεως ρ seu congrui rei adhæreat, propinquorum seu conjunctorum quoque consensus requiri debet. *l. 14. & ibi* Gothofr. *C. de contrah. empt. l. 16. ff. de reb. autor. jud. poss.* quod nî fiat, propinquo seu conjuncto rem venditã oblatô pretiô, quod σ à priori emptore promissum aut solutum, intra annum τ retrahere ac repetere licet. *c.* 1. §. *Titius.* 2. *Feud. 26. c. un.* §. 1. *2. F. 3. c. fin. extr. de locat. conduct.* Gail. 2. *obs.* 19. Myns. 3. *obs.* 51. Jus Lubec. *Lib.* 3. *tit.* 7. *art.* 1. & 2.

π *arg. th. 6. lin. 2.*

ρ *de quo th. 25. p. 830. in m. n. 3. j. th. 61. in f. & th. 48. it. S. F. c. 13. aph. 14.*

σ *th. 64.*

τ *th. 65.*

Th. V.

Sed adde l. 51.] Frequens Autori hæc phrasis est, uti ex *D. 18. th. 17. in f. D. 20. th. 8. in m. D. 10. th. 25. in f.* apparet. Vult autem lectorem dissidii, quod in duabus hisce *l. 12. & l. 51.* occurrit, admonere; super Qu. Utrum ad contractum à filio, servo, procuratore initum requiratur scientia Patris, Domini, vel principalis? *Mibi videtur*, æquivocationem latere in vocula Scientiæ, quæ aliquando Notitiam, aliquando Approbationem denotat. Atque in *d. l. 12.* de contractu adhuc conciliando; in *d. l. 51.* autem de eodem justificando agi.

l. 14. & ibi Gothofr.] hôc ipso textu sublatum, ac moribus demum reductum est Jus congrui: Autor ergò eundem non adducit pro decisione causæ, sed pro sede materiæ & prima hujus juris origine demonstranda. Adsuescendum itaque stylo Autoris, quantum ad textûs allegandos; multoties enim tanquam amicè conspirantes allegat, qui tamen contradicentes apparent. *v. Diss. X. th. ult. in f. & sim.*

Quod nî fiat] Si tamen interpellatus cognatus emere nolit, posteà non admittitur, uti in curia Frisica 1611. judicatum fuisse, refert Joh. à Sande *L. 3. T. 4. d. 2.*

Obs.

Oblató pretió] Numeratam ergò pecuniam oportet esse. v. Carpz. *p.* 2. *C.* 33. *d.* 4.

Quod à priori] Imò, majus quoque ab alio licitatore oblatum, Retrahens solvere tenetur pretium. *Id. ib. d.* 1.

Th. VI.

Habere vel possidere] h. e. Venditor vel ipsum statim dominiũ transferre debebat, vel certè possessionem, & viam usucapiendi suppeditare; sin, personales certè actiones cedere, Aquiliæ, v. g. furti, aut sim. *v.* §. 3. *J. de empt.*

An Aliena] v. g. pignus. vid. §. 1. *J. quib. al. lic.* Autor. *D. XII. th.* 17. & 27. *in f.* B. Hahn. *Wes. Tit. Commod. num.* 4. *in hoc verbo.*

Futura] conf. *Diss. XII. th.* 4. *in med.* Non tamen frumentum in viridi. Sande *L.* 3. *T.* 4. *d.* 7.

Liber homo] vid. infr. *D. XX. th.* 4.

Th. VII.

Venena] hæc neque in divisionem hereditatis veniunt. *l.* 4. §. 1. *ff. fam. erc.* Autor *sup. D. VII. th.* 19. *pr.* ... *Liti-*

Th. VI.

Res υ sine qua venditio nec intelligi quidem potest, *l.* 8. *pr. ff. de contr. empt.* debet esse in commercio, φ ut quis eam habere vel possidere vel persequi possit. *l.* 34. §. 1. *de contrah. empt.* & si talis est, non refert, utrùm corporalis, an χ incorporalis *t. t. ff. & C. de act. vel hered. vend. l.* 2. *C. de O. & A.* propria ψ an aliena *l.* 28 *ff. de contrah. empt. l.* 11. §. 8. *de act. empt.* præsens an verisimiliter futura ω sit *l.* 8. *in pr. &* §. 1. *ff. de contrah. empt.* Quæ verò non est in commercio, ut res divini juris *l.* 4. *l.* 6. *l.* 22. *l.* 62. §. 1. *ff. eod.* publica *d. l.* 6. *l.* 22. *l.* 51. *ff. d. t.* liber homo a *d. l.* 4. *l.* 6. *l.* 34. §. 2. *ff. eod.* item quæ nec est, nec verisimiliter speratur, in emptionem deduci non potest. *l.* 15. *d. t. l.* 69. *de V. O.* §. 1. *Inst. de inutil. stipul.*

Th. VII.

Prohibentur insuper vendi venena b *l.* 35. §. 2. *ff. d. contr. empt.* res litigiosæ c *l.* 2. & *ult. ff. l. fin. C. de*

υ D. Struv. D. 23. th. 14. j. th. 27.

φ d. th. 27. p. 831. lin. pen. j. D. 3. th. 62. & 7.

χ d. p. 831. lin. ult. j. th. 69.

ψ p. 833. lin. 3.

ω p. 832. lin. 2. 3. & in m. vers. Futurarũ.

a th. 28.

b p. 834. lin. 3.

c ib. n. 1.

D. Struv. d th. 27. p. 833. vers. quid in specie. e th. 28. inf. f th. 29. in m.

C. de litigios. furtivæ *d l. 34. §. 3. l. 2. C. de furt.* mancipium Christianum Judæo. *e t. t. C. ne mancip. Christian. Jud.* Si quæ etiam testator *f* alienari vetuit, ab illorum venditione est abstinendum. *l. 114. §. 14. ff. de legat. 1. l. 38. §. 4. ff. de legat. 3.*

Litigiosa] de his vid. *infr. Disp. XXII. th. 9.* Opp. quod toleretur venditio rei alienæ: cur non & litigiosæ? R. Toleratur, non à priori, dispositivè & absolutè, si sciatur; sed à posteriori, si manifestetur, negativè, & quantum ad contractum à nullitate salvandum.

Th. IIX.

g Disp. 23. th. 10. h ibid. i ib. th. 18. k th. 19. ib. pr.

Pretium, *g* de quo in hoc contractu conveniri opus est *l. 72. ff. contr. empt.* in pecunia numerata *h* consistere. *§. 2. Inst. d. t. l. 1. ff. eod.* Verum, *i* non imaginarium *l. 54. ff. de O. & A. l. 55. l. 36. ff. l. 8. C. de contrah. empt.* item certum *k* esse debet *§. 1. Inst. l. 35. §. 1. ff. l. 8. C. eod.* Certitudo illa fit vel per expressam contrahentium determinationem, quod patet; vel per relationem ad aliud. Refertur autem vel ad quantitatem jam antè definitam *l. 7. §. 1. ff. d. t.* vel ad arbitrium alicujus Tertii in specie denominati *§. 1. Inst. l. fin. C. eod.* quod tamen

Th. IIX.

Pecunia numerata] sunt qui pro Sabini & Cassii opinione afferunt, absurdum non esse, hodienum Emptiones vocari illas, quæ usu nummi quantumvis inventô, sine nummo tamen fiunt, præcipuè inter gentes quibus aut nullus aut rarior nummorum sit usus: ut in *Lapponia.* Cùm & in *Suecia* emptiones pleræq; fiant in massis cupri, quas pro omnis generis mercibus permutent sub specie pecuniæ. B. Hahn. *Wes. h. n. 2.* Vinn. *Comm. ad §. 2. J. h. n. 1.* Quia tamen in confesso est, *Lapponibus* nummos incognitos esse, quomodo dicemus, Usu nummorum inventô, emtiones absque nummis fieri? esto cæteris usitatus nummus; non certè illis. *Suecos* quod attinet, Nescio an cuprum suum

men, ut valeat, æquitati *l* congruum esse oportet, aliàs reductioni ad arbitrium boni viri locus est *l. 76. ff. pro soc. l. 24. ff. locat. l. 30. ff. de oper. libert.*

l D. Struv. *l ib. lin. 7.*

suum dent in solutum; an non cuprum ipsammet reputent pecuniam? Priori casu venditio utique sub numerata pecunia fuit celebrata, licèt aliud in vim solutionis offerant. Posterior casus admodùm videtur verosimilis. Platas enim quadratas habeant, an rotundas; unum vel octo imperiales valeant, quid refert?

Arbitrium tertii] In vendentis vel ementis arbitrium collatâ emendi conditione, venditionem nullam esse, putat Bronch. *C. 1. misc. qu. 67.* quod tamen omnibus non arridet.

Th. IX.

Non solùm autem verum & certum, sed etiam justum *m* requiritur pretium, ut inter ipsum & mercem legitima sit proportio; quæ tamen in foro civili ob frequentiam & necessitatem hujus contractûs latitudinem aliquam & temperamentum recipit, ut etiam (sine proposito tamen fallendi) contrahentibus in pretio sese mutuò circumvenire *n* naturaliter dicatur permissum. *l. 16. §. pen. ff. de minor* qua de re *vid.* Covarru. *lib. 2. var. resol. 2. & 4.* Giphan. *ad l. 2. C. de rescind. vendit.* Don. *in*

m D. 23. *th. 20 pr.*

n ib. lin. 9.

Th. IX.

Frequentiam & necessitatem] Hoc vult Autor, Quia contractus hic est inevitabilis, non tam rigidè omnia sunt exigenda, & modi, quibus impediatur vel retrahatur, multiplicandi; quia enim ob allegatam inevitabilitatem frequenter celebratur, frequentes quoq; futuræ essent ejusdem rescissiones, si omnia ad amussim computanda essent, atque eo modô omnes conversationes & commercia turbarentur.

Circumvenire permissum] h. e. Natura hominem sic produxit, ut multis indigeat, pluribus verò careat: instruxit tamen tum habendi desideriô, tum acquirendi peritiâ, ut quæ sibi desunt, ab aliis accipiat, & sic quidem, ut semper accepta superent

D. Struv. *in d. l. n. 1.* Pincl. *in eandem. p. 1. c. 1. n. 32. & seqq.*

perent data; ne, si æqualia sint, & sine lucro, destituatur tandem mediis professionem suam continuandi. Multa enim præter artificium, res familiaris exposcit, ita ut lucrum semper sit inter œconomiam & artificium dividendum. Quòd si ergò propositum fallendi absit, quis denegaverit utrique contrahentium aliquod lucrum. vid. Bronch. *C. 2. enant. 12.* Frantzk. *Ex. XI. qu. 3.*

Tit. II. de in diem addictione. Tit. III. de Lege commissoria.

Th. X.

o v. D. 23. th. 25.

Non rarò & pacta *o* contractui huic adjiciuntur, de quibus *vid. l. 72. & ibi Dd. de contrah. empt.* Ad ea imprimis pertinet *p* Addictio in diem, de qua *t. t. ff. de in diem addict.* & pactum Commissorium, *q* de quo etiam *tot. tit. ff. ad L. commissor.* Inter cætera verò eminet pactum Retrovenditionis, *r* quod præcisè est servandum *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* nec juri redimendi venditori quæsito, longissimô tempore *s* præscribitur. *d. l. 2.* Gail. *2. obs. 18. n. 4.* Berlich. *p. 2. c. 2. n. 82.*

p ibid. p. 830. in f. j. th. 30. seqq.

q dict. th. 25. p. 831. pr. j. th. 36. seqq.

r p. 830. in m. n. 3. j. th. 42.

s v. th. 43.

Th. X.

Pactum commissorium] quod uti in hoc nostro contractu est licitum, quia domino rem suam conservat: ita in Pignoribus est improbatum. *vid. Disp. XII. th. 6.*

Juri quæsito] Notanter hôc verbô Autor utitur; quasi venditori omne jus reluendi abdicatívè cessum, ac nihil reservatum fuerit emptori, in quo cum venditore concurrat, aut quasi possessionem simultaneam obtineat. Ubicunque E. nulla à parte Emptoris possessio, ibi quoque nulla contra venditorem potest esse præscriptio: hæc enim ex ista oritur: Et, ubi venditor jure suô utitur, nullius potest accusari negligentiæ, nec consequ. pœnâ præscriptionis mulctari. *Quando itaq;*

Affertur: Omni juri præscribi. *Resp.* (1.) Lim. Omni juri nobis solis

solis plenariè non competenti, sed ab altero simul quasi possesso. (1.) Neg. Min. hæc reluitio facta est res meræ facultatis. vid. Ungeb. *Ex. VII. qu. 4. in Nego. p. m. 348.* Idem de Pignore luendo Autor *D. XII. th. 28. inf.* Dissent. Bronch. *C. 2. enant. 62.*

Tit. IV. de Hereditate vel actione vendita.

Th. XI. D. Struv.

Venditâ hereditate, omnia & *t* commoda, (non tamen jus accrescendi *u* *arg. l. 33. in fin. ff. de usufr.* Cujac. 12. *obs.* 13. Gomez. 1. *resol.* 10. *num.* 14. Lycklam. *6. membran. eclog. 9.*) & onera unâ cum hereditate in emptorem transeunt *l. 2. §. 2. 9. 16. 18. ff. de hered. vel act. vend.* Creditores tamen hereditarii non emptorem, *x* sed venditorem convenire debent *l. 2. C. eod.* Quòd si verò venditor non solvendo factus est, *y* adversùs emptorem actiones suas movere non prohibentur. *l. 94. §. 1. ff. de legat.* 1. *l. 2. §. 18. ff. de hered. vel act. vend.*

t D. 23 th. 70. *u ib. th. 71. lin. 6.* *x th. 75.* *y th. 76. in m.*

Th. XI.

Non jus accrescendi] de quo *vid. sup. D. VI. th. 6.* Omnis redunitio præsupponit separationem: Entia autem separata nil magis appetunt quàm cum similibus & cognatis suis partibus in toto copulationem: quæ conjunctio, licèt fiat in materia tanquam objecto, fit tamen mediante formâ. Hinc non tam partibus materialiter consideratis accrescunt evacuatæ, quàm illis in quibus aliquid de pristina forma & natura residet; & personæ, penes quam jus pristinum remansit. At verò, penes ipsum heredem jus hereditarium, tanquàm personale, semper indissolubiliter remanet, *§. 3. J. de Fideic. her.* E. illi quoq; accrescunt evacuata, & non emptori; quippe apud quem inveniunt quidem partes aliquot materialiter consideratas, sub alia tamen forma & consideratione, nihil de pristino toto sapientes. vid. Vinn. *L. 1. sel. qu. 55.* Bronch. *C. 2. enant. 59.* Ungeb. *Ex. XII. qu. 4.* Fachin. *Lib. X. cap. 69.* Gerhard. *tr. de Testam. D. VII. th. 46.*

Non emptorem] & ita d. 21. Febr. 1622. in Curia Frisiæ suprema judicatum scribit Joh. à Sande *L. 3. T. 4. d. 3.*

Quod si verò] conf. sup. *D. V. th. 19. in f.*

Th. XII.

D. Struv. *z D. 23. th. 78. α ib. in f. j. D. 47. th. 65. pr. β ibid. th. 66. n. 1. γ Disp. 23. th. 73. j. D. 27. th. 22.*

Vendi possunt actiones tam z reales quàm personales *l. fin. C. d. t.* & tam ignorante ac invitô, α quàm sciente & volente debitore *l. 3. C. eod. l. 1. C. de novat.* modò non transferantur β in potentiores *t. t. C. ne lic. potent. patroc. litig. præst.* Et nisi per conventionem sibi cavit, periculum nominis cessi aut venditi γ ad emptorem spectat. *l. 4. ff. de hered. vel act. vend.*

Th. XII.

Tam ignorante] Namcessio nominis sine ullo consensu aut permissione debitoris à creditore fieri potest, *vid. infr. D. 23. th. 21.* At verò, cur *sup. D. 4. th. 27.* Edictum restitutorium contra alienantem introductum? Et in *d. D. 23. th. 20.* dicitur, quòd absque consensu suo delegandus non teneatur pati, alteri se invitum delegari? Scil. quia ad creditorem, actiones suas personales in alium transferentem, Edictum non est porrigendum. *d. D. 4. th. 25. in f.* & ipse Autor *d. D. 23. th. 20. & 21.* dist. inter Cessionem & Delegationem.

Et nisi] conf. *th. 15. in f. b.*

Tit. V. de Rescindenda venditione, & quando liceat ab emptione discedere.

Th. XIII.

δ conf. D. 23. th. 27. j. th. 54.

Quàmvis à contractu emptionis semel perfecto δ sine voluntate utriusque contrahentium *l. 3. ff. de rescind. vend.* abire non liceat *l. 58. ff. de solut. l. 3. 4. 6. 7. C. de rescind. vendit.* si tamen alteruter contrahen-

Th. XIII.

Sive emptor] de quo dubitat quidem Cujac. *L. 16. obs. 18. & 23. Obs. 32.* Verùm communis opinio est in contrarium; uti videre est apud Fachin. *L. 2. c. 16.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 70. p. m. 165.* & ita d. 19. Maj. 1617. apud suos judicatum fuisse, *L. 3. T. 4. d. 13.* scribit Sandejus.

Bene-

Beneficiô l. 2.] sed quâ actione? vid. Bronch. *1. Misc. qu. 70.* & Sande *d. d. 13.*

Ad alios contractûs] an ad Transactionem quoque? vid. *sup. Disp. 2. th. 31.* & Vinn. *L. 1. sel. qu. 57.* Bronch. *C. 2. enant. 58.* Non tamen in vendita hereditate. vid. Vinn. *L. 1. sel. qu. 55. pr.* & ita d. 27. Oct. 1615. Leowardiæ in Frisia decisum refert Sande *L. 3. T. 4. d. 15.*

hentium, sive emptor ε sive venditor, ultra dimidium ζ justæ æstimationis sit læsus, eidem ad rescindendam venditionem, vel η inæqualitatem supplendo aut demendo corrigendam, beneficiô *l. 2. C. d. t.* succurritur. Quod & ad alios contractûs, in quibus ab altera parte aliquid datur, ab altera accipitur, ut Locationem θ conductionem, permutationem ι &c. rectè porrigitur. *vid.* Donell. & Giphan. *in d. l. 2.* Pinel. *ibid. p. 1. c. 3. & 4.*

D. Struv. ε *th. 86. p. 560. pr.*
ζ *ib. p. 559. in f. & th. 87.*
η *thes. 88. pr.*
θ *th. 93. n. 1.*
ι *ib. n. 2.*

Tit. VI. de Periculo & commodo rei venditæ.

Th. XIV.

Periculum ad emptorem] Nescio an non Grotius, quarum *L. 2. de J. B. & P. c. 12. n. 15.* jus civ. arguit argutiarum, ipse reus fiat. Quantumvis enim ad traditionem usque venditor maneat Dominus; Dominii tamen hujus non alii fermè sunt fructûs, quàm facultas ejus transferendi: quæ functio, cùm singulis momentis per emptorem ab eo possit postulari, impedit eum, ne securè rem illam ulterius possit usurpare.

Th. XIV.

Venditione perfectâ, κ rei emptæ venditæ commodum & periculum λ protinus ad emptorem pertinet. §. 3. *Inst. de empt. l. 8. ff. de peric. & com. rei vend. l. 1. & ibi* Donell. *C. eod. l. 12. C. de act. empt.* etiamsi res nondum μ tradita sit *d. §. 3. Inst. d. t. d. l. 8. ff. de peric. & com. rei vend.* venditor verò, utpote qui de levi

κ *9. D. 23 th. 97.*
λ *ib. th 98.*
μ *th. 98.*

D. STRUV. levi ψ saltem culpa tenetur ψ *th. 111. lin. 4.* *l. 3. ff. d. t.* interitu speciei, uti alius debitor, liberatur *l. 23. ff. de V. O.* Gomez. *tom. 1. resol. c. 2. num. 32.* Mynf. *8. obs. 36.*

pare. Quin, quòd diutius retineat, non suâ contingit voluntate, potuisset enim non-vendere; sed cunctatione emptoris, cui, quod jure ex contractu sibi agnatô maturius non utatur, imputandum. add. Bronch. *C. 2. enant. 55.* Pac. *C. 5. enant. 8.*

De levi saltem] conf. Ungeb. *Ex. XII. qu. 8.*

Th. XV.

Sed hæc regula limitatur in venditione ξ conditionali *d. l. 8. ff. de peric. rei vend. l. pen. C. eod.* licèt conditio saltem tacitè insit, ut si res ad mensuram, ο numerum, pondus *l. 35. §. 5. de contrah. empt.* vel vinum aliudve liquidum ad π degustationem *l. 4. pr. & §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* venditum sit. Non procedit etiam in venditione ς generis *l. 14. pr. ff. eod.* nec in σ alternativa *l. 34. §. 6. ff. de contrah. empt.* nec obtinet, si venditor pretium acceperit pro re τ publicata *l. 33. ff. locati.* aut speciali pactô υ omne periculum in se suscepit. *§. 3. vers. sanè enim. Inst. de empt.* Scho-

ξ *th. 100. lin. 4.* ο *th. 101.* π *th. 102.* ς *th. 99. lin. 3.* σ *ib. lin. 4.* τ *thes. 98. inf. & th. 107. inf.* υ *th. 99. n. 2.*

Th. XV.

Ad mensuram] Quantum intersit, an venditio fiat ad mensuram, vel ad corpus? vid. apud Carpz. *p. 3. C. 33. d. 9.*

Ad degustationem] conf. Bronch. *C. 2. enant. 56.*

Pro re publicata] Variæ sunt allegatæ *l. 33. ff. Locat.* interpretationes. Nobis distinguendum videtur: ut contingente ob factum venditoris publicatione, emptoris in tantum non sit periculum, ut & pretium quod fortè solvit, & quod suâ interest, petere possit. Sin citra culpam venditoris, ob publicam fortè utilitatem (v. g. fundus civitati proximus fortificationis causâ includitur vel obtegitur vallô) contingat, re ipsâ quidem emptor carere tenetur, at pretium nondum solutum, venditor ab eo non exigit, quippe quod ex publico accipit: solutum autem emptori restituit.

Schotan. *in exam. juridic. sub tit. de peric. & comm. rei vend.* D. Struv.

Lib. XIX. Tit. I. de Actionibus empti venditi.

Th. XVI.

Ex hoc contractu duplex oritur actio, φ Empti & Venditi: utraque directa, χ civilis *l. 33. pr. de ædil. edict.* bonæ fidei, *l. 11. §. 1. de act. empt. §. 28. Inst. de act.* Et illa quidem datur emptori ejusve heredi, modò pretium solutum, ψ vel debitô modô oblatum, aut fides de pretio expresse habita sit *l. 13. §. 8. ff. de act. empt. §. 41. Inst. de R. D. l. 19. l. 53. ff. de contrah. empt.* adversùs venditorem, ad rem cum fructibus ω & omni suâ caussâ tradendam. *l. 13. C. de act. empt.* Præcisè autem venditor rem, ad id in obligationem deductam, si possit, tradere *a* tenetur, nec præstando interesse, invitô emptore, liberatur *l. 11. §. 2. l. 25. l. 46. l. 50 ff. d. t.* Paul. 1. *sent. & ibi* Cujac. *tit. 13.* Gloss. Bart. Paul. de Castr. & Dd. *communiter ad l. 1. ff. d. t.* Covarr. *lib. 2. resol. c. 19.* Vaud. *1. var. q. 9.* Wesemb. *in parat. ff. de act. empt. n. 4.*

φ D. 23. th. 114.
χ th. 106. lin. 5.
ψ th. 109. pr.
ω th. 107. pr.
a ib. lin. 4.

Th. XVI.

Modò pretium] Idem exigitur *infr.* D. XX. *th. 15. in f.*

Præcisè rem tradere] In obligationibus quidem ad faciendum, admittitur præstatio ejus quod interest, quia facta invitis non possunt extorqueri. *vid. infr. D. 22. th. 25.* Res verò, quæ in obligatione versatur, absenti, ignoranti, & invito auferri manu militari potest, ut necesse non sit, ad interesse recurrere. vid. *disp. nostr. de manu militari.* add. Ungeb. *Ex. 12. qu. 5.* Frantzk. *Exerc. XI. qu. 1.* Bronch. *C. 2. enant. 57.* Riemer. *decad. X. qu. 9.*

Th. XVII.

Th. XVII.

D. STRUV.

Traditio rei, à venditore præstanda, talis *b* esse debet, ut emptori rem sine controversia aut interpellatione habere, eâque liberè uti liceat *l.* 11. §. 2. *& 8. ff. d. t. l. 66. ff. de contrah. empt.* Vacuam igitur *c* possessionem *l.* 2. §. *1. ff. de act. empt. l. 3. pr.* §. 1. *& 2. l.* 11. *& 13. ff. eod.* & licèt non statim ipsum dominium, conditionem tamen usucapiendi *d* emptori præstare tenetur *l. 25.* §. 1. *ff. de contrah. empt. l.* 30. §. 1. *de act. empt.* Unde & traditio ista non nudum factum, sed caussam bonorum continere dicitur *l. 52.* §. *1. ff. de V. O.* &, si venditor dominus rei fortè non fuit, de evictione *e* emptori obligatur *l. 8. ff. de evict. d. l. 11.* §. *2. ff. de act. empt.*

b th. 108. pr.

c th. 110. in m.

d v. thes. 108. p. 875. in f.

e ib. p. 876. pr. j. D. 27. thes. 14. seqq.

Th. XVII.

Liberè uti] præstet E. venditor fundum ab omni servitute liberum. vid. Bronch. *C. 2. enant.* 64.

Vacuam possessionem] add. *infr. D. XX. thes.* 15. Videtur quidem adeò necessarium id non esse, Cùm & uxor rem dotalem tradere possit ab alio possessam. *l. 16. ff. de Fund. dot.* Sed enim, non tam Tradidit, quàm Dixit: transscripsit *καταγράψει*. vid. Riemer *Dec. X. qu. 10.* Franzk. *Ex. XI. qu. 2.*

De evictione] de qua vid. *infr. Disp. XII. th. 31.*

Th. XIIX.

Actio venditi datur vicissim venditori adversus emptorem ejusque heredes *l. 2. C. de pact.* ad pretium *f* rei venditæ sibi dandum *l. 13.* §. *20. ff. de act. empt. l. 11.* §. *2. eod.* & usuras *g* pretii tardiùs soluti *d. l. 13.* §. *20. ff. & l. 13. C. eod.* &

f v. D. 23. th. 160. j. D. 47. th. 73. in f.

g d. th. 160. p. 874.

Th. XIIX.

Pretium dandum] Benè. debet enim solutio debiti sic fieri, ut dominium ejus transferatur in accipientem, vid. *infr. D. 23. th. 28.* DARE autem est, dominium transferre. §. 15. *J. de Act.*

Et usuras] quàmvis non promissas: ita enim mora in contractu b. f. admissa vindicatur.

& omnia, quæ ab emptore D.Struv. ci præstari oportet, consequenda *d.l.* 13. *& 19. ff. eod.*

tur. vid. *infr. D. XIII. th. 6.* Et quidem, si res statim tradita fuerit, à tempore contractûs; cæteroquin à tempore traditionis demum præstandæ sunt. Ab illo enim tempore incepit emptor utrumque, & rem & pretium habere; venditor neutrum: quod iniquum.

Tit. II. Locati conducti.

Th. XIX.

Proxima emptioni & venditioni est, iisdemque juris regulis consistere dicitur Locatio Conductio, *pr. Inst. & l. 1. ac 2. ff. locat.* quæ *h* contractus itidem *h D. 24.* consensu initus §. *un. Inst.* *tb. 2.* *de oblig. ex consens.* quô usus *i* vel fructus rei *i tb.4.n.1.* *l. 15.* §. 1. *l. 24.* §. 1. *& 4.* *l. 25.* §. 1. *ff. locat.* aut opera *k* personæ *l. 13.* §. 1. *l. 22.* *k ib. n. 2.* §. 2. *l. 51.* §. *1. ff. eod.* quæ quidem locari solita *l. 1. pr. ff. si mensor fals. mod. dix.* *l. 5.* § *2. ff. de præscript. verb.* Bachov. *ad vol.* 1. Treutl. *d. 29. th. 2. lit. G.* pro certa *l* mercede *l. 2. pr. ff. locat.* *l tb.6.n.2.* *pr. &* § *1. Inst. eod.* conceditur. *tb.7.n.3.*

Th. XIX.

Operæ personæ] Actûs scilicet alii sunt illiberales, ad rem familiarem pertinentes & in commercio existentes: & horum vera locatio est, & quod datur, merces vocatur; ut artificum, famulorum: alii ingenui & liberales, v. g. causas agere; & horum nec locatio propriè est, nec quod datur, merces, sed salarium vel honorarium dicitur.

Certa mercede] Affines itaque contractûs sunt Mandatum, Locatio, & Do ut facias, nisi quòd primus nullam, ultimus incertam contineat mercedem. An verò hæc in pecunia numerata præcisè consistere debeat? *vid. tb. 23. b.*

Conceditur] non Datur: Hic contractus enim non est dominii translativus. conf. dicenda, ad *tb. 24. b.*

Th. XX.

D.Struv. Substantialia hujus contractûs sunt Res vel *m* opera; Merces; *n* & circa utrumque Consensus *o l. 1. l. 2. & passim ff. locat.* Hic ad incundam locationem expressus esse debet, ad initæ verò renovationẽ tacitus *p* sufficit *l. 13. in fin. cum l. seq. ff. l. 16. C. Locati.* Quæ tamen renovatio seu reconductio tacitè facta in prædiis rusticis *q* ad integrum annum; in Urbanis quoad habitaverit conductor, facta fuisse censetur *d. l. 13. inf. ff. locati.*

m d. th. 4. n. 1. & 2.
n thes. 5. seqq.
o th. 7. n. 1.
p ib. vers. Istiusmodi.
q ib. p. 834 lin. 3.

Th. XX.

Ad incundam] Quia utilitas rei non potest ipsi unicô actu eximi, sed tractus temporis requiritur, ideò Contractus noster spacium & durationem requirit, soletque adeò ut plurimùm illud definiri, diurnum, menstruum an annale esse debeat, pro re nata. Evenit autem frequenter, ut eo elapsô nec recedant à contractu, nec certi quidquam determinent, Hinc Qu. (1.) utrum Domino rem suam pro lubitu liceat avocare, an verò ut noviter locatam conductori relinquere teneatur? posterius videtur utrique commodum: conductor enim utilitate rei indiguit, & dum finitô tempore non dimisit, ulterius approbavit. Domini contrà interest, rem suam coli sibique mercedem solvi. (2.) Qu. quanta sit præstanda merces? & R. pro rata temporis. Conductor E. finitâ locatione in prædio manens, videtur eâdem pensione, sed non in totidem annos reconduxisse. B. Carpz. *p. 2. C. 37. d. 9.*

In Rusticis] ratio differentiæ est, quod fructûs rei integrô annô fiunt expectandi: qui ergò fructûs hos locavit, tantô tempore rem alteri subministrabit. Urbanis contrà prædiis dividua & momentanea inest utilitas, ut, quandocunque conductor expellatur, aliquam tamen perceperit utilitatem. conf. *sup. D. 6. th. 11. in f.*

Th. XXI.

Locatio duplex est, Rei *r* vel Operæ. In illa qui

r d. th. 4.

Th. XXI.

Locatio duplex] Autor inquirit *in h. n. th.* in subjectum s. personas hunc contractum incun-

qui rem pro mercede u-tendam dat, Locator; *s* qui accipit, Conductor perpetuò dicitur. In hac inter operam & opus est distinguendum. Qui operam saltem præstat, locator; qui verò opus aliquod conficiendum suscipit, diversô respectu & locator & conductor dicitur *l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. l. 22. §. 1. & 2. l. 38. locati.* Sutholt. *disp. 15. Aphor. 36. & seqq.* Frantzk. *exerc. 11. q. 4.*

s D.Struv. *th. 3.*

ineuntes, qui sunt Locator & Conductor. Ut verò dignoscantur, & applicatio fieri possit, notandum, universale non esse, ut dominus rei dicatur locator; cùm istud procedat ubi fructûs ex rebꝰ nostris percipiendi sunt: ubi autem opera rebus nostris adhibenda, videndum, in dominus maneat director, operariosve conducat ipse; & conductor dicetur, sc. operarum: An operarii totum opus per aversionem conduxerint, & locator erit, sc. operis sui.

Th. XXII.

Locari & Conduci possunt res quæcunque, *t* mobiles sive immobiles, propriæ sive alienæ *l. 7. l. 9. §. fin. ff. locati* corporales vel incorporales, modò non sit servitus prædialis, quæ *u* locari nequit absque prædio *l. 44. ff. locati* vel usus §. 1. *Inst. de usu & habit.* Ususfructus *x* tamen h. e. facultas utendi fruendi *d. §. 1. Inst. de usu & habit. l. 12. §. 2. ff. de usufruct.* & habitatio *y l. 13. Cod. de usufruct.* rectè locantur. Potest etiam conductor rem conductam alteri porrò *z* locare. *l. 6. C. de locat.* Maul. *Tr. de Locat. tit. 4. num. 6.*

t Disp. 24. th. 4.
u v. D. 13. th. 40.
x v. D. 12. th. 17.
y thes. 61. in f.
z D. 24. th. 18.

Th. XXII.

Servitus prædialis] Hinc, quando Nobilis, jus pascendi in pratis quorundam civium prætendens, istud bubulcis Polonicis absq; prædiis servientibus locaverat, Facultas Juridicæ Lips. M. Oct. 1646. id ei non licuisse respondit, apud B. Carpzov. *p. 2. decis.* 106.

Th. XXIII.

D. Struv. Merces in hoc contractu, ad instar pretii in emptione venditione, α vera *l. 46. ff. locat.* ac certa, β vel per se, vel per relationē ad aliud *§. 1. Inst. de locat. l. 25. pr. ff. eod.* intervenire, eaque in pecunia numerata γ tantummodò consistere debet *l. 5. §. 2. ff. de præscript. verb. l. 23. ff. comm. divid. l. 1. § fin ff. mandat. l. 1. § 9 ff. depos. l. 25. §. 6 ff. l. 14. C. de locat.* Gloss. Bart. & Dd. comm. *in d. l. 5. § 2. ff. de præscr. verb, & in l. si olei 21. C. de locat.* Gomez *2. resol. 3. num.* 3. Fachin. 1. *controv.* 82.

α th. 6 n. 11
β ib. n. 2.
ς 10. 7. n. 3.
γ th. 5. lin. 6.

Th. XXIII.

Numerata tantummodò] Ratio est in *th. 19. pr. b.* Illud tamen locatio præ emptione peculiare habet, ut sicubi de utilitate ex rebus alienis percipienda agitur, merces ex terctibus sumi darique possit, ut est in *l. 21. C. h. tit.* Dist. Et inter locationem Rerum, sive Fruendi: & Operarum, sive Faciendi: posterior præcisè pecuniam requirit, quòd facta sint inæqualia, & sic inepta ad se invicem compensandum: vid. *l. 1. § 9. ff. Depos. l. 5. § 2. de præscr. verb.* Quantitates autem facilè inveniunt ex genere suo aliquas æstimationem & mensuram sui continentes. vid. Riemer. *Decad. XI qu. 1.* Ungeb. *Ex. XII. qu. 6* Bronch. *C. 2. enant. 66.*

Th. XXIV.

Fit autem locatio vel ad δ modicum vel ad longum tempus. Utroque casu, ob propriam hujus conventionis formam, dominium non mutatur *l. 39. ff. locat.* adeoque nec utile per longi temporis locationem transfertur *arg. l. 19. C. de locat. l. 2. C. de 30. vel 40. annor. præscript.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. p. 3. n. 63.* Donel. *9. com. 13.* Connan. *7. com.*

δ Disp. 24. th. 7. lin. 6.

Th. XXIV.

Nec utile per longi] Actus enim agentium non possunt operari contrà illorum intentionem; atqui non agitur hic de Dominio transferendo, sed utilitate suppeditanda, *vid. thes. 19. in f. b.* Dum verò nec possessio conductori concessa,

D. Struv.

sa, nec præscripsisse potuit. vid. Franzk. *Ex. XI. qu. 5.* Riemer. *Decad. XI. qu. 2.* & Bronch. *C. 2. enant. 67.* Hinc Biltani quoque temerè Reipublicæ sive Fisci Frisici Emphyteutas se putârunt, sed nudi coloni judicati sunt. Teste Joh. à Sande *L. 3. T. 6. d. 10.*

7. comment. 13. num. 3. Wesemb. *in par. ff. locati num. 8.* Bocer. *cl. 2. d. 4. th. 13.*

Lib. VI. Tit. III. Si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.

Th. XXV.

Potest autem &c.] præscriptione acquiri. v. Bronch. *C. 1. enant. 81.* Carpz. *p. 2. C. 38. d. 15.*

Jurisgentium] sc. ratione receptionis & usurpationis: Originem tamen civitati & moribus Romanorum debere, totus opinor. Frustra autem dissentit Bronch. *C. 1. enant. 79.* quia Zeno non introduxerit. Quasi cum ipso demum illa Resp. ceperit, & quod Zeno non invenit, juri civ. vindicari nequeat. Aliter B. Ungeb. *Ex. XII. qu. 7.* dist. inter Naturam & Substantiam nostri contractûs: illam Juri civ. Hanc juri gent. adscribens; quia solo consensu ineatur. Quasi Romani ad exemplum & imitationem consensualium novum invenire non potuerint.

Nec scriptura] ut quæ regulariter ad probanda solùm nego-

Th. XXV.

Locationi huic ad longum tempus, imò & ipsi emptioni, affinis, est Emphyteusis, ε separatam tamen ab utraque habens naturam, prout describitur §. 3. *Inst. de locat. l. 1. C. de jur. emphyt.* Hæc si per conventionem constituitur (potest autem & testamentô relinqui *arg.* §. *ult. Inst. de servit. præd.* §. 1. *Inst. de usufr.* Donel. *9. comm. 13.*) contractus est juris ζ gentium *arg. l. 5. ff. de J. & J. l. 7. pr. de pact. d.* §. 3. *Inst. de locat.* bonæ fidei *l. 1. C. de jur. emphyt. junct. l. 7. §. 5. ff. de pact.* nec scriptura η ad ejus substantiam requiritur Gl. *in d. l. 1. C. de jur. emphyt.*

ε v. D. 34. th. 18. j. D. 11. th. 62.

ζ vid. tamen XI. 62.

η v. D. 24. th. 31. inf. & XI. 66. in m.

negotia adhibetur. v. Bronch. *C. 1. misc. qu. 87.* qui tamen secus videtur sentire *C. 1. enant. 78.* conf. Auth. *D. 1. th. 20. & XIII. 24. pr.* B. Carpz. *p. 2. C. 39. d. 7.*

Th. XXVI.

D. Struv.

Contractui Emphyteutico tria hæc pacta tacitè semper insunt: (1.) quòd omnia particularia damna ʒ pertineant ad emphyteutam, totius autem rei interitus & damnum sit domini *l. 1. C. de jur. emphyt.* (2.) quòd emphyteuta non solvens Canonem ɩ per triennium (in Ecclesiastica emphyteusi per biennium *Nov. 7. c. 3. §. 2. Nov. 120. c. 8.*) amittat omne jus, quod habet in emphyteusi *l. 2. C. eod.* non tamen propriâ autoritate à Domino expelli potest *arg. l. 176. de R. J. l. 13. ff. de Usufr. l. 3. C. de pignor.* (3.) Quòd Emphyteuta dominò irrequisitô rem emphyteuticam alienans ɥ h. e. vendens (aliud dicendum si donet, aut permutet) itidem jure suô cadat *l. fin. C. de jur. emphyt.* Sichard. *ad l. 2. C. eod. n. 2.* Clar. *in §. Emphyteusis q. 15. 17. 18. 19.* Gail. *2. obs. 25. n. 6.* Jason. *in l. 3. C. de jur. emphyt.* Sed plura de Emphyteusi dicere angustia pagellarum, intra quam nos coarctavimus, vetat, & ad Locationem recurrere jubet.

ʒ v. D. 24. th. 34. & XI. 68. inf.

ɩ v. XI. 73.

ɥ ibid. in f. j. th. 69.

Vh. XXVI.

Totius rei interitus] vid. Bronch. *C. 1. enant. 84.*

Per biennium] vid. *c. f. x. de Locat.* Utrùm verò canonis oblatione mora purgetur? Bronch. *C. 1. misc. qu. 46.* An Dominus pensionem recipiens, aut pœnam exigens, adhuc tamen expellere emphyteutā possit? Idem *C. 1. enant. 83.* & Vinn. *L. 2. sel. qu. 3.*

Non tamen propriâ] Ordinarius E. requiritur processus: ita M. Aug. 1629. responsum scribit Carpz. *p. 2. C. 38. d. 1.* licèt ipse Dominus Jurisdictionem habeat. Id. *ib. d. 2.* conf. Bronch. *C. 1. enant. 81. & C. 1. misc. qu. 42.* Autor *D. XII. th. 7. & XIX. 21.*

Aliud dicendum] vid. Bronch. *C. 1. enant. 80.* & Vinn. *L. 2. sel. qu. 2.* In foro tamen Sax. ob fun.

fundi alienationem irrequisitô dominô factam privatio cessat. Carpz. *p. 2. C. 38. d. 13. th. 11. inf.* aut dividat? Quid si oppignoret? vid. Aut. *Disp. XII.* Bronch. *C. 1. enant. 85.*

Th. XXVII.

Ejusve heredem] vid. Bronch. *C. 1. misc. qu. 72.*

Ex caussis quas vide] v. g. si casus necessitatis ex post facto supervenerit: Nisi & huic locator renunciaverit. vid. Carpz. *p. 2. C. 37. d. 6. 7.* Autor h. l. duos conjungit textus tanquam conspirantes, quos alii Dd. tamen ut pugnantes committunt. vid. *not. ad th. 5. h. ad l. 14. & ib.* Gothofr. & Bronch. *d. l. qu. 73.* Utrum verò in prædiis rusticis idem obtineat? sunt qui negant. Securius tamen & coloni agunt, si renunciationem dictæ *l. 3. C. h. t.* urgeant. vid. Mœv. *ad Jus Lub. L. 3 T. 8. a. 2. n. 10. seqq.* Hahn. *Wes. h. n. 15. p. m. 657.*

Culpa levi] regulariter; Certis verò casibus, & de levissima tenetur. vid. B. Hahn. *d. l.*

Th. XXVIII.

Ex contractu Locationis conductionis duæ oriuntur actiones λ æquè directæ, civiles & bonæ fidei *l. 54. pr. ff. locat.* §. 28. *Inst. de act.* §. *ult. Instit. de obligat. ex consens.* Altera est Locati, competens locatori contra conductorem ejusve heredem μ (utpote qui eodem jure in contractu hoc succedit §. *fin. Inst. de locat. l. 19.* §. *8. ff. & l. 10. C. eod.*) ut mercedem promissam ν justô tempore *l. 54. pr. ff. d. t. l. 41. ff. de V. O. l. 34. ff. de R. J.* Schneidevv. *ad* §. *28. Inst. de act. in act. locat. num.* 14. *& seqq.* Mozz. *c. de substantial. locat. n. 21. & seqq.* cum usuris, si in mora fuit, *l. 58. ff. locat. l. 17. C. eod.* solvat; rem locatam finitô ξ usu (nisi ante expletum tempus restitutio fieri debeat, ex caussis, ο quas vide in *l. 54.* §. 1. *ff. l. 3. & ibi* Sichard. *C. eod. c. pen.* §. 1. *extr. eod.*) restituat, *l. 48.* §. 1. *ff. d. t. l. 25. C. eod.* & damnum, π quod culpâ ipsius levi contigit *l. 13.* §. *1. l. 9.* §. *1. d. t. l. 28. C. eod. arg. l. 5.* §. 2. *ff. commod.* resarciat. Bocer.

D. Struv. λ *v. D. 24. th. 26.*
μ *v. th. 27. pr. j. th. 13. pr.*
ν *th. 21. j. th. 26. in m.*
ξ *th. 14. lin. 3.*
ο *v. th. 12. ibid.*
π *d. th. 14. lin. 4.*

D. Struv. cl. 2. D. 4. th. 41. Rittershus. in l. 23. ff. de R. J. c. 9. Treutl. vol. 1. D. 29. th. 6. lit. d. & ibi Bachov.

a. l. n. 14. p. 656. Ungeb. Ex. XII qu. 8. conf. sup. Aut. Disp. X. th. 20.

Th. XXIIX.

Ad tributa & publicas functiones conductor ρ non tenetur arg. l. 1. & 2. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. 39. ff. de usufr. Bocer. tr. de Collect. c. 10. n. 35. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. n. 72. nisi aliud convenerit. arg. l. 23. ff. de R. J. Quòd si fortè periculum & casûs fortuitos in se suscepit, σ in solitos, de quibus tempore contractûs cogitatum non fuit, nec cogitari potuit, præstare non cogitur τ Bart. in l. 4. §. 4. n. 3. & ibi Jason. n. 33. ff. si quis caution. jud. sist. Afflict. decis. 150. Gail. 2. obs. 28. n. 18.

ρ D. 24. th. 19.

σ th. 17. n. 5.

τ ib. Qu. ubi dissent.

Th. XXIIX.

Ad tributa] Ea quæ personæ ob respectum intrinsecum, v. g. artificium vel negociationem imponuntur, Wenn man seinen Handel oder Handwerck versteuren muß / it. capitationes, Kopfgeld / quilibet ferre tenetur; Quæ verò ob prædia eorumque utilitatem imponuntur, dominus sufferre tenetur, potestque conductor, si expenderit, locatori in mercedem s. pensionem imputare; uti præjudiciis hoc confirmat B. Hahn. Wes. b. n. 16. p. m. 661. in f. ubi p. 663. in m. de sumptibus metatoriis agit. add. Autor sup. D. VI. th. 9. j. Disp. XVII. th. 7. inf.

Insolitos præstare] Poterat præter loca à cœteroquin dissentiente Vinnio L. 2. sel. qu. 1. allata & soluta, pro Autore produci l. 43. in f. ff. de Act. empt. Sed, cùm præter Theoreticos Fachin. L. 1. controv. 56 Bronch. C. 1. misc. qu. 15. Scabini quoque Lipsi. in contrarium responderint, apud Carpz. p. 2. C. 37. d. 17. subsistimus.

Th. XXIX.

Th. XXIX.

Ejusq; heredes] vid. Bronch, C. 1. *misc. qu.* 72. Neque Jure Sax. alind dispositum est in Landr. *L.* 3. *art.* 77. vid. B, Hahn. *Wes. b. n.* 14. *p. m.* 656.

Successorem singularem] v. g. emptorem, ut qui facta locatoris præstare non tenetur, sed conductor regressum adversus locatorem habebit; uti decisum refert B. Carpz. *p.* 2. *C.* 37. *def.* 4. & 5. add. Bronch. *C.* 2. *enant.* 68.

Th. XXIX. D. Struv.

Actio conducti est, *u* quæ datur conductori adversus locatorem ejusque *φ* heredes *l.* 19. §. *pen. ff. l.* 10. *C. de loc.* (non etiam successorem singularem, utpote *χ* qui locationi stare non tenetur *l.* 25. §. 1. *l.* 32. *ff. d. t. l.* 9. *C. eod.*) ut præstet facultatem re conductâ liberè utendi *ψ* fruendi. *l.* 9. *in pr. l.* 15. *pr.* & §. 1. *l.* 24. §. 4. *l.* 33. *pr. l.* 60. *pr. d. t.* damna item, *ω* quæ conductor passus est *l.* 19. §. 1. *d. t.* resarciat, & impensas *a* in rem conductam necessariò utiliterve factas refundat, *l.* 55. § 1. *l.* 61. *pr. ff. eod.*

u v. D. 24. th. 26. circa f.
φ v. th. 10. pr. j. th. 27. pr.
χ d. th. 27. post pr.
ψ d. thes. 10. pr.
ω ibid. in m. j. th. 26. inf.
a th. 11. ib.

Th. XXX.

Ob magnam] Secus ergò si modica sit, de qua vid. Geil. 2. *Obs.* 29. *num.* 8. Sed quanta requiritur, ut pro magna reputetur? Carpz. *p.* 2. *C.* 37. *d.* 11. putat, Læsionem ultra dimidium demum proficere ad impetrandam remissionem; Secus existimat Dn. Struv. *allegatâ in margine th.* 16.

Sterilitas repensata] ita responsũ ait Carpz. *dict. C.* 37. *d.* 12.

Augeri nequit] cur verò remissio indulgetur conductori; quare non ad paria judicantur contrahentes? sc. qui prædia locant, jamtum vires eo-

Th. XXX.

Ob magnam fructuum sterilitatem remissio *b* pensionis à locatore fieri debet *l.* 15. §. 2. & 3. *l.* 25. §. 6. *ff. l.* 8. *C. d. t. C. propter sterilitatem.* 3. *extr. eod.* nisi *c* aliud expresè convenerit, *l.* 9. §. 2. & *ibi gl. ac Dd. ff. d. t.* Mozz. *de accidental. locat. n.* 50. aut in locatione ad plures annos ubertate aliorum annorum sterilitas *d* ista repensata sit *l.* 15. §. 4 *ff. l.* 8. *C. eod.* Ob ubertatem verò alicujus anni pen-

b Diss. 24. th. 16.
c v. th. 17. n. 5.
d ib. n. 3.

D. Struv. pensio à locatore augeri nequit *d. l. 25. §. 6. & ibi* Salicet. *num.* 1. *&* Castr. *n. 6. d. t. arg. l. 46. ff. de O. & A.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. vendit. p. 1. c. 3.* Treutl. *d. D. 29. th. 7. lit. E. & ibi* Bachov. & Hunn.

eorum habent compertas, quantæ maximæ sint, & adæquatam iis posuerunt mercedem, adeoque si eventus non respondeat, læditur conductor: Si solitò uberior sit annus, locatori nihil decedit.

Tit. IV. de Rerum permutatione.

Th. XXXI.

Subjiciendum nunc paucis aliquid est de Permutatione, & aliis contractibus innominatis, *e* unde præscriptis verbis oritur actio. *f* Permutatio, licèt nomen *g* aliquod habeat, est tamen illud generale saltem, ideoque & Innominatis contractibus rectè *h* accensetur *l. 1. §. 2. ff. de rer. permut.* & à contractu innominato, Do ut des, nihil *i* distat *l. 5. §. 1. ff. de præscript. verb. l. 5. & 7. C. de permut.* Coras. 2. *miscel.* 15. Gœdd. *de contr. stipul. cap. 1. num.* 57.

e v. D. 25. th. 1.

f ib. th. 2.

g ib. th. 16. lin. 5.

h v. th. 18.

i d. th. 16. pr.

Th. XXXI.

Licèt nomen habeat] Contractûs nominatos non nomen qualecunque efficit; sed obligatio ante implementum alterutrius efficax. Postquàm ergò contractus Do ut des non antè stringit, quàm suâ sponte alter alterum præstando anteverterit, innominatus etiam post acceptum generale permutationis nomen remansit.

Nihil distat] sunt, qui existimant, commutationem specierum invicem, esse contractum permutationis: sin ex altera parte, vel utrinque, quantitates vel jura veniant, Do ut des, vocari. Sed absque fundamento & juris autoritate. Nec juvantur, quòd in *§. 28. J. de Act.* Permutatio, non Do ut des, annumeretur contractibus B. F. Cùm synonyma omnia exprimi nõ fuerit necesse. Disputatur ergò ex falsa hypothesi, quasi certum sit, separata esse, quæ eadem sunt.

Th. XXXII.

In contractu permutationis si ab una parte traditio

Th. XXXII.

Condicere ob causam], de hoc vid. Aut. *sup. VIII. 26.* Scil. qui

qui non abfolutè fed ob certum refpectum promittunt, expresfè quidem agunt de implendo, tacitè tamen fibi pœnitentiam refervant, ac de repetitione proteftantur, fi fperatis non potiantur. Excipiuntur Transactiones; ne lites fopitæ refufcitentur. Dn. Struv. *XXV. 14.* Nifi alteruter prior easdem violaverit, Id. *Ex. VI. th. 66.*

ditio eft facta, in arbitrio *k* ejus, qui tradidit, eft, vel condicere rem datam ob cauffam quæ non eft fecuta, *l. 1. 4. 5. 7. C. d. t.* vel actione præfcriptis verbis experiri ad implendum contractum *d. l. 4. l. ult. C. eod.* vel id quod intereft *l* præftandũ *l. 1. C. eod.* Si verò adjecta eft *m* ftipulatio, etiam ex ftipulatu agi poteft. *l. 3. 4. 7. C. eod.* Pac. *in Synops. Cod. de rer. permutat. n. 7.*

k D. Struv. k conf. th. 13. j. th. 22. in m.

l v. th. 21. lin. 4.

m conf. D. 47. th. 4. pr.

Th. XXXIII.

Inter fe difcrepant] Quam indiffolubilem & horribilem antinomiam ftatuunt. Putat Autor, in effectu periculũ ejus non effe, qui vel pœnitere & data condicere poteft. *l. f. ff. de condict. cauf. dat.* Naturaliter tamen & in rei veritate rem fperatam ejus effe periculô, quia illius interitu fcopô fuô de ea potiunda cadit. Aliter Pac. *Cent. V. enant. 23.* Subtilius Dn. Strauch. *Ex. XVI. aph. 6. pag. 260.*

Th. XXXIII.

Si datum aliquid eft, ut vicisfim detur, quæritur, cujus periculô fit res viciffim danda? *n* Qua de re inter fe difcrepant *l. ult. ff. de condict. cauf. dat. & l. 5. §. 1. ff. de præfcript. verb.* Nos communem fequentes fententiam, pofteriorem textum de actione præfcriptis verbis, quæ unà cum rei interitu extinguitur, ut amplius peti nequeat; priorẽ de condictione ob cauffam dati, quâ datum nihilominus repeti poteft, licèt dandum ab alio pereat, intelligendum exiftimamus.

n v. D. 18. th. 12. inf. & D. 25. th. 21. inf.

Th. XXXIV.

Nulla utilitas] Azonis, Accurfii hæc eft diftinctio, ut jure civili tum demum actio detur, ubi & mihi quid abeft, & alteri quid accrevit; ut fcil. lucrum iniquum ipfi extorqueatur. Quòd fi deterior

Th. XXXIV

Ex contractu, Facio ut des, *o* nonnunquàm actio faltem de dolo datur, ubi fcilicet aliquid fa-

o de quo D. 25. th. 28.

D.STRUV. factum, ex quo nulla ad eum, qui dare debet, utilitas pervenit, idque reperi non possit; & ita intellige *p v. th 31.* *l. 5. §. p 3. ff. de præ-* *j. th. 48.* *script. verb.* Jason. *ad* *in m. n. 1. d. §. 3. d. l.* Aliud verò dicendum, si ex facto aliquid ad alterum pervenit, quò refer *l. 15. ff. d. t.*

rior quidem sit mea conditio, v. g. meum manumiserim servum, tu decem promissa dare cesses, nec factum condicere possim, quia nequit fieri infectum; nec à te quidquam exigere, ut cùm ex hoc facto tibi nihil accesserit, supersit ergò sola doli actio. Displicet hoc Vinnio *Lib. 1. sel. qu. 46.* qui tamen in medio relinquendum existimat. Pacius *C. 3. enant. 93.* putat, in *d. l. 5.* contractum facio ut des: in *d. l. 15.* contractum Do ut facias esse celebratum: quod inspicienti non fuit visum: quia non dedit ille ut indicaretur: sed si indicatum & prehensum fuerit, daturum promisit. add. Bronch. *C. 2. enant. 69.*

Tit. V. de Præscriptis verbis & in factum actionibus.

Th. XXXV.

Actio Præscriptis verbis, *q v. D. 25.* *th. 2. n. 2.* in subsidium *q* aliarum actionum, quæ usitatum nomen habent, deficientiũ introducta, *l. 2. ff. de præscript. verb.* dicitur etiam in factum civilis, *r* *r v. th. 23.* *in m.* ad differentiam actionis in factum prætoriæ, de qua *vid. Dd. ad §. fin. de L. Aquil.* daturque ex omni contractu innõminato *l. 1. 2. 3. ff. de præscript. verb* Ex æstimato *s* & permutatione competens, bonæ est fidei; ex cæteris autem speciebus, stricti juris. *s de quo v. th. 4.* §. 28. *Inst. de act.* Bachov. *tr. de act. d. 6. th. 8.*

Th. XXXV.

In factum civilis] Actiones præscriptis verbis; in factum; Utiles, frequentia sunt nomina: res ipsæ, si non eædem, certè affines. Quando enim Prætor imploratus, Jus aliquod ad casũ, quem verbis expertim non continet, interpretatione extensivâ adplicat, in factum actionẽ reddidisse dicitur; & civilis quidẽ, si idem & JCti responsuri erant: prætoria verò, si illis subsistentibus, suâ autoritate supplebat, habetur: utræque utiles. *dict. §. f. J. ad L. Aquil.* Præscriptis verò verbis dicuntur, quòd supplicans ob incertitudinem contractûs & inde competentis actionis, verba conventionis proponat, & Prætor in formula Judici præscripta ad eadem provocet.

Ex æstimato]. Alia actio superest, etiam Æstimatoria dicta. *Infr. D. XII. th. 30.* diversa ab hac nostra, ut patebit.

DISPUTATIO DUODECIMA ad Lib. XX. & XXI. Pandectarum.

Respondente

JOH. ANTON à Blechen/ Osnabr. Westph.

Tit. I. de Pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

Th. I.

A*Ccedere solent*] Pignus est aliorum contractuū accidēs prædicabile, sed non prædicamentale; est propter illos, sed non ab illis: in illorum gratiam introductum, sed ab illis non sustinetur, quin illis mage tribuit robur, quàm ut sustentationis accipiendæ causâ adjiciatur.

Jus in rebus] Atqui, oritur inde actio personalis. ℞. Pignus formaliter & effectivè sumi. Personalis actio non oritur ex Jure pignoris, sed ex conventione & traditione.

Th. I.

IN securitatem Contractuum pignora & fidejussiones accedere solent. De hisce alibi α tractabitur: impræsentiarum de illis est agendum. Pignus, à pugno sic dictum *l. 238. §. 2. ff. de V. S.* definimus hîc, quòd sit jus β creditori in rebus pro securitate debiti constitutum. Bachov. *ad vol. 2. Trl. D. 1. th. 1. lit. A.* Frantzk. *in com. ad ff. de pignor.* sumitur aliàs pro contractu γ pignoris §. *ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. C. de pact. pign.* modò pro re ipsa pignorata ut §. 7. *Inst. de act. l. 29. pr. ff. de pignor.* modò pro ipsa obligatione seu nexu pignoris *l. 52. §. 2. ff. de pact. l. ult. C. si res alien. pign. l. 1. §. 4. ff. ne vis fiat ei. l. 33. ff. fam. erc.* quæ postrema significatio cum definitione congruit.

D. Struv.

α v. *Disp. 47. th. 35. seqq.*

β v. *D. 26. th. 3.*

γ v. *D. 19. th. 1. in m. & th. 45. seqq.*

Th. II.

D. Struv. Inter Pignus & Hypothecam, ratione juris in re constituti & actionis hypothecariæ, nulla δ prorsus est differentia §. 7. *Inst. de act. l.* 5. §. 1. *ff. de pignor.* In eo tamen differunt, ε quòd, ubi sine traditione, nudâ conventione jus hoc in re constitutum est, tùm frequentiùs hypothecæ; ubi autem res etiam est tradita, pignoris specialiter sic dicti nomine veniat, *l. 9.* §. 2. *ff. de pignor. act. l.* 35. §. *1. ff. eod.* quæ differentia in actione pignoratitia ζ est manifesta.

δ v. D. 26. th. 2. pr. — ε ib. in m. — ζ conf. D. 19. th. 48.

Th. II.

Differentia] Non sumitur ab objecto, sed modo conveniendi: rerum traditarum Pignus dicitur, utcunque immobiles sint.

Pignoratitia] Jus hypothecæ ipso jure dissolvitur solutô debitô; adeò, ut debitor ne quidem opꝰ habeat ullâ rei, quippe jam tum penes se existentis, repetitione; nunquam enim ab eo abscessit. Jus verò Pignoris similiter quidem debiti distractione solvitur, incipitq; res penes creditorem esse sine causâ, quia tamen nihilominus debitor rem per hoc non recipit, repetitione opus habet. conf. Pac. *C. 4. enant. 45.*

Th. III.

Pignus dividitur η in Voluntarium & Necessarium. Illud constituitur à privatis solis, vel ultimâ voluntate *l. 26. ff. de pignor. act. l. 12. ff. de alim. leg.* vel inter vivos; idque vel contractu reali §. *ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* vel pactô θ saltem & conventione *l. 1. pr. ff. de pign. act. l.* 17. §. *2. ff. de pact.* Necessarium ι constituitur vel à Judice vel à Lege. Illud est vel prætorium,

η v. D. 26. th. 6. — θ conf. D. 6. th. 20. lin. 5. — ι v. D. 26. th. 9.

Th. III.

Necessarium] eodem planè dicitur modô, quô *sup.* D. X. *th. 16. in m.* Sequestrum.

Contractu reali] & tamen inde personalis actio oritur.

Pactô saltem] & tamen producit actionem in rem. Differentiæ ratio est, quia superiori casu contractus, hôc locô autem jus

jus in re quæsitum spectatur.

Pignus prætorium] quale ex immissione per primum decretum resultat. vid. *infr. D. XIX.14.in f. j. XXI.15.*

Vel judiciale] dicitur omne illud, quod capitur vigore instrumenti paratam habentis executionem. vid. Carpzov. *p.1. C. 28. d. 136. n.14.*

rium, κ de quo *l.2. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 4. §. 1. l. 7. pr. ff. de damn. infect. t.t. C. de pignor. prætor.* vel judiciale λ *l. 15. §. 2. & 3. ff. de re judic. t.t. C. si in caus. judic. pign. capt. sit.* A Lege μ constituitur vel sola *l. 1. & 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. l. 20. C. de administr. tut.* vel factô hominis accedente *l. 4. pr. ff. de pact. l. 4. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.* & utrumque Legale appellatur.

D STRUV. κ *ib. th. 11. j. D. 44. th. 16.*

λ *Disp. 26. thes. 10. j. th. 28.*

μ *ib. th. 13.*

Th. IV.

Potissimùm] Benè! quia divisio hæc propriè quidem competit conventionali, non tamen soli; non enim impedit, quò minus & tacitum s. legale sit vel universale, v.g. Uxoris in bonis mariti pro dote; vel particulare s. speciale, in puncto crediti ad refectionem navis aut domûs. B. Hahn. *Wes. h. n. 3. p. m. 4.*

Etiam futura] prout prox. præced. D. *XI. th. 6. in m.* vendi quoque permittebantur. Sed quid est, quod uxore omnia bona in dotem dante, futura excipiuntur? *D. XIV. th. 21. vid. ib.*

Non tamen ea] v.g. supellex. Postpositus itaque est creditor, cui suppellex exsertim, sed poste-

Th. IV.

Ab objecto pignus, potissimùm Conventionale, est vel ν generale vel speciale. Illud, si sub mentione omnium & universorum debitoris bonorum sit constitutum, etiam futura ξ ejusdem bona comprehendit *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* non tamen ea, quæ quis verisimiliter obligaturus non fuisset. *l. 6. & seq. l. 8. ff. de pignor.* Nomina ο quoque & actiones, utpote cùm sint in bonis *l. 49. inf. de V. S. l. 4. C. quæ res pign. dar.* non excipiuntur.

ν *Disp. 26. th. 19.*

ξ *ibid. th. 20. pr.*

ο *ib. lin. 8.*

posterius obligata erat, ei cui omnia bona, sed anterius: 20. Dec. 1627. Sande *L. 3. T. 12. d. 9.*

Nomina non excipiuntur] secus, si bona mobilia & immobilia fuissent nominata, vid. *infr.* D. *XVII. th. 5. in f.* scil. quia tertiam constituunt speciem: vid. *sup.* D. *1. th. 33.*

Th. V.

D. Struv.

Pignoribus varia adjici solent pacta, quale est imprimis pactum ἀντιχρήσεως, π quo convenitur, ut creditor in vicem usurarum fructus rei pignoratæ percipiat *l. 11. §. 1. ff. de pignor. l. 33. ff. pignorat. act.* Et licet in eo fructus modum usurarum legitimum excedant, tamen non est illicitum aut cum usuraria gravitate conjunctum *d. l. 11. §. 1. ff. de pignor. l. 14. l. 17. Cod. de usur.* Rittershus. *p. 3. expos. Nov. c. 10. n. 17.* Gail. 2. *obs. 3.* Myns. *6. O. 71.*

π v. D. 19. *th. 51. j.* D. 26. *th. 7. n. 1.*

Th. V.

In vicem usurarum] Debitor itaq; solutione facta rem directa pignoratitia repetens, fructus includere nequit. *vid. infr. th. 27. in m. h.*

Modum excedant] Si dubii sint & incerti: multa enim propterea sustinetur, cœteroquin reprobanda. Unde &, si certa sit fructuum & stata quantitas, quidquid usurarum excedit quantitatem, sorti est imputandum; & ita d. 21. Maj. 1604. & d. 19. Maj. 1607. decisum refert Sande *L. 3. T. 12. d. 10.*

Th. VI.

Lex verò commissoria, ρ seu pactum commissorium, quo convenitur, ut nisi debitor debitum sua die solvat, pignus sit creditoris, velut æquitati & bonis moribus adversum, & olim σ fuit illicitum *l. 34. ff. de pignor. act. junct. l. 45. ff. de solut. arg. l. 27. § 4. ff. de pact. l. 38. in fin. pr. ff. de Minor. l. ult. pr. ff. de*

ρ *dict.* D. 19. *th. 53.*

σ *d.* D. 26. *th. 7. n. 2.*

Th. VI.

Nisi sua die solvat] An itaque admittitur moræ purgatio? vid. Bronch. *C. 2. enant. 80.*

& olim illicitum] Creditor enim, quod sibi fieri non vult, alteri facit, retorquet contractum pro aliorum indigentia sublevanda introductum, in debito-

de contrah. empt. l. 16. §. ult. ff. de pign. & luculentâ Constitutione Constantini Imp. *l. fin. C. de pact. pign.* ac novissimâ sanctione Imperii *in recess. de anno 1577. sub ordinat. polit. tit. 20.* § Und dieweil man. severè prohibetur. D.Strut.

torum ruinam; debebat ut bonum virum decet, domino rem suam conservare, nec suspicioni se, quasi rebus proximi inhiaverit, obnoxium facere. Unde & *infr. th. 20. h.* si creditor pignus emerit, luitio debitori conceditur, secus atque si extraneus emisset: & *sup. D. XI. th. 10.* in emptione ob rationis diversitatem pactum hoc tolerabatur. add. Bronch. *C. 1 misc. qu. 77.*

Th. VII.

Conveniri etiam pactô potest, τ ut creditori debitore non solvente, possessionem fundi pignorati ingredi liceat *l. 3. C. de pignor.* cujus effectus non hic est, quasi resistenti fortè debitori vim facere, & propriâ autoritate fundum occupare queat. *arg. l. 176. ff. de R. J. tit. C. ne quis in suâ caus. jud.* sed quòd paratam contineat executionem, & imploratô saltem officiô Judicis protinus in possessionem sit mittendus. *d. l. 3.* & ibi Sichard. Donel. Giphan. *C. de pignor. l. 7. C. de judic.* τ v. D. 26. th. 41.

Th. VII.

Ingredi, occupare] quia circa hunc articulum diversæ Doctorum & Collegiorum opiniones & responsa exstant, videtur pro conciliatione distinguendum, ut si creditor res penes se existentes solùm retinere conetur, non sit illud ipsi vitio vertendum; quare etiam, cùm caupo equos cujusdam hospitis pro prandiis aliquot jure retentionis dimittere nollet, & *Scabini Lips.* M. Nov. 1604. omni jure suô cecidisse eum pronunciassent, *Domini Jenenses* M. Dec. contrarium responderunt, apud Dn. Richter *Decis. 77. n. 35.* vid. Carpz. *p. 2. C. 25. d. 21. n. 5.* Sin penes debitoré adhuc existant, ad minimum civilitatis l. humanitatis causâ, pro evitandis rixis & contradictionibus debitoris, officium Judicis implorandum: quod ubi Melchior ad Kutzleben neglexisset, damnatus legitur apud Carpz. *L. 1. r. 5.*

Tit. II. In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur.

Th. IIX.

D. Struv. Porrò pignus aliud est expressum, *v* quod per se patet; aliud tacitum, *φ* quod citra conventionem ex præsumpta voluntate contrahentium, vel legis dispositione constituitur. Habent hoc Fiscus *χ* in bonis subjectorum pro tributis *l. 1. C. in quib. caus. pign. tac.* item ex caussa *ψ* contractuum *l. 2. C. eod.* Civitas *ω* in bonis suorum administratorum *l. ult. C. quo quisque ordine lib. XI.* Pupilli & minores *a* in bonis Tutorum & Curatorum *l. 20. C. de administr. tut.* Uxores *b* in bonis mariti pro dote *l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. §. 29. Inst. de act.* Liberi in bonis patris *c* pro rebus maternis & lucris nuptialibus *l. 8. §. ult. C. de secund. nupt. l. 6. §. ult. C. de bon. quæ lib.* & plures alii, *d* modò cum, modò sine jure prælationis, de quibus *vid.* Berlich. *p. 1. concl. 67.*

v ib. th 6. in m. p. 4. lin. 2. *φ th. 9. lin. 2. j. th. 13.* *χ thes. 14. p. 8. lin 1.* *ψ th. 15. lin. 2.* *ω ib. lin. 6.* *a ib. n. 2.* *b th. 14. n. 3. p. 8. in m.* *c th. 15. p. 9. lin. pen.* *d th. 14. n. 4. p. 8.*

Th. IIX.

Fiscus] triplicem potest habere prætensionem: pro Tributis, Contractibus & Mulctis. Primò casu & tacitum pignus & jus prælationis habet. *v. th. 24. n. 4. b.* Secundô quidem legale itidem pignus habet, sed non omnimodam prælationem: *dict. th. 24. & D. XXV. th. 23.* Pro mulctis verò neutrô jure gaudet. *d. D. 25. th. 23.*

Administratorum] non tamen promiscuè in bonis reliquorum debitorum suorum. Ita d. 15. Jul. 1615. judicatum vide apud Sande *L. 3. T. 12. d. 1.*

Pupilli in bonis Tutorum] vid. infr. *D. XV. th. 12. in f.*

Uxores pro dote] vid. *infr. XIV. 24.* quin & pro paraphernalibus, quæ ipse maritus administravit; sed incipit pignus demum à tempore receptionis. ita definitum 20. Dec. 1616. Sande *L. 3. T. 12. d. 3.*

Liberi] vid. sup. *D. 9. th. 30. in f.*

Plures alii] vid. infr. *D. XVII. th. 10. in f. it. XXI. 16. & fin.*

Th. IX.

Th. IX.

Invecta illata ab inquilino in prædium urbanum *e* locatori ta- citè pignori sunt obligata *l. 4. pr. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac.* eodemque nexu etiam merces ac res venales conductoris, non qui- dem in specie, sed in genere conti- neri statuimus *l. 34. ff. de pignor. arg. l. 13. ff. eod.* Menoch. *de interd. Salv. n. 127.* Perez. in Cod. *de locat. n. 23.* Diversum obtinet in invectis illatis in prædium *f* rusticum *l. 4. ff. in quib. caus. pig.* quæ non nisi expressâ conventione oppignorata censentur *l. 5. C. eod.* quia in præ- diis rusticis fructûs eorum pro pen- sione & damnis tacitô pignore te- nentur *l. 7. ff. d. t.* Tulden in Cod. *eod. num. 3.*

e D. Struv. *e* D. 26. th. 16 num. 1. lin. 4.

f d. th. in m.

Th. IX.

Invecta in urbanum] Ita quoque Bronch. C. 5. 2. *enant. 72.* qui tamen C. 1. *misc. qu. 76.* in bo- nis minorennium hoc fallere existimat, eò, quòd nec expressè possint absque decreto Prætoris alienari. Quid de secundo, sive sub- conductore? vid. Id. *C. 1. misc. qu. 80.*

In rusticum] ratio differentiæ est, quòd hujus prædii fructûs colono expectandi sint, nec ubi nati sunt, continuò possit aufer- re: urbanorum utili- tas singulis momentis ab inquilino absumi- tur, ut lapsô tempore domino nil supersit unde pensionem invitô conductore nanciscatur. Quæ aliàs super hac materia disputantur, vid. ap. Pac. *C. 5. qu. 67.* Cujac. & DD. *ad l. 4. ff. de Pact.*

Tit. III. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt.

Th. X.

Res omnes, quæ in commer- cio sunt, ab earum Dominis *g* op- pignorari possunt *l. 9. §. 1. ff. de pi- gnor. l. 1. §. 2. ff. quæ res pign. vel hypoth.*

g D. 26. th. 17.

Th. X.

Servitutes] Conatur ita cum Cujacio Autor textûs in *l. 11. & 12. ff. d. t.* conciliare. Diffe- rentiæ ratio hauriri pot-

Eee 2

D. Strauv. h th. 18. p. 13. lin. 3.

i ib. n. 2.

k th. 17. circa f. vers. simili ratione.

hypoth. dar. sive sint corporales, sive incorporales, ut nomina *h* & actiones *l. 4. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 18. pr. ff. de pignor. act.* servitutes *i* item rusticæ *l. 12. ff. de pignor.* (non tamen urbanæ *l. 11. §. fin. ff. d. t.*) & Ususfructus *k l. 11. §. 2. ff. d. t. l. 9. §. 1. ff. eod. junct. §. 1. Inst. de usu & habit.*

potest ex *Disp. XI. th. 22.* Pacius, quia invenire nullam potuit, aliter distinguit *C. 5. enant. 26.* Sed Bronchorst. *C. 2. enant. 75.* de utrisque pernegat. vid. Cujac. *L. 15. obs. 6.*

Ususfructus] vid. Bronch. *dict. C. 5. enant. 25.* conf. Aut. *sup. Disp. VI. th. 12.*

Th. XI.

l d. th. 17.

m f. vers. Ex posteriori 5. D. 46. th. 49. m eod. loc. & 2. F. c. 13. aph. 7. n. 5. & c. 14. aph. 2. n. 1. inf.

n S. C. D. 26. th. 17. p. 12. in m. vers. aliud obtines. 5. n. 11. th. 70.

Res litigiosæ *l* immobiles quidem hypothecæ rectè obligantur, non verò mobiles *l. 1. §. ult. ff. de pignor.* Feuda *m* quoque sine consensu Domini & agnatorum aliis oppignorari non possunt *2. F. 52. & 55.* idque sive possessio rei in creditorem transferatur, sive minùs *Glos. 1. Feud. 1. & 2.* Köppen. *q. 39. num. 45.* Pruckman. *Consil. 17. n. 35. vol. 1.* & hanc sententiam in Camera servari testatur Gail. *2. obs. 154. n. 5.* Emphyteusin *n* tamen oppignorari posse *l. 31. ff. de pignor. §. 3. Inst. de locat. l. 16. §. ult. ff. de pignorat. act.* evincunt.

Th. XI.

Res litigiosæ] harum sedes erit *infr. D. XXII. th. 9.* quarum scil. proprietas nobis vocatur in dubium: quàm diu tamen penes aliquem est possessio, tam diu dominus præsumitur, nec temerè ipsi aufertur; relevatur item à satisdatione, vid. *infr. D. XX. th. 24.* quantumvis super ea cum tertio litiget. vid. *sup. D. II. th. 17.* Si dixeris: Atqui res, quæ reverâ jam aliorum sunt, vendi & pignorari possunt, quidni quarum proprietas ambigua est? Rx: Si à posteriori appareat, ex errore rem alienam fuisse obligatam venditamve, contractus ipso quidem jure non est nullus, sed venditor de evictione *th. 3. b. & XI. 17. inf.* debitor pignoratitiâ contrariâ tenetur, *th. 14. b.* Scienter au-

tem

tem rem alienam oppignorans, ſtellio eſt. *vid. infr.* Diſ. 24. *theſ.* 23.

Feuda] de his Autor *diſp. feud.IX.th.* 7.ubi jam tum quædam annotavimus.

Emphyteuſin] quænam Emphyteutæ in rem emphyteuticam liceant, conf. Aut. *ſup.* D. XI. *th.* 26.

Th. XII.

Retentio] Mentionem hujus fecit Autor *ſup.* D. X. *th.* 8. & 23. *circa f.*

Sub nudo chyrographo] Duo hîc videntur neceſſaria (1) reverâ pignoris aliquod vinculum ſubeſſe: nam qui ſolùm ut conductor in rem intromiſſus eſt, jure hôc non gaudebit, ex deciſo Scab. Lipſ. M. Dec. 1619. (2.) ut poſterius hoc debitum ſit liquidum: tunc utique pignus pro alio acceptũ debito, licebit retinere pro alio. Bronch. C. 1. *miſc. qu.* 81. & ita M. Dec. 1626. Scab. Lipſ. in cauſa Erici à Wildenhain in Wildenſtein reſponderunt.vid. B. Carpzov. *p.* 2. *C.* 25. *d.* 21. *ſeq.* diſſent. Pac. C. 4. *enant.* 47.

Th. XII.

Effectûs pignoris præcipui ſunt jus retinendi, *o* jus agendi, *p* & jus diſtrahendi. *q* Retentio *r* (quæ & exceptio dicitur pignoratitia *l. 6.* §. *ult. ff. commun. divid.* & pignoris defenſio *l.* 10. *C. de pignor. act.*) ex ſola pignoris oritur obligatione, eaque nonſolùm ob idem illud debitum, cui pignus acceſſit, quod hypothecarium vocari ſolet; verùm etiam ob aliud, quod poſteà ſub nudo chirographo contractũ, quàmvis prius illud fuerit ſolutum, exerceri poteſt. *l. un.* ubi Donel. Giphan. Pac. *in ſynopſi C. etiã ob chirogr. pecun. pign. ten.* Cujac. 19. *obſ.* 27. Fundamentum juris hujus retentionis eſt, quòd creditor rem naturaliter & civiliter ad omnes cauſſas, exceptâ uſucapione, poſſideat *l.* 1. §. 15. *ff. de acquir. poſſ. junct. l.* 16. *ff. de uſucap.* Bachov. *tr. de pign. lib.* 3. *cap.* 6.

D.Struv. *o th.* 24. *n.* 2. *p ib. n.* 1. *q ib. n.* 3. *r ib. th.* 42

Th. XIII.

D. STRUV. Si pecuniâ acceptâ, & usuris simpliciter insimul promissis pignus datum fuerit, illud non solùm pro sorte, sed etiam pro usuris *s* est obligatum; ita ut pro usuris non tantùm retineri, sed etiam propter eas creditor pignus hypothecariâ persequi ac vendere *t* possit *l. 8. §. ult. ff. de pignorat. act. l. 18. ff. qui pot. in pign.* Bachov. *ad Trl. vol. 2. d. 1. th. 8. lit. C.*

s d. th. 42. in m.

t ib. th. 43. seqq.

Th. XIII.

Pro usuris] Bachovius locô ab Autore allegatô, *p. m. 49.* remissivè tantùm hoc argumentum tractat, plenius autem habet *D. 3. th. 3. lit. C. p. m. 125.* ubi quatuor distinguit casûs: (1.) quando pignus tantùm in sortem fuit obligatum: & hâc solutâ, debitori pignoratitia competit; Non retentio creditori. (2.) quando tantùm in usuras: & tunc pro sorte non potest retineri; non enim accessorium trahit ad se principale: Hunc Cujacius *l. 15. obs. 22.* reprobatum, postea *XIX. o. 27.* admisit. (3.) quando pro utroque expresè fuit constitutum: de hoc dubium non residet. (4.) quando simpliciter, neutro expressô: & de hoc idem quod de tertio videtur asserendum: propter *l. 11. §. 3. ff. de Pign. act.* Non obst. (1.) *l. 4. C. de Usur.* neque, (2.) argum. ex *d. l. 11.* à contrario sensu.

Th. XIV.

Actio, *u* quæ ratione pignoris Creditori competit, potissimùm duplex est, Pignoratitia contraria, & Serviana: quarum illa personalis, hæc realis: Illa *x* datur creditori adversus debitorem, tum ob qualitatem rei, si res aliena, *y* vel alii obligata, aut vitiosa pignori data fuerit *l. 9. pr. l. 16. §. 1. l. 22. §. ult. ff.* de

u v. th. 31.

x v. D. 19. th. 51.

y ib. th. 50. n. 1.

Th. XIV.

Creditori competit] de Debitore *vid. infr. th. 27. b.*

Si res aliena] Stellionatus à sciente committitur. vid. *infr. xxiv. 23.* Quid tamen, si debitor posteà hujus rei dominus evadat? an pignus convalescit, daturque creditori hypotheca-

thecaria? contra debitorem ipsum, & qui causam habet ab eodem, concedit; contra alios negat Pac. *c. 4. enant. 51.* de creditore sciente negat, de ignorante affirmat Bronch. *C. 2. enant. 70.*

de pignor. act. l. 1. §. 2. ff. eod. tum ob impensas ζ in rem pignoratam factas *l. 7. in f. ff. de pign. act. l. 8. & l. 7. C. eod.* & damna, α quæ ex re pignorata sensit. *l. 31. ff. eod.*

D. Struv. *ζ ib. n. 3. α ib. n. 2.*

Th. V.

Actio Serviana] cui affine est Interdictum Salvianum *infr. XXI. 24.*

Contra Tertium] diversa est E. pignoratitia, contra tertium non competens. *th. 27. b.*

à reo possideri] omnium in rem actionum proprium hoc est, ut actor à parte sui, Jus; à parte adversarii factū detentionis probet. *v. sup. D. V. th. 23.*

Posteriori casu] quando creditori cum ipso debitore negocium est, facilius obtinebit, probando solùm factum oppignorationis, adversus quod debitor venire non potest: si dominium suum fuisse negat, propriam prodet turpitudinem, replicabiturque adversus ipsum

Th. XV.

Actio realis seu Serviana rursum duplex, vel Serviana propriè dicta, β quâ locator experitur de rebus coloni; vel q. Serviana, γ quâ creditores cæteri pignora hypothecasque persequuntur §. 7. *Inst. de act.* Utraque dici potest Hypothecaria, licèt propria hæc sit appellatio q. Servianæ *d.* §. 7. Hanc instituens creditor, vel contra ipsum agit debitorem, δ vel contra tertium. Priori casu duo saltem probare tenetur, nimirum jus pignoris in re sibi esse constitutum, & illam rem à reo possideri. Negusant. *de pignor. p. 8. memb. 3. num. 1. & seqq.* posteriori casu insuper probandum ipsi incumbit ε rem tempore obligationis in bonis debitoris fuisse *l. 15. §. 1. ff. de pignor.* qua de re fusiùs agentes vide Jo. Fab. Angel. Jas. Zas. Schneid. *ad d. §. 8. Inst. de act.* Negus. *tr. de pign. p. 8. memb. 3. num. 6.*

β Diss. 26. th. 36. γ ib. in m. δ th. 37. lin. 3. ε ib. vers. fin verò.

ab

ipsum

ipsum de dolo. Si cum Extraneo, probandum est, potuisse debitorem ob dominium sibi competens rem gravare, & cum suo onere transmittere: salvus tunc erit decepto adversus autorem regressus.

Th. XVI.

D.Struv. Olim electio erat creditoris, utrum, cessante debitore, ipsum personali actione, an possessores rei pignoratæ quoscunque actione hypothecariâ convenire vellet *l. 14. l. 24. C. de pignor. l. 19. ff. qui pot. in pign. l. ult. C. de O. & A.* Hodie ζ non priùs ad pignorum possessores, quàm excussis debitoris, & fidejussorum, si qui sunt, facultatibus, perveniri potest. *Auth. sed hodie. C. de O. & A. & Auth. hoc si debitor. C. de pignor.* Novell. 4. *c. 2.* quæ novi juris regula varias tamen admittit limitationes, de quibus vide Negusant. *d. p. 8. memb. 1. n. 11. & seqq.*

ζ v. D. 26. th. 38. lin. 5.

Th. XVI.

Olim electio] qualis ipsi & inter reum principalem & fidejussorem comperiit, ante introductam à Justiniano excussionis exceptioné, de qua *infr. D. XXIII. thes. 11.*

Quàm excussis] Sed quid si, quod in specie obligatum est sibi, persequatur creditor, cessabitne dictæ *Nov. 4.* effectus? Ita autoritate *N. 112.* quidam autumant, & in collegio Jur. Helmst. teste B. Hahn. *Wes. de distr. pign. n. 1. p. m. 22.* nec non in Scabinatu Lips. teste B. Carpz. *p. 2. C. 18. d. 18. & L. 2. Resp. 72.* responsum. Nostrates indistinctè concedunt exceptionem ordinis, & ita consulentibus respondent, teste Dn. Struv. *d. th. 38. p. 22. pr.* Frantzk. *L. 1. resol. 12.*

Tit. V. de Distractione pignorum & hypothecarum.

Th. XVII.

Tertius pignoris constituti effectus est jus vendendi seu distrahendi,

Th. XVII.

Jus vendendi] procuratoriò sc. nomine & tanquam ex mandato

di, η quod velut proprietas quædam pignori adhæret: θ unde creditor pignus vendens, jus suum exequi dicitur *l. 7. §. 1. ff. de reb. cor. qui sub tutel.* idq; ubi debitor in mora ι est solvendi *l. 7. C. de distr. pign. l. 14. Cod. eod. l. 4. ff. d. t.* exercere potest, licèt nullum κ de alienando pactum adjectum sit, *l. 4. ff. de pignor. act. junct. l. 12. §. fin. ff. qui pot. in pign.* imò quàmvis de non distrahendo λ convenerit *l. 4. & 5. ff. de distract. pign.* Pactum enim istiusmodi, utpote quod caussam pignoris penitùs reddit inutilem, pro non adjecto habetur, tantùmque hoc operatur, ut triplici opus sit denunciatione, antequàm distractio fieri queat *d. l. 4. de pignor. act. l. 73. ff. de furt.*

D. Struv. η *D. 26. th. 43.* θ *conf. ib. lin 7.* ι *th. 44. lin. 2.* κ *ib. in m. p. 26 vers. An verò.* λ *ib. vers. si tamen.*

dato debitoris, qui pignus constituendo permittit creditori solutionem exinde redigere: unde nec evictionem præstat creditor. *th. 20. in f. b.* Notetur etiam, rei alienæ venditionem posse esse licitam *v. D. XI. th. 6.*

Licèt nullum] denunciabit tamen antè debitori, ut in mora ipsum constituat. *v. D. XIII. th. 5.* add. Bronch. *C. 1. enant. 73.*

Th. XIIX.

Facultas pignoris distrahendi creditori competit non solùm in re specialiter obligata, sed etiam, ubi res plures vel omnes pignori sunt nexæ. Quòd si quis specialiter quædam, & generaliter omnia μ bona habet obligata, & ex illis, quæ nominatim ipsi oppignorata sunt, universum debitum redigere potest, ad cætera bona in detrimentum reliquorum creditorum non admittitur *l. 2. C. de pignor.* Ant. Fab.

μ *v. Ex. XXVI. 32. in m. & XLIV. 55.*

Th. XIIX.

Specialiter & generaliter] sive illâ præmissâ, generalis in subsidium reservata sit, (quem casum aliqui solum exaudiunt,) sive post omnia bona speciale prædium exprimatur. Nam & venditorem, omnia emptoris bona, & in specie domum venditam pro residuo pretio obligata habentem, & vi gene-

D. STRUV. *6. conject. 13.* Negusant. *p. 5. memb. 2. n. ult.* generalis hypothecæ agentem, ad domum suam remisit Senatus Frisicus 16. Jul. 1629. teste Sandejo *L. 3. T. 11. d. 26.*

Th. XIX.

Si pactum de distrahendo est adjectum, ᵛ illi standum, nec præter denunciationem illam, quâ in mora debitor constituatur, alia requiritur. Frantzk. *com. ff. de distr. pign. num. 46.* Si nullum, ξ vel contrarium de non alienando adjectum, ο jure novo distractio secundùm *l. fin. C. de jur. Dom. impetr.* fieri deberet; sed hic modus, utpote prolixus & creditoribus minùs utilis, hodiernis moribus vix ullibi usurpatur, π teste Perez. *in tit. C. de jur. dom. impetr. n. 7.*

ᵛ *D. 26 th. 44. p. 26. vers. quod solennitates.*
ξ *ib. vers. an verò.*
ο *ib. vers. si tamen.*
π *conf. ib. th. 47. inf.*

Th. XIX.

Si pactum] Imò si dies nominatus esset, pro homine interpellaret, ut denunciatione non esset opus. *vid. infr. XIII. 4.*

Si nullum] conf. Bronch. *C. 2 enant. 73.*

Jure novo distractio] quis ordo in executione servetur, *vid. infr. D. 21. th. 9. inf.*

Hodiernis moribus] pignora hodie judicialiter plerumque constituuntur; adeoque exiguus est usus legis *f. C. de jur. dom. impetr.* Carpzov. *p. 1. C. 28. de 136.*

Th. XX.

Rei pignoratæ extraneo ϱ quidam (non etiam creditori aut fidejussori debitoris *l. 5. §. 1. & l. seq. ff. de distract. pignor.*) legitimè σ venditæ dominium τ in emptorem irrevocabiliter υ transfertur *l. 15. C. eod. §. 1. Inst. quib. alien. lic. l. 4. ff. de pignor. act.* ita ut à debitore vel posteriori creditore, oblatione debiti

ϱ *th. 45. p. 27. lin. 3.*
σ *vid. th. 46.*
τ *th. 45. pr.*
υ *ib. p. 27. lin. 1. j. th. 47. p. 28. pr.*

Th. XX.

Non creditori] Ne scil. contra bonam F. quæ ab ipso in hoc negocio exigitur, simul venditor sit, ac emptor: nec derivabit in se suspicionem, quasi occasione crediti rem proximi fuerit aucupatus. Atque hinc Senatus Frisicus 20. Dec. 1606. reli-

reliquis creditoribus rem priori oppignoratam & venditam oblatâ pecuniâ permisit avocare,

Irrevocabiliter] atque hinc in prælaudata Curia 16. *Jul.* 1610. neque Creditoribus inferioribus, neque debitoribus permissum fuit pecuniâ oblatâ rem extraneo venditam evincere Sand. L. 3. *T.* 12. *d.* 18.

biti factâ, avocari non possit. *l.* 3. *ff. de distract. pign. l.* 2. *C. si antiq. cred. pig.* Creditor etiam vendens, si jure pignoris rem, quæ forte aliena est, vendiderit, ab onere præstandæ evictionis φ est immunis. *l.* 1. *pr. C. credit. evict. pign. non deb. l.* 10. *ff. de distr. pign. l.* 11. §. 16. *ff. de act. empt.*

D. Strur.

φ *ib. vers. quod si tertius.*

Tit. IV. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

Th. XXI.

Non rarò contentio] scil. quia plerumque bona debitorum non sufficiunt omni æri alieno, & solutio certô ordine præstatur, quilibet inter primos esse gestit: Extremum occupet scabies!

Th. XXI.

Circa persecutionem & venditionem pignorum non rarò contentio inter creditores, easdem res obligatas habentes, oriri solet, ut necessariò de jure cujusque potiori χ sit disquirendum; quô vel ex jure communi ac ordinario, vel ex privilegio gaudet. Althus. Dicæol. *lib.* 1. *c.* 73. *per tot.* & alii passim.

χ *D.* 26. *th.* 24. *in f.* & *D.* 44. *th.* 45.

De jure priori] πρωτοπραξίας Autor *infra D.* 21. *th.* 16. *inf.* appellat.

Th. XXII.

Qui prior tempore] Licèt novatio facta, dum modò pignus repetitum fuerit. *infr. D.* 23. *th.* 19. Regulam hanc in pignore prætorio fallere ait Bronch. *C.* 1.

Th. XXII.

Ex jure ordinario imprimis est tritissima regula, quòd ψ prior tempore potior sit jure. *l.* 5. *cum seqq.* *l.* 8

ψ *D.* 26. *th.* 27. & 29. *in f.* & *D.* 44. *th.* 50. *inf.* & *th.* 53. *pr.*

D.Struv *l. 8. l. 10. cum l. seq. pr. ff. qui potior. in pign. l. 2. l. 4. l. 8. cum seq. C. eod.* per posteriorem enim obligationem creditori jus suum per conventionem quæsitum auferri non debet: quæ regula locum etiam habet, quàmvis posterior rem *a* possideat. *arg. l. 10. ff. de pignor. l. 12. §. ult. ff. qui pot. in pig.* Hartman. Pistor. *p. 3. q. 12.* item quàmvis prior generalem, posterior specialem hypothecam habeat, *a* ut & in illa speciali prior præferatur. *l. 6. C. qui pot. in pign. l. 2. ff. eod.* Plures regulæ hujus extensiones vid. ap. *b* Negusant. *p. 5. memb. 2.* Bach. *tr. de pignor. lib. 4. c. 4. & seqq.*

a d. th. 53. n. 1. vers. sin verò.

a D. 26. th. 32. pr. j. D. 44. th. 55.

b D. 26. th. 28. seqq.

C. 1. misc. qu. 79. quod tamen secundùm declarationem Dn. Struv. *XXVI. 29.* exaudiendum. add. *infr. D. 21. th. 16.*

Posterior possideat] Subordinata enim sunt jura, pignus & possessio, nec se invicem destruunt: possessio transit cum onere.

Posterior specialem] separandi sunt casûs: *Aut* unus utrumque pignus habet; de quo *th. 18. b.* ubi Autor alioquin opponi solitam *l. 2. C. de Pign.* resolvit. *Aut* è duobus creditoribus primus generale, alter speciale pignus accepit. *Priori* casu nõ aliter æstimatur, ac si speciale solùm pignus prior haberet, quàmdiu istud credito sufficit; adeoque si eum alio creditore, cui speciale itidem est pignus, concurrat, melioris conditionis non habetur: passus enim est suam generalitatem restringi. *Posteriori* casû generale pignus illimitatum mansit, & dum res omnes afficit, præoccupavit, ut nihil in specie alii possit, Ut liberum, oppignorari. v. Pac. *C. V. enant. 28.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 82.*

Th. XXIII.

Ex eodem communi & ordinario jure competit etiam prioritas ratione Successionis, *c* quando scilicet creditor posterior anteriori debitum offerendo & solvendo locum

c D. 26. th. 34.

Th. XXIII.

Debitum offerendo] & quidem usuras unà cum sorte; prout Curia Frisica 20. Dec. 1611. apud Sand. *L. 3. T. 12. d. 19.* definivit.

cum ejus conſequitur *l. 11. §. fin. l. 12. §. 6. l. 19. ff. qui pot. in pign. tit. Cod. de his qui in prior. loc. ſucced.* quod, ſi ſit hypothecarius, ſine ulla nova pignoris conventione contingit. Salic. *in l. 1. C. d. t. num.* 1. Præfertur autem ſolùm quoad ſummam *d* creditori ſolutam, non etiam propriam. *l. 16. ff. qui pot. in pig.* niſi ſit ſecundus ab eo cui ſolvit, tunc enim quoad utramque ſummam prior eſt *l. 22. C. de pignor. l. 12. §. 6. ff. qui pot. in pig.* D. Strut.

d Ib. lin. 6.

Solùm quoad] Cui ergò uſui novum fecit periculum? Tantine ergò pignoris poſſeſſionem mercari juvat? Annon poſteriorem ſummam præſtaret retinuiſſe? Nimirum, ubi debitorem diutius à recuperatione rei ſuæ ſuſpendit, ad ſolutionem maturandam efficacius urget: reliquos verò creditores impedit, ne pro ſuo credito ſalvando, qualicunque pretiô pignus, poſthabitâ ratione hujus poſtremi, divendant.

Th. XXIV.

Ex privilegio præfertur (1.) Mulier *e* in rebus mariti, pro reſtitutione datæ & numeratæ dotis, creditoribus cæteris non ſolùm tacitam, ſed & expreſſam *f* hypothecam habentibus *l. 12.* & ibi *Dd. C. d. t.* Fachin. *3. controv. 99.* Vaud. 1. *q. 21.* Mynſ. *1. obſ.* 61. *& 4. obſ.* 13. Bachov. *ad vol.* 2. Trl. *D. 24. th. 7. lit. b.* Penſold. *ad deciſ.* Coler. *270.* (2.) Is qui credidit in refectionem *g* ædificii, navis aut alterius rei. *l. 4. & ſeq. ff. qui pot. in pignor.* Novel. *97. c. 3.* Gail. *2. obſ. 15. num. 3.* (3.) Pu-

e D. 26. th. 25. n. 3.

f D. 44. th. 49. n. 2. ubi diſſent.

g v. D. 26. th. 25. n. 4. & D. 44. th. 49. n. 3. p. 666. lin. 2. & n. 6. p. 667. pr.

Th. XXIV.

Sed & expreſſam] uſu tamen contrariò hanc Juſtiniani conſtitutionem eſſe abrogatam, Ant. Fab. *Cod. Sabaud. L. IV. T. 5. d. un.* aſſerit: In Electoratu Sax. expreſſa deſuper habetur *conſtitutio 28. p. 1. verb.* allen andern Gläubigern / ſo nicht ältere ausdrückliche Verpfändung haben. *& Ord. proceſſ.* 7. *43. pr. verſ.* aber gleichwol nicht den jenigen. Secundùm hæc E. funda-

(3.) Pupillus *h* in rebus pecuniâ ejus emptis *l. pen. C. de serv. pign. dat. manum. l. 7. ff. qui potior in pig. l. 3. pr. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* (4.) Fiscus *i* ratione tributorum simpliciter *l. 1. C. si propt. publ. pensitat.* ratione debitorum autem ex contractibus *k* in bonis debitoris post contractum quæsitis *l. 28. ff. de jur. fisc.* 4. (5.) Habens hypothecam publicâ scripturâ *l* confirmatam, quæ hypothecæ & scripturæ privatæ, nisi ea trium testium subscriptione sit munita, præponitur. *l. 11. junct. Auth. si quis C. qui pot. in pign. l. 18. C. de fid. instrum.* Gail. *2. obs. 25. n. 9.* Frider. *lib. 2. de mand. c. 66. n. 6.* Covarr. *pract. quæst. c. 12. n. 5.*

D. Struv. *h* XXVI. 25. *n. 6.* XLIV. 49. *n. 4. p. 666.* *i* XXVI. 25. *n. 1.* XLIV. 49. *n. 4. p. 662. inf.* *k conf.* D. 26. *th. 30.* *j.* D. 44, *th.* 49. *n. 5. p. 666.* *l v.* D. 26. *th. 26.*

damenta Scabinos Lips. tam intra quàm extra Electoratum, etiam versus eas provincias, quæ jure Sax. non utuntur, respondere, scripsit Carpz. *p. 1. C. 28. d. 64 seq.* conf. Fachin. *X. c. 35.* Bronch. *C. 3. enant. 9.*

Pupillus] vid. Carpz. *dict. p. 1. C. 28. d. 109.*

Fiscus ex contracti-bus] vid. Pac. *C. 5. enant. 29.*

Trium testium] conf. infr. *Disp. 13. th. 26. inf.*

Tit. VI. Quibus modis pignus vel hypotheca solvitur.

Th. XXV.

Solvitur pignus solutione *m* ejus, quod debetur *l. 1. pr. l. 5. §. 2. ff. quib. mod pign. vel hypoth. solv.* item oblatione *n* & depositione pecuniæ debitæ *l. 6. §. 1. ff. eod. l. 6. l. 9. l. 19. C. de usur.* vel si aliô modô creditori sit satisfactum *d. l. 6. pr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* ut fidejussore *l. 5. §. 2, l. pen. ff. eod.* vel *o* alio pignore volenti (non etiam invito *p*) creditori datô. *l. 9. §. 3. ff. de pignor. act. l. 45. §. 2. mand.* Ca-

m v. D. 26. *th. 50. j* D. 47. *th 77.* *n v. d.* D. 47. *th. 79.* *o d.* D. 26. *th. 49. n. 2. p. 29. inf.* *p conf. d.* D. 47. *th. 73.*

Th. XXV.

Solvitur pignus] ad eundem modum & Fidejussio solvi dicitur. D. 23. *th. 16.* quin &, quibus obligatio principalis dissolvitur modis, hisdem & accessoriæ. *ibid.*

Ejus quod debetur] vid. dict. D. 23. *th. 26. pr.*

Oblatione] eâdem & usuræ sisti dicuntur D. 13. *th. 1.* Ejus fit mentio. *thes. 20. 23. b. & passim.*

Cagnol. *ad l. 25. n. 6. ff. de R. J.* Ad solutionem aut satisfactionem etiam Acceptilatio *q*, Compensatio *r*, Novatio *s* & Confusio *t* *l. 9. §. 3. l.* 11. §. 2. 3. 4. *& 5. ff. de pignor. act.* quibus ipso jure: item pactum de non petendo *l. 17.* §. 2. *ff. de pact.* quô ope exceptionis *u* pignus liberatur, pertinent.

Th. XXVI.

Immediatè etiam pignus non rarò solvitur Remissione, *x* factâ vel expresse *l. 2. l. 4. C. de remis. pign.* vel tacitè *l. 9. l. 8. C. eod. l. 9. §. 1. ff. quibus mod. pign. solv.* per debiti donationem, *l. 1.* §. 1. *ff. d. t.* chirographi *y* redditionem *l. 7. C. de remis. pign.* & si creditor in pignoris venditionem *z* consentiat *l. 4. l. 7. & 8.* §. 15. *ff. eod. l.* 1. 2. *& 4. C. de remis. pign.* vel distractionem publicè futuram sciens eidem non contradicat *l. 6. & l. 8. C. eod.* Quòd si verò novæ pignoris obligationi tertio factæ consensum suum accommodaverit, non totum pignoris jus perimitur, sed salvô eo jus prio-

D. Struv. *q* D. *ib. th.* 65. *inf. & th.* 87. *r ib. th.* 68. *& D.* 21. *th.* 13. *s* D. 47. *th.* 50. D. 26. *th.* 50. *t ib. &* D. 47. *th.* 84. *u* D. 26. *th.* 50. *inf.* D. 47. *th.* 95. *x* D. 26. *th.* 49. *n.* 1. *y* D. VI. *th.* 34. *n.* 1. *z d.* D. 26. *th.* 49 *pr.*

passim. add. Bronch. *C.* 2. *enant.* 79.

Acceptilatio] vid. Autor. *D.* 23. *th.* 29.

Compensatio] v. Id. D. X. *th.* 14.

Novatio] dict. D. 23. *th.* 16. *seqq.*

Confusio] dict. D. X. *th.* 8. & XIIX. 10. *ibi:* id quod defunctus.

Item pactum] conf. Sande *L.* 3. *T.* 12. *d.* 21.

Th. XXVI.

Remissione] Eodem modô servitutes. *sup.* D. *VI. th.* 29. Novi operis nunciatio. *infr.* D. *XIX. th.* 10. Pœnæ item delictorum D. *XXIV. th.* 27. *num.* 2. tolli dicuntur.

Chirographi redditionem] vid. sup. D. 2. *th.* 24. *& infr. XIII.* 21. *inf.*

Consentiat] Expresse scil. non verò si se præsente rem obligatam distrahi patiatur: & ita Mense Jul. 1635. responsum ait Carpzov. *p.* 5. *C.* 28. *d.* 132. add. Pac. *C.* V. *enant.* 31.

Non totum, sed] Tria Scabinorum Lips. responsa in hunc sensum repræ-

D. Struv. prioritatis, quod habebat, amittitur. *l. 12. §. 4. ff. qui pot. in pign.* repræsentat Carpzov. *ib. d. 131.* adde *l. 21. C. ad Sc. Vell.* Mudæus *tr. de pignor. tit. quib. mod. pign. solv. n. 26.* Connan. *4. com. 19. n. 15.* Rauchbar. *5. p. 1. q. 34. num. 35.*

Lib. XIII. Tit. VII. de Pignoratitia actione, vel contra.

Th. XXVII.

Solutô pignore, debitori actio *α D. 19. th. 49.* pignoratitia directa α adversus creditorem *l. 9. §. 3. de pignor. act.* (non etiam tertium possessorem aut fidejussorem *l. fin. C. de distract. pign. l. 2. ff. de pignor.*) competit, ad pignus cum fructibus (nisi Antichresis β sit constituta *l. 33. ff. de pignor. act. l. 11. §. 1. ff. de pignor.*) *β de qua ib. th. 52.* restituendum, & quod ex venditione pignoris ultra debitum consecutus est, cum usuris à tempore moræ reddendum *l. 6. §. ult. l. pen. ff. de pignor. act. l. ult. ff. de distract. pignor.*

Th. XXVII.

Debitori actio] de ea quæ creditori competit, actum *th. 14. b.*

Non etiam tertium] Secus in creditore. Differentia est, quia personalis, qua debitor utitur, ex contractu est, daturque adeò tantùm adversus contrahentem. Realis qua creditor experitur, contra quemvis detentorem apta est institui.

Nisi antichresis] *vid. th. 5. b.*

Quod ultra consecutus] Utrum liberabitur mandando adversus emptorem actionem debitori? Pac. *C. 4. enant. 49.*

Th. XXIIX.

Venit in hanc actionem dolus & levis γ culpa *γ d. D. 19. th. 48.* creditoris *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 13. §. 1. ff. de pign. act. §. ult. Inst. quibus mod. re con-*

Th. XXIIX.

Amittatur aut pereat] Interitus enim accessorii non potest secum trahere ruinam principalis; uti de amisso chirographo Autor *infr.* D. XIII. 24. argumentatur: Cui simile est, quod

quod pignore legatô principale debitum non censeatur remissum. *infr. D. 17. th. 11. in f.* Jure Sax. antiquô tamen LandR. *L. 3. a. 5.* contrarium viguit, quod Elector *p. 2. C. 26.* abrogavit.

Nullo tempore præscribitur] Actûs enim meræ facultatis, quamdiu adhuc in facto consistunt, non præscribuntur; quàmprimum autem in jus convertuntur, possunt. Convertuntur autem in jus, per factum adversarii, v. g. denunciationem: à quo tempore, quia simul quasi possidere incipit, præscribere quoque incipit. uti *sup. ad VI. 22.* disputavimus. conf. etiam *XI. 10. in f.* Bronch. *C. 4. enant. 4.* Diss. Vinn. *L. 2. sel. qu. 6.* Res meræ facultatis ita debere comparatas esse volens, ut ne per prohibitionem quidem adversarii quid contra eas efficiatur. Puto tamen, tunc utique jus in factum converti.

contrah. oblig. quâ si vacat, & pignus amittatur, aut pereat, creditum salvum manet, & actio adversus debitorem nihilominus ei integra relinquitur *l. 9. C. de pignor. act. l. 5. l. 6. C. eod.* Col. *dec. 7.* Schn. *ad d. §. ult. Inst. quib. mod. re contr. n. ult.* Cæterùm pignoratitiæ actioni directæ; seu juri luendi & repetendi pignoris, nullo tempore præscribitur. ð Gail. 2. *O. 18.* Myns. 1. *O. 16.* Ant. Fab. *in Cod. de pignor. act. defin. 4. & de luit. pign. def. 19.* Cacher. *dec. 115.* D.STRUV.

ð *conf. ib. th. 49. in f. 3. D. 43. th. 22. p. 627. lin. 5.*

Lib. XXI. Tit. I. de Ædilitio Edicto, & redhibitione & quanti minoris.

Th. XXIX

Modò non viles] conf. huc *sup. D. IV. th. 4. in m.*

Locationes] frivolas JCti in *d. l. 63.* differen-

Th. XXIX.

Edictum Ædilitium ε (quod sequitur,) imprimis contra fallacias vendentium ζ emptoribus succurrit *l. 1. §. 2. ff. de ædil. edict.*

ε *cf. D. 27. th. 1.*

ζ *ib. in m.*

D.Struv. η *ib. th.3.* δ *ib. in f.j. th. 5. requis. 2.* ι *v. ib. th. 4. lin. 4.*

de quatumvis rerum, tam soli quàm mobilium aut se moventium, η modò non viles sint, aut δ exiguæ *l. 48. §. fin. ff. d. t. l. 54. ff. de contr. empt.* venditionibus est conceptum *l. 1. pr. ff. d. ædil. edict.* per extensionem ι tamen & ad Permutationes *l. 19. §. 5. h. t.* item Divisiones & Dationes in solutum, in quibus locô pretii aliquid intervenit, ut æqualitas observari debeat; non etiam ad Donationes *l. 62. ff. h. t.* nec ad Locationes porrigitur. *l. 63. ff. eod.*

rentiæ rationes putat Bach.*Tr.v.2.D.2.th.1.G.* Sed enim, emptiones inter multitudines licitantium plerumque sub dio celebrantur, ubi vel cœli inclementia nos urget, vel negocia domi curanda avocant, ut præcipitantius, absque scrupulosa inquisitione, res mercari soleamus: cùm locationes privatos intra parietes solus cum solo tractet, quô commodissimô visum est tempore, add. *sup. Disp. I. thes. 19. p. 55. pr.*

Th. XXX.

κ *ib. th.8.*

Actiones, κ quæ ex hoc edicto oriuntur, duæ sunt: Redhibitoria, & Quantò minoris, seu Æstimatoria. Illâ venditio rescinditur, ita ut venditor rem, quam vendidit, cum omni caussa recipere, & pretium cum usuris reddere teneatur *l. 22. l. 23. l. 27. l. 29. §. 2. ff. de ædilit. edict.* Hâc λ agitur adversùs venditorem, ut quantò minoris emtor fuisset empturus, si vi-

λ *ib. th.9.*

Th. XXX.

Redhibitoria] Atqui hæc inutilis esse videtur. *l. 11. §. 3. ff. de Act. empt.* quia continetur actione empti. Sed enim, quis actionem vi bon. rapt. inutilem dixerit, eò quòd & ipsâ actione furti manifesti contineatur? Quod verò idem consequimur actione empti, non sit ex

ex ipsius vi propria, sed ob hospitem receptam, Redhibitoriam; quam recipere apta nata est, actu tamen ipso ex natura sua non continet.

vitium scivisset, μ tantum ipsi reddat. *l. 61. & passim. ff. eod.* Utraque est ν temporalis *l. 19. §. fin. ff. de ædil. edict. l. 2. C. eod.* in heredes tamen transitoria. *d. l. 19. §. 5. l. 31 §. 5. & seqq. ff. eod.*

D. Struv. μ *consf. th. 5. requis. 3.* ν *ib. th. 11.*

Æstimatoria] aliam habuimus. *D. XI, th. 35.*

Tit. II. de Evictionibus, & dupla stipulatione.

Th. XXXI.

Dominus rei non fuit] Adfuit hoc *D. XI. th. 17. inf.*

Obligatum habet] Qu. An cedens teneatur de nominis cessi evictione, maximè si cavit, præstiturum se Cessionarium indemnem? Negant JCti Helmst. in respons. ad Henr. Schröter zu Lüneburg. M. Apr. 1643. v. B. Hahn. *Wis. h. n. 10. p. m. 35.*

Th. XXXI.

Si venditor dominus rei non fuit, emptor eundem Evictionis nomine obligatum habet, ξ ut suprà dictum ex *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* Est autem Evictio nihil aliud, ο quàm legitima (quæ sc. Judice fit autore *l. 24. l. 57. ff. de evict.*) rei nostræ *l. 34. §. fin. d. t.* vel in qua jus quoddam habemus (v. c. usumfructum *l. 15. §. 1. ff. d. t.* pignus *d. l. 34. §. fin. ff. & l. 4. C. eod.*) in alium ex caussa π emptionis *l. 1. ff. de evict. l. 16. & passim. C. eod.* & quibusdam aliis, translatæ, ab eodem recuperatio vel ablatio *l. 17. l. 57. pr. ff. de evict.* Azo. *in summ. Cod. eod.*

ξ *v. D. 23. th. 109. in m. & D. 27. th. 16.* ο *ib. th. 15.* π *v. th. 16. & th. 20. pr.*

Th. XXXII.

Emptioni semper inest] Nec non Divisioni,

Th. XXXII.

Obligatio ad evictionem præstan-

D. Struv. standam est vel ϱ Tacita vel Expressa: Illa emptioni semper inest, licèt expressè nihil de ea convenerit *l. 60. l. 16. l. 19. ff. de evict. l. 6. C. eod.* tunc simplum, unà cum eo quod interest, per actionem ex empto nomine evictionis emptori præstandum *d. l. 60. 70. ff. d. t.* Hæc est ex stipulatione σ præcedente, ad pretii vel simplum *l. 16. l. 37. ff. d. t.* vel duplum, aut triplum *l. 56. pr. ff. eod.* si res evicta fuerit, præstandum *l. 37.* §. 1. *l.* 17. *& seqq. ff. eod.*

ϱ v. th. 18.
σ ib. th. 19.

ni. vid. sup. *D. VII. th. 22. inf.*

Aut triplum] Atqui Pœna conventionalis duplum excedere non potest. Bronch. C. 2. *enant.* 84. & Interesse non excedit duplum. Autor *infr.* D. *XXI. thes.* 7. Sed enim, neque ut interesse petitur, sed hoc ipso ne difficile probatu interesse petendum sit, certa summa exprimitur; neque etiam ut pœna, quæ stipulationibus facti salvandis inventa est.

Th. XXXIII.

Emptor, cui lis ab alio mota est, eandem venditori, quàmvis scienti, τ simpliciter saltem υ denunciare debet *l. 8. l. 17. l. 20. C. de evict.* idque vel ante vel post litem contestatam, modò non fiat φ propè condemnationem *l. 29.* §. *ult. ff. de evict.* nec excusatur emptor, si fortè ob notoriam caussæ injustitiam denuncia-

τ ib. th. 28. n. 2.
υ ib. p. 44. lin. 2. videtur dissent.
φ dict. th. 28. inf.

Th. XXXIII.

Quàmvis scienti] Nec movet *c. 31. de R. J. in VI.* quòd certus non sit certiorandus. Nam nuda hîc non intenditur notitia, sed informatio de qualitate litis, & imploratio de assistendo. Idem ℞. ad *l. 1. in f. de Act. empt.* vid. Fachin. *L. 2. c. 35. in m.*

Simpliciter saltem] Verius videtur, requiri insuper sollicitationem emptoris ad assistendum; cùm ex nuda significatione & litis intimatione venditor colligere nequeat, utrum

utrum suâ defensione emptor indigeat. Et cui usui alioquin in foro requireretur, ut acta simul transmitterentur: vid. *Ord. process. Elect. Sax. Tit.* 14. *pr.* & Carpzov. *Process. Tit. IV. art.* 3. *num.* 23. Fachin. *d. c.* 35. *pr.*

In foro emptoris] Id quod de venditore parato ac volente declarat, atque ad Fiscum & Clericum extendit Sande *L. 1, T. 1. d. 5.* Sin recuset, denunciatio cum provocatione ad defendendum facienda, & si non compareat, protestatio interponenda, pro regressu habendo. Malè verò citari, & emanens contumax declari petitur, adeoque repulsam 23. *dec.* 1611. in Senatu Frisico tulisse secus facientem, ex *d. l.* patet.

ciationem à se omissam. D. Struv. χ p. th. 33. ubi videtur dissent. esse prætendat. χ Covarr. 3. *resol.* 17. *num.* 6. Factâ verò denunciatione, venditor judicio cœpto assistere, & caussam defendendam in foro emptoris ψ assumere tenetur *l.* 49. *ff. de judic.*

ψ ibid. th. 29.

Tit. III. de Exceptione rei venditæ & traditæ.

Th. XXXIV.

Vel res in dominium] sive verus dominus venditori succedat, factum ejus præstare decet; sive Venditor dominium ex postfacto nanciscatur, contra proprium factum venire, & rem ab emptore avocare non decet: obligatus enim est ipsi, ad rem plenè suam faciendam, sive statim tempore contractûs, sive quandocunque defectum supplere valet:

Th. XXXIV.

Res aliena vendita emptori per evictionem à domino auferri potest, nisi alienationem ratam habuerit. *l.* 4. *C. de usucap. pro empt. l.* 11. *C. de evict.* vel res in dominium venditoris pervenerit; ω quô casu firmatur venditio, neque eandem venditor ab emto- ω *p. D.* 27. *th.* 37. *n.* 1.

 re

D. Struv. * *de qua th. 36. inf.* † *th. 38.* re potest, sed exceptione rei venditæ & traditæ * repellitur *l. 1. pr. ff. de except. rei vend. & trad. l. 17. ff. de evict.* quæ etiam ejus † valet: Malè autem eum impugnat, quem ab aliorum impugnationibus securum præstare obstrictus est. add. sup. *D. 4. th. 27. inf.* heredi *l. 3. pr. & §. 1. ff. de except. rei vend.* & fidejussori obstat. *l. 11. C. de evict.*



DI.

DISPUTATIO DECIMA TERTIA
Ad Lib. XXII. Pandectarum.

Respondente

GEORG. MICH. Modell/ Cur. Var.

Tit. I. de Usuris & fructibus & causis & omnibus accessionibus, & mora.

Th. I.

USum] Omne quod mutui ratione præstatur, Censetur usura. Unde, si quis mutuare nolit, nisi quid sibi vendatur, sub pacto tamen retrovendendi; non emptio, sed mutuum est, & usurarius habetur contractus: sententia in hanc rem extat ap. Carpzov. *p. 2. C. 1. d. 2.* add. Id. *L. 5. Resp. 27.* & *C. 1. decis. 9. n. 2.*

H. e. quantitatis] non solius pecuniæ numeratæ. Species tamen & corpora hinc excluduntur. Vestimenta enim, de quibus *l. 25. C. h. n. t.* æstimata intelligit, & sic vendita, Brunnem. *ibid.* Cœtera solvit Bronch. *C. 1. misc. qu. 83.*

Specialiter fœnus] de horum differentia consul. Vinn. *L. 2. sel. qu. 9.*

Th. I.

QUia contractibus frequenter accedunt Usuræ, *a* eosque reddunt pinguiores, ideò & de iis nunc porrò differendum. Est autem Usura *b* accessio *c. putant. 14. q. 3. l. 12. C. de usur. l. 24. C. de administ. tut.* Duar. *c. 1. pr.* & Cujac. *in parat. ff. de usur.* ad sortem *l. 7. in fin. ff. de reb. cor. l. 19. C. de usur.* quam propter *c* usum *l. 58. §. 6. ff. ad Sc. Trebel. l. 60. pr. ff. pro soc.* sortis h. e. quantitatis principaliter debitæ creditor exigit. Perez. *in Cod. de usur. num. 1.* Quæ pro mutuo exigitur Usura, specialiter Fœnus appellatur *arg. l. 11.*

D. Struv. *a v. D. 27. th. 41.* *b ib. th. 42.* *c thes. 43. n. 2.*

D. Struv. *l. 11. l. 13. §. 1. ff. de usur.* Cujac. & Duar. *dd. ll.* Borcholt. *de usur. c. 2. num. 4.* Rittershus. *differ. jur. civ. & can. lib. 4. c. 11.*

Th. II.

Usuræ instar contractuum, qui frequentantur, usu exigente & humanis necessitatibus §. 2. *Inst. de jur. nat.* introductæ, illicitæ *d* ac malæ per se non sunt, sed ex accidenti, quatenus legitimum modum & rationem humanitatis excedunt, ac cum afflictione & morsu proximi conjunctæ, tales efficiuntur. Vide omninò de hac ardua materia Pet. Heig. *part. poster. quæst. 1. per tot.* Meisner. *p. 3. phil. sobr. sect. 1. cap. 6.* Cothman. *vol. 2. consil. 52. n. 33. & seqq.* Gylman. *tom. 2. Symphor. p. 2. vot. 26. n. 110.*

d dub. 43. p. 49. in m. vers. punitoria.

Th. III.

Debentur Usuræ vel ex mora, *e* vel ex conventione *f* *l. 17. §. 4. l. 32. §. 2. ff. de usur. l. 24. & seqq. ff. depos.* Mora *g* est frustratoria dilatio *l. 3. §. fin. ff. de usur. l. 37. in fin. ff. mand. l. 89.*

e v. th. 41. in f. th. 43. pr. th. 44. p. 50. lin. 3.
f v. th. 46. pr.
g v. th. 65.

Th. II.

Mala per se non sunt] utrum Montes pietatis, quos Canonici & Moralistæ substituunt usuris, his sint justiores, viderint ipsi. Usuras pro furto reputant; & contractuum censu excesse jussas ad crimina relegant, locô inter furta assignatô: quæ pro JUStitia illarum afferantur, vid. ap. Frantzk. *Ex. IX. qu.* 4. Bronch. *C. 2. enant.* 77. & al. Id verò quod interest, petere permittunt. Hinc loca sacra, Ecclesiæ, Hospitalia, sortem unà cum usuris antè, quàm reliqui creditores sua capitalia, accipiunt, eò, quòd nunquàm propriè usuras, sed interesse præsumantur petere. vid. Carpzov. *p. 1. C. 28. d. 171.*

Th. III.

Conventione] eâque non expressâ solùm, sed & implicitâ. Nam & eum, qui bona sua pro damno & eo quod creditoris intererit, pecuniam creditâ suâ die non esse solutâ, obligaverat, ex lapsu diei ad usuras consuetas, in stipulationē nominatim non

non deductas, Senatus Frisiæ *d. 25. Jul. 1606.* & rursus alium *20. Dec. 1609.* condemnavit: quod, uti posteà sæpius factum, ita in stylum abiisse Sandejus *L. 3. T. 14. d. 2.* testatur: Qui & aliam facti speciem ibid. *d. 12.* recenset.

Id quod præstandum] Dummodò sit liquidum: mora enim prius contracta non videtur, quàm certum sit, quid & quantum debeatur. Unde, licèt quis sit condemnatus ad usuras meliorationum, nondum taxatarum, tamen à tempore demum taxationis, non adjudicationis debebit. Id. Sand. *d. l. def. 9.*

l. 89. §. 1. ff. ad L. Falcid. D. STRUVI præstandi id, quod vel à debitore *f* (quod patet) vel creditore *g* *l. 30. l. 39. l. 72. pr. ff. de solut.* venit præstandum; sive in dando sive faciendo consistat. Ea duplex est, Ex re *h* & ex persona *l. 32. pr. ff. de usur.* Arum. *tr. de mora. c. 3.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 220.* Cujac. 13. *obs. 15.*

f ib. 66. pr.
g ib. lin. 3.
h v. th. 67. lin. 4.

Th. IV.

Ex re] & natura causæ; ut creditoris interpellatione & operâ humanâ non sit opus. Jus antevertit factum hominis, & ipsi negocio aliquam vim tribuit, ut Compensationi. Modus ergò in mora constituendi diversus, Effectus idem: lapsum sit tempus, an creditor denunciaverit!

Dies pro homine] Dies adjectus concernit favorem debitoris hactenus, ut antè quàm is appareat, inquietari non debeat. Quotidie tamen ipsum inclamat, & de certitudine existentiæ admonet, ne imparatum

Th. IV.

Ex re, *i* quæ ex solo tempore tardæ præstationis sine hominis interpellatione ipso jure committitur, cujus exempla *vid. l. 3. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. l. 26. §. 7. ff. de fidei-comm. libertat. l. 5. Cod. de act. empt. l. 13. §. 20. ff. eod. l. 2. C. de usur. l. 10. §. 3. mandat. l. 60. ff. pro soc. l. 8. § 1. ff. de condict. furt.* Quò pertinet etiam, si dies *k* solutioni vel à lege, vel ab homine sit adjectus; qui, quando

i v. th. 68. pr.
k ibid.

D.Smav. do venit, pro homine interpellat. *l. 12. C. de contr. stip. l. 2. C. de jur. emphyteut.* Gabriel. *lib. 3. concl. 9. tit. de solut.* Duar. *ad l. 77. ff. de V. O.* Quod tamen de obligatione sub conditione, *l ib. vers. In obligationibus.* *l* si hæc extiterit, non perinde est dicendum. *arg. l. 32. pr. ff. de usur.* Bart. *in l. 59. ff. de V. O.* Bachov. *ad Trl. vol. 2. d. 3. th. 7. lit. D.*

tum inveniat. Securitatis itaque & oscitantiæ pœna est, ut moræ reus habeatur, conf. etiam Bronch. *C. 2. enant. 81.*

Non perinde] Conditionis existentia incerta est, & imparatum multoties obruit; quin spes, eam nunquàm extituram, securum multoties reddit debitorem, ut excusandus sit, cui ex improviso quid accidit.

Th. V.

m th. 67. lin. 6. Ex persona *m* h. e. vitio & culpa personæ contrahitur mora, si interpellatus opportunô tempore & locô non solverit aut præstiterit, quod debebat. *d. l. 32. pr. ff. de usur.* *n ib. p. 62. lin. 5.* sufficit autem unica *n* interpellatio *l. 87. §. 1. ff. de legat. 2. l. 122. §. 5. ff. de V. O. l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 13. §. 1. ff. de oper. no. nunc.* sive ea judicialiter *l. 1. & 2. C. de usur. rei jud. l. 22. ff. de R. C.* sive extrajudicialiter facta sit, *l. 32. pr. ff. de usur. l. 82. §. 1. l. 91. ff. de V. O.* Gœdd. *de contrah. stipul. c. 11. n. 65.* Menoch. *de A. I. Q. d. cas. 220.*

Th. V.

Sufficit unica] Solennis scil. denunciatio testatò facienda; minus solennis, quæ Instantia dicitur, inter creditorem & debitorem reiterari debet: *d. l. 32. §. 1.* Ad factum autem pertinet, priorem illam aliquoties in *d. l. 122. de V. O.* repetitam fuisse; de jure non fuit opus. Cujac. *tr. 8. ad Afric. in l. 27. ff. h. t. p. m. 576.* Nam dispositio ut aliquid fiat, etiam primò actu adimpletur. *arg. l. 89. §. 2. ff. de V. S.*

Th. VI.

Th. VI.

Ob solam moram] frustra in contrarium allegari solitis *l. 1. §. 1. ff. h. t. & l. 5. C. de Act. empt.* ad quas Bronch. *C. 1. misc. qu. 84.* respondet. Hinc, licèt emptori ob imminens evictionis periculum, usque dum sibi caveatur, pretium liceat retinere, Petr. Heig. *part. 1. qu. 31. n. 54. seqq.* Post præstitam tamen cautionem sortem cum usuris venditori solvere teneri, Hartm. Pist. *L. 3. qu. 6* Matth. Berlich. *p. 2. pract concl. 38. n. 15* statuunt, & ita *19. Jul. 1613.* in curia Leowardiana Frisiorum judicatum. Debuisset enim ad moram purgandam, obsignatum in judicio deponere: quare dictæ Curiæ Senatores alium usque ad tempus obsignationis in usuras damnarunt. *20. Dec. 1622.* Sande. *L. 3. T. 14. d. 5.* add. Fachin. *L. 2. c. 31*

Idem in legatis] ob favorem ultimarum voluntatum, quas cunctabundi solent heredes in hoc passu adimplere. add. Aut. *infr. XVII. 21. in m.* Bronch. *C. 2. enant. 90.*

Aliter in stricti juris] Add. Autor *sup. VII. 17.* Bronch. *C. 2. enant. 82.* Hinc, licèt creditor in unum annum usuras stipulatus, innuere videatur, gratuitò se mutuari nolle; debitorem tamen ulterius moras nectentem Senatus Frisicus in ulteriores non damnavit quàm erant promissæ. Sand. *L. 3. T. 14. d. 1.* Quidquid autem promissum, strictè servandum, adeò ut Fidejussor pro reo simpliciter

Th. VI.

In contractibus b. f. *o* ob solam moram commissam à tempore moræ usuræ debentur. *d. l. 32. §. 2. ff. de usur. l. 17. §. 4. eod. l. 2. C. depos.* Bart. *in l. 3. n. 3. C. de usur.* Idem etiam in legatis obtinet *p* ac fideicommissis, quæ quoad hoc negotiis bonæ fidei comparantur. *l. 3. ff. de usur. l. 34. eod. l. 3. C. in quib. caus. in integr. l. 92. ff. de condit. & demon. l. 1. §. 13. ff. ut legat. nom. cav.* Aliter sese res habet in negotiis stricti *q* juris, in quibus nec à tempore L. C. usuræ debentur *l. 3. & ibi* Donel. *C. de usur.* Gœdd. *de contr. stipul. c. III. concl. 9.* Arum. *tr. de mor. c. 8. n. 13.*

D. Struv. *o v. ab. 44. & 55.* *p th. 45. exc. 1.* *q d. th. 45. pr.*

acceptus, ad usuras quoque ab illo promissas, nisi ipse exceperit, teneatur. Scab. Lips. M. Mart. 1631. Carpzov. *p. 2. C. 19. d. 8.* Fructûs autem à tempore L. C. etiam in strictis judiciis veniunt. Bronch. *C. 2. enant. 86.*

D. Struv.
r v. th. 46.
pr. j. th. 55.
s v. th. 47.

t th. 46. p. 51. pr. & Vl. 26.

u d. th. 46. in f. n. 1. & Vl. 20.
x d. th. 46. in f. n. 2.
y ib. p. 51. lin. 5. & Vl. 20.
z d. th. 46. in f. n. 3.

a d. th. 46. in m. vers. Si quis tamen.

Th. VII.

Conventio, ex qua usuræ debentur, est vel stipulatio *r* vel pactum. Ex stipulatione *s* usuræ indistinctè debentur, sive stricti juris sive bonæ fidei contractui adjiciatur. *l. 1. l. 3. C. de usur. l. 11. & l. seq. ff. eod.* Ex pacto in contractibus b. f. si in continenti *t* iis sit adjectum *l. 4. C. de usur. l. 17. §. 4. ff. eod. l. 24. l. 26. §. 1. ff. depos. l. 34. pr. ff. mandat.* debentur, in illis verò qui sunt stricti juris, non debentur *d. l. 3. C. de usur. l. 24. ff. de præscript. verb.* nisi in certis casibus, ut in mutuo *u* civitatis *l. 17. §. 5. l. 30. l. 43. ff. de usur.* argentariorum, *x Nov. 136. c. 4.* certarum specierum *y* frumenti, olei, hordei *l. 12. C. de usur.* & pecuniæ *z* trajectitiæ *l. 7. ff. de fœn. naut.* Boeer. *cl. 4. d. 20. th. 21. & seqq.*

Th. IIX.

Usuræ pactô promissæ, licèt peti nequeant in contractibus stricti juris, solutæ tamen condictione indebiti non repetuntur, *a* nec in sortem

Th. VII.

Vel stipulatio] vid. Aut. *sup. D. 8. th. 7.*

In continenti] vid. Aut. *sup. D. 2. th. 23.* & Pac. *C. 9. enant. 45.*

Qui sunt stricti juris] Insertâ tamen distinctione inter res fungibiles, ubi usuræ propter incertam & variantem æstimationem admittuntur; & pecuniam numeratam, ubi regulariter non admittuntur. Exceptiones tamen Autor habet.

Mutuo civitatis] Et sic limitatur *th. 4. in f. sup. D. 8.*

Pecunia trajectitia] vid. infr. *th. 13. h.*

Th. IIX.

Condictione indebiti] de qua vid. *sup. D. 8. th. 28.* Ratio latet infra in D. 22. *th. 15.* Exemplum adfuit sup. *D. 9. th. 22.* *Per*

sortem imputantur, cùm naturaliter fuerint debitæ *arg. l. 13. ff. de condict. indeb. l. 10. ff. de O. & A. l. 26. pr. ff. de condict. indeb. l. 3. C. de usur.* Imò & per retentionem β pignoris usuræ pactô promissæ servari possunt *l. 4. & ibi* Sichard. *C. de usur.* Adde Umm. *disp.* 21. *ad proces. n. 34.* Bach. *ad vol.* 2. *Trl. d.* 3. *th.* 3. *lit. C.* Cæterùm non solùm ex mora & conventione, verùm etiam ex longa earundem præstatione γ usuræ deberi incipiunt. *l. 1. C. de fideicom. l. 6. & l. 13. pr. ff. de usur. l. 20. C. de agric. & censit. lib. XI. l. 5. l. 8. C. de usur.*

D. Struv.
β *v.* xxi. 30. & xxvi. 42.
γ *v.* xxvii. 46. *in m.*

Th. IX.

Quantitas usurarum apud Romanos non eadem δ semper fuit. Jure Justinianeô, exceptis quibusdam casibus, quibus centesimæ ε debentur; exceptis item mercatoribus, qui bessales; & Illustribus, qui trientes usuras accipere possunt, communiter pro cæteris semisses usuræ sunt determinatæ *in l. 26. §. 1. C. de usur.* Hodiè novissimô Imperii jure ζ quincunces usuræ, ad modum emptionis annuorum redituum, η qui sub alio no-

δ *ib. th. 49. pr.*
ε *ib. p. 52. inf.*
ζ *ib. p. 53. post. m. vers. Hodie.*
η *de quib. v. th. 58. seq.*

Per retentionem] vid. sup. *D. 12. th. 13.*

Longâ præstatione] Scil. ubi dubium est, præcesseritne aliqua stipulatio, ex longa præstatione firmum oritur argumentum. Quòd si reverâ præcessisse certum est, tenebitur & in futurum. Ita supremus Sabaudiæ Senatus apud A. Fab. *Cod. L. IV. T. 24. d. 1.* & aliquoties Curia Frisica apud Sandej. *L. 3. T. 14. d.* 4. frustra dissent. Pac. *C. 5. enant. 42.* & Bronch. *C. 2 enant. 83.*

Th. IX.

Qui sub alio nomine] An pensionum & annuorum redituum emtio venditio realiter à stipulatione usurarũ differat? vid. Franzk. *Ex. IX. qu. 5.*

Passim tamen semisses] In Electoratu Saxoniæ sextus florenus collectæ nomine Magistratui solvitur. Carpz. *p. 2. C. 30. d. 1. num. 12* alioquin debitorem ad collectas de hac pecunia

D.Struv. mine nihil aliud, quàm usuræ sunt, Pet.Frider. *de mand. c.72. n.6.* Cothman. *vol. 2. consil. 52. n. 69. & seqq.* Rittershus. 4. *differ. jur. civ. & can. c.12.* permittuntur. Reform. Ordin. Polit. de anno 1548. & 1577. tit. Von wucherlichen Contracten. Gail. 2. *obs. 4.* passim tamen semisses exercentur de consuetudine, quæ hîc potissimùm inspicienda *l. 1. l. 37. ff. de usur.*

nia præstandas, ne quidem suâ conventione firmiter obligari, decisum refert Id. *ib. d. 25.* Pro more Frisiæ septunces usuræ sunt licitæ. *Lib. 1. ordin. Tit. 9. §. 3.* Sandej. *L. 3. T. 14. d. 3.* In mutuo tamen permittitur locô usurarum τὸ interesse petere: quod, si quis ob difficultatem liquidare & probare nolit aut non possit, permittitur locô ejus quincunces usuras exigere; quibus, si contentus esse velit, interesse probare non cogitur. Riemer. *Decad. IX. qu. 6. p. 2. Const. El. 30.* ubi Carpz. *d. 8.* præjudiciis id confirmat. Eodem modô *14. Maj. 1605.* in Frisia judicatum refert Sand. *dict. d. 3.*

Th. X.

Usuræ modum hunc, qui legibus aut moribus frequentatur, excedentes illicitæ sunt. Prohibitæ imprimis etiam usuræ θ usurarum *l. ult. C. de usur.* licèt anteà in sortem ι fuerint redactæ. *l. 26. §. 1. ff. de condict. indeb. l. 28. C. de usur.* Tales igitur ullo modô vel sub quocunque colore extorquentes, Usurarii & x Fœneratores dicuntur, quorum pœna λ de jure Justinianeo est infamia *l. 20. C. ex quib. caus. infam. irrog.* Ex novissimis verò Imperii sanctionibus de *sup. dd. annis sub tit.* von wucher=

θ *v. ib. 50. pr.*
ι *ib. ampl. n.*
x *ib. 54. in f.*
λ *v. XXXII. 3. n. 5. & m. 113.*

Th. X.

Modum excedentes] Tripliciter circa usurarum exactionẽ peccari potest. (1.) quantitatem præscriptam supergrediendo, & bessales aut centesimas exigendo: & has licet condicere tanquàm indebitas: Senatus itaq; Frisicus *22. Mart. 1613.* cum alio debito compensare permisit. Sande: *ib. d. 7.*

Licet in sortem] (2.) Usuras de usuris sumendo

wucherlichen Contracten pacta usuraria invalida & nulla μ pronunciantur, & usurarii insuper quartâ parte sortis multantur, Denaiſ. *in compend. jur. Cam. tit. de contract. usur.* etiam & alia extraordinaria pœna affici possunt. Clar. *e. sent.* §. *usura num. 5. Menoch. de A. I. Q. cas. 398.*

μ D. [illegible] *pr.*

do. Si tamen persona debitoris mutetur, converti utiq; in sortem, & usuræ pro iisdem deberi possunt. Sic, quàmvis Tutor usuras quas pupillo debet, à se ipso exigere, & in usûs pupilli vertere tenetur, si tamen neglexit, non possunt in sortem converti, & usuræ propter illam exigi: Secus tamen in illis, quas ab aliis pupilli debitoribus exegit; & ita Senatus Fris. 27. *Oct. 1606.* censuit. Sande *L. 3. T. 14. d. 6.*

Quorum pœna] de qua vid. Bronch. *C. 2. enant. 55.* Elector Sax. postquàm animadvertit, quòd mulcta quartæ partis de sorte per *R. J. 1550. & 1555.* & mandatô Christiani El. Sax. *21. Oct. 1609.* ad cöercendum crimen non sufficiat, totius sortis jacturâ 28. Apr. 1615. cum exclusione ab usu sacræ cœnæ, testamenti factione, & honesta sepultura, bonaque existimatione introduxit, reservatâ sibi corporali, pro circumstantiarum ratione, infligendâ pœnâ.

Th. XI.

Usurarum debitum tollitur vel in totum vel pro parte. In totum, omnibus illis modis, quibus *ν* obligatio principalis exstinguitur *arg. l. 129. §. 1. l. 178. ff. de R. I. l. 13. l. 26. C. de usur.* ad quos imprimis etiam refertur oblatio *ξ* sortis cum usuris, consignatio, & in loco publico depositio *l. 2. l. 6. l. 9. l. 11. l. 19. C. de Usur.* Pro parte usuræ deberi desinunt, si de majoribus usuris, quas stipulatus erat, creditor remiserit,

ν thes. 56. n. 1.

ξ vid. ib. n. 2. 5. th. 71. n. 3. p. 63. inf. & D. 47. th. 79.

Th. XI.

Quib9 obligatio principalis] vid. infr. D. 23. *th. 16.* & sup. D. *12. th. 25. seq.*

Oblatio sortis] vid. not. *th. 6. b. verb. ob solam morum.* it. D. *12. th. 25.* Aliquando tamen sola sufficit, absque reali depositione. vid. Bronch. *C. 2. enant. 79.*

Remiserit] At verò, si debitor ad tempus sol-

D.Struv. o d.th.71. n. 1.j.th. 47.lin.4.

ferit, o & pro majoribus per multos annos minores acceperit *l.5.l.8.C.h.t.*

solverit, posthac non teneri statuitur in *l.28. C. de Pact.* cur E. ex natura relatorum non idem in creditore; cùm certum utique sit, majores ipsi deberi? An proniores sumus ad liberandum, quàm obligandum; an, quod videtur, odium usurarum non admittit argumentum & paritatem? Cùm & in civitate creditrice, cœteroquin satis favorabili; nec non in annuis reditibus idem obtineat. v. Carpzov. *p. 2. C. 2. d. 5.* Brunnem. *ad l. 5. C. h.*

Th. XII.

Sed quid, si sortem usuræ æquaverint, num creditor eas porrò π exigere potest? quod de jure nostro præcisè negandum *l. 26.* §. 1. *ff. de condict. indeb. l. 9. pr. ff. de Usur. l.* 13. §. *26. l. 44. ff. de act. empt. l. 26. ff. de V. O. l. 10. l. 27.* §. 1. *C. de Usur. Novel. 121.* 138. paucis casibus exceptis ρ quos notat Umm. *disp.* 21. *n. 48.* Sed hoc jus in desuetudinem abiisse, & hodie intra alterum tantum cursum usurarum non cohiberi, testantur Pet. Surd. *consil. 302. n. 2.* Pet. Frider. *de mand. c. 73. n. 6.* & hos secuti Cothman. *vol. 2. consil.* 52. *n.* 259. Christoph. von Hagen *de usu usur. c. 5. num.* 128. 162. & 230. Anth. Matth. *Colleg. pand. disp. 30. th. 25.* Rescriptô autem seu indultô σ moratoriô debitori concessô, cursus usurarum intereà non sistitur. Ant. Fab. *lib.* 1. *Cod. tit. 9. def.* 8.

π v. th. 52.

ρ ib. th. 53.

σ v. D. 44. th. 32. in m. dissent.

Th. XII.

Sortem æquaverint] Tertius excessus circa usuras; Exigere ultra alterum tantum.

Jure nostro] cui Frisii firmiter inhærent, adeoque censuit Senatus aliquoties, cursum usurarum ipso jure sisti. Sande: *L. 3. T. 14. d.* 5. ultra modum verò solutas condici, nec non cum alio debito compensari permisit 22. Mart. 1613. Id. *ib. d. 7.*

Casibus exceptis] de Usuris rei judicatæ, testatur. Id. *ib. d. 11.*

In desuetudinem hodie] de Electoratu Sax. vid. *nov. Decis. 29.* de Brandenburgico Brunnem. *ad d. l. 10. C. h.*

Indultô moratoriô] vid. itid. *noviss. Decis. Elect. Sax. 30.*

Tit.

Tit. II. de Nautico fœnore.

Th. XIII.

Fœnus nauticum] Quod, an jure Canon. approbatum, an verò per *c. f. x. de Usur.* damnatum? inter Interpretes nondum constat: Aliis negativam asserentibus: ad hoc sc. ut jurium harmoniam conservent: inter quos noviter est Dn. Brandmyll. *in suis differ. verb Nauticum fœnus. pag. 245.* Aliis alias declarationes adjicientibus. vid. Fachin. *L. 2. c. 48.* Zœs. *Comm. ff h. n. t. n. 4.*

Ut supra] *th. 7. in f. hic.*

Contra naturam mutui] de qua conf. *sup. D. 8. th. 8.*

Centesimam] de qua vid. *th. 9. h.*

Th. XIV.

Assecurationem] vocabulô recentiori & minus latinô; Res ipsa tamen veteribus sub Aversione periculi, ipso Autore innuente, cognita fuit. v. Hering. *de*

Th. XIII.

Pecuniæ trajectitiæ, quæ trans mare vehenda creditur, *l. 1. ff. de fœn. naut.* usura, dicitur fœnus σ nauticum *t. ff. & C. de fœn. naut.* quod non solùm ex stipulatione, sed etiam ex nudo pacto, ut suprà τ dictum, expresso tamen debetur. *l. 7. ff. & l. fin. C. d. t.* Proprium & effectus ejus est, ut contra naturam mutui *l. 11. C. si cert. pet.* §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. obl.* periculum υ pecuniæ mutuo datæ sit creditoris *l. 1. ff. & C. de fœn. naut.* nisi culpâ quâdam debitoris casus & amissio ejus acciderit. *l. 3. C. eod. arg. l. 22. ff. de negot. gest. l. 5. §. 4. ff. commod.* Potuit hoc fœnus nauticum olim excedere usurã centesimam φ Paul. 2. *sent. 14.* nunc verò ad centesimam χ est redactum *l. 26.* §. 1. *C. de usur. Nov. 110.* Donel. *ad d. t. Cod. num. 2.*

D. Struv. σ v. D. 27. th. 72. τ th. 46. inf. n. 3. υ ib. th. 73. φ d. qua th. 49. ib. χ dict. th. 73. in m.

Th. XIV.

Quod de pecunia nautica constitutum, in pecunia quoque terrestri itinere ψ prædonibus infestô, periculô creditoris transvehenda, cùm eadem adsit ratio, Perez. *in Cod. d. t. n. 6.* & in aliis casibus, in

ψ ib. th. 74.

D.Struv. quibus creditor periculum subit, locum habet *l. 5. C. eod.* Pac. *in synopsi: ibi. n. ult.* Pertinet igitur huc Contractus avertendi periculi, quem Assecurationem *a* vocant, quô quis casum adversum rerum quarumvis pro pretio convento in sese suscipit: in celebrib9 emporiis præsertim maritimis usitatissimus, de quo vid. Pet. Santernæ Lusitani tractatum *de Assecurat. & sponsion. mercat. c. 1. & seq.*

a v. D. 25. thes. 46. seqq.

de Fides, cap. 18. in f. Grot. *de J. b. & p.* L. 2. *c. 12. n. 3. in f.* & est contractus ille innominatus, Facio ut des: h. e. suscipio mercium tuarum periculum in me pro præmio. Fr. Stypman. *de Jur. marit.* L. 4. c. 7. n. 21. & 45. *cum seqq.* Solent aliquando pacta de loco, tempore & genere casûs adjici. Contra casum autem, non culpam adhibetur, nec assecurans tenetur, si merces prohibitas transvehat nauta, & publicentur.

De quo vid.] Beneventuti Strachæ tract. de Assecur. Sigism. Scacciam, Rutger. Rulandum, Nicol. Schafhausen/ & qui hos laudat Dn. Joh. Marquart. *tr. de Jur. merc. sing. L. 2. c. 13.* de Assecurat. mercat.

Tit. III. de Probationibus & præsumptionibus.

Th. XV.

Frustrà quis ex obligatione convenitur, nisi actor eandem allegans probet, quia illo nihil probante *a* reus absolvitur *l. 4. C. de edend. l. 9. C. de O. & A. l. 2. Cod. de probat.* Hinc & inter Contractûs ac q. Contractûs agendum de Probatione, quæ est *b* rei dubiæ per modos legitimos Judici facta ostensio *l. 3. & 4. cum multis aliis C. de probat.* vel demonstratio. *l. 19. & l. 23. C. d. t.* Azo. *in rubr. Cod. eod.* Bach. *ad vol. 2. Trl. diß. 4. th. 1. lit. A.*

a v. XXIIX. 13. lin. 5.

b il. th. 2.

Th. XV.

Reus absolvitur] Atqui quandoque ipsi, quandoque actori jusjurandum defertur. sc. si scil. aliquid hinc inde probatum. Autor de Nihilo probato loquitur. add. Id. *sup. D. 5. th. 22.* & Bronch. C. 1. *misc. qu. 35. obs. 3.*

Th. XVI.

Th. XVI.

Semiplena] graduum differentiam, non specierum distinctionem subinnuit puto: quia ob effectu & operatione desumitur. Frustrà ergò *Opp.* Quodcunque in se est imperfectum, ejus nulla in jure operatio: per *l. 9. pr. ff. de contrah. empt.* Nam imperfectio semiplenæ probationis non latet in ejus essentia, sed effectu; aut in opinione Judicis, qui plenè victus vel captus eâ non est: omnis enim effectus probationis à Judicis arbitrio pendet. *th. 20. pr. h.* vid. Hillig. *D. E. Lib. 24. cap. 19. lit. I. K. L. seqq.*

Th. XVI.

Dividitur probatio in plenam, *c* & semiplenam. De plena nemo est qui ambigat. Semiplena verò, quam Duar. 2. *disp. 53.* Donel. *de jurejur. c. 11. n. 3.* impugnant, non obscurè *l. 5. l. 6. C. de probat. c. ult. ext. de jurejur.* adstruitur, etiam *art. 23. Constit. Crim. Caroli V. ibi:* Dieselbe ist als eine halbe Beweisung, confirmatur; cùmque in foro recepta frequentetur, non est, cur eam reprobemus. Masc. *de probat. vol. 1. q. 4. n. 11.* Gail. 2. *obs. 20. n. 5.* Mynf. 1. *obs. 68. & 93.*

c D. Strauv. *v. ib. th. 5. j. th. 11.*

Th. XVII.

Actor] Quod autem in *l. 22. C. de Fals. & l. f. C. de Abolit.* in criminibus Falsi & læsæ Maj. probationes utrinque requiruntur, Non fit, quasi necessaria sit à parte Rei, aut ejus onerandi gratiâ; sed favorabiliter & hypotheticè, quando sc. is nolit fidem Actori facilè tribui; aut ex promiscuis ejus probationibus condemnari. *v.* Bronch. C. *1. misc. qu. 85. in f.* Carpz. *Process. T. 12. art. 1. n. 2. seqq.* Autor *sup. D. 5. th. 22.* *Non-*

Th. XVII.

Actor *d* agendo ipso factô probationem in se recipit. *l. 21. ff. l. 8. l. 23. C. de probat. §. 4. in f. Inst. de legat.* Ita & reus, cùm per exceptionem fiat actor, *l. 1. ff. de except.* si excipiendo *e* contra actorem aliquid asserit, in eoque se fundat, ad illius probationem se adstringit *l. 9. l. 19. pr. ff. de pro-*

d D. 28. *th. 6. lin. 4. p. 66. in f.*

e ib. p. 67. lin. 2.

D.Struv. *probat.* Et summatim: Quicunque aliquid in judicio intendit, allegat, affirmat, illud ipsum sive reus sit, sive actor, Judici probare tenetur *l. 12. ff. eod.* quod nonnnnquam etiam neganti *f* incumbit *l. pen. §. 2. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim. l. 13. ubi* Donel. *C. de non num. pecun. l. 14. C. de contr. stipul.* §. 12. *Inst. de inutil. stipul.* Gail. 1. *de p. p. c. 18. n. 14.*

f ib. in m. vers & aliquando tenetur.

Nonnunquàm neganti] Sicuti non entis nulla prædicata; ita colorare non habet opus, qui factum planè negavit. Casûs tamen exceptos in *l. 13. C. de Non num. pec. l. 18. C. de Probat. l. f. C. de R. Cr. & sim.* latere, putat Bronch. *C. 2. enant. 95.* Videtur etiam inter exceptiones s. negationes steriles, & prægnantes distinguendum. conf. Vinn. *L. 2. sel. qu. 12.* Hahn. *Wes. h. n. 6. p. m. 84.* Carpz. *Process. T. 13. a. 1. n. 16. seqq.* Fr. Herculanus, Perusinus; & Martinus de Fano, *in Tr. de Prob. neg.*

Th. XIIX.

Probanda autem veniunt (1.) quæ sunt facti, *g* non juris, *h l. 16. C. de probat.* Duar. *ad tit. de probat. c. 3.* (2.) Dubia & incerta, seu de quibus in judicio controvertitur; *l. 4. l. 5. ff. d. t.* non, Liquida, certa, & notoria; *i* Menoch. *de A. I. Q. cas. 166.* Mascard. *vol. 2. concl. 1105. & seqq.* Gail. 2. *obs. 26. n. 21.* (3.) ad caussæ decisionem *k* pertinentia *l. 23. ff. de probat.* non aliena *l. 11. ff. eod.* juxta illud: Quæ probata non relevant, ad probandum non admittuntur. *l. 22. C. d. t.* Gregor. Tholos. *L. 48. c. 9. n. 8.* Gail. *1. obs. 81. n. 1.* nec solùm ipsum factum, sed

g v. ib. th. 9.

h th. 8.

i d. th. 9. in f.

k th. 10. n. 1.

Th. XIIX.

Quæ sunt facti] An sola? Vinn. *L. 2. sel. qu. 11.* Sic Consuetudinem probandam asseruit Aut. *sup. Diss. I. th. 25.*

Notoria] recurre ad *D. 2. th. 14. sup.* ubi, An in notoriis citatio necessaria?

Nec solùm factum] h. e. quia Rei negant narrata prout narrantur, ideò non solùm res ipsa, sed & rei modus probandus, sive, omne id quod fuit in intentione, verificandum

sed & qualitas ejusdem, quae caussa est alicujus effectûs, seu rei quae petitur, probanda *l. 4. §. 12. ff. vi bon. rapt.* Gail. 1. *O. 3. n. 5.* Mynf. 1. *obs. 40. & 4. obs. 80. & passim. Dd.* D. STRUV.

dum in probatione. Sic qui ob homicidium dolosum petiit caput amputari, non absolvit officium suum, factum probando, nisi & dolum probet, aut certè reum suspicionibus gravet, ut se ipsum purget.

Th. XIX.

Probatio regulariter fieri debet post litem *l* contestatam *t. t. extr. ut lit. non contest.* Wesemb. *par. ff. de probat. n. 8.* & intra terminum *m* vel à lege aut statutô, vel arbitriô Judicis *l. 1. C. de dilat. c. inducia. 3. q. 3.* praefixum, qui fatalis ac peremptorius *l. 7. C. eod.* nî ante finem ejus justô impedimentô probatô secunda aut tertia dilatio, *n* ac denique cum legali solennitate quarta fuerit impetrata. *Novel. 90. c. 4.* Gail. *1. obs. 91. num. 5.* Mynf. 1. *obs. 72.*

l D. 23. th. 12. requis. 2.

m ib. requ. 4.

n de qua conf. D. 8. th. 37.

Th. XIX.

Regulariter post L. C.] uti *infra th. 30. h.* de Testib. denuò inculcatur. Nescitur enim adhuc, an & quid probandum, quia litem reus negativè non est contestatus. Quare nihil agit Actor, unà cum libelli exhibitione instrumenta quoque producendo, nisi talia sint, quae paratam habeant executionem. Carpz. *p. 1. C. 17. d. 9. seq.*

Intra terminum] qui Jure civ. arbitrarius, pro caussae qualitate. Geil. 1. *Obs. 53. & 91.* Jure Sax. sex septimanarum & trium dierum, Landr. *L. 1. a. 62. & Const. El. 16. part. 1. Ord. Process. El. Sax. Tit. 20. pr.* Duo tamen menses indulgentur ei, cui jus braxandi cerevisiam probare injungitur. per *Ord. Provinc. 1555. Rubr.* Brauen/ Schencken. *vers.* Daß die von der.

Fatalis] vid. infr. *D. 25. th. 11.*

Dilatio] vid. sup. *D. 2. th. 18.*

Th. XX.

D. Struv. *o v. xxiix. 13. pr.* Proprium probationis quidem est, quòd sit arbitraria, *o* h.e. quòd Judicis prudentis arbitrio & discretioni, quantum illi tribui debeat, sit relinquendum *l. 3. §. 1. ff. de testib.* Gutierrez. *3. pract. quaest.* 12. *num.* 12. *& quaest. 96. n. 8.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 90.* id tamen perpetuum, quòd in rebus arduis, quales *p v. th. 11. inf.* imprimis sunt criminales, *p* & famosae, non alia, quàm certa ac luce, *q conf. ib. th. 10. inf.* ut ajunt, meridianâ clarior *q* admitti debeat. *l. 16. C. de poen. l. fin. C. de probat.* Farin. *in prax. crim. q. 86.* Gomez. *3. resol.* 12. *n. 25.*

Th. XX.

Arbitraria] Quia in judiciis super factis dubiis, iisque praeteritis litigatur, quae videri amplius nequeunt, ideò repraesentanda Judici sunt, his coloribus, qui ad fidem & assensum excitandum sufficiant. Et quia fides una ex rebus liberrimis est, imperari nullatenus vult, adeò ut nec Imperator dare modum voluerit, in *d. l. 3. §. 1. de Testib.*

In rebus arduis] conf. ergò sup. *D. 8. th. 15. in f. & th. 20. pr.*

Th. XXI.

Quod dictum est, illum, qui quid asserit aut intendit, probare *r* teneri, *r v. th. 6. pr.* locum habet, nisi *s* pro eo sit praesumptio *s conf. ib. th. 14.* *l. 16. C. de probat. l. 8. l. 9. l. 25. pr. vers. fin. ff. eod.* non adeò *t* juris *t conf. th. 16. in m.* & de jure, quae *u* plenae *u th. 19. ib.* probationi par, & non solùm ab eadem relevat, sed nec facilè probationem in contrarium admittit *l. 22. C. ad Sc. Vell. l. ult. C. arb. tut.*

Th. XXI.

Juris & de jure] Divisio haec iterum non tam generis est in species, quàm qualitatis in suos gradus. Praesumptio enim est quasi assensus Judicis conditionatus, & interimisticus, quem in defectu veritatis & essentiae rei, fundat super conjecturis, affinibus, qualitatibus, circumstantiis: prout illarum quaeq; ad rem & veritatem ipsam propius accedit, ita fortius quoque probat; ut aliam jus absolutè solùm subsistere permittat, aliam verò exarmet, ut contrariis quoque resi-

resistere possit. Ita ex concubitu sponsorum arguitur matrimonium, tam fortiter, ut eorum alteruter negans, ad contrariam probationem non admittatur. Idem esse perhibent in lapsu biennii contra chirographum.

Ex chirographo] vid. sup. *D. 2. th. 24. & D. 12. th. 26.*

Ex possessione] vid. infr. *D. 20. th. 24.*

tut. l. 15. §. 3. ff. de re jud. D. Struv. Menoch. *L. 1. de præsumpt. q. 33. n. 1. Dd. comm.* verùm de præsumptione, quæ dicitur juris, *x*, est intelligendum *d. l. 16. C. de probat. l. 12. l. 24. ff. eod.* Menoch. *d. q. 33. num.* 2. qualis est, quod v. c. ille, qui versatur in re prohibita ac illicita; censeatur esse in dolo *l. 41. ff. ad L. Falcid.* ex chirographo cancellato *y* aut scisso arguatur liberatio *l. 24. ff. de probat.* ex possessione *z* dominium, Menoch. *6. pr. 69. n.* 13.

x v. th. 18.

y v. VI. 34. p. 193. lin. p.

z v. XLII. 23.

Tit. IV. de Fide instrumentorum, & amissione eorum.

Th. XXII.

Quod publicâ Judicis] quod in loco judicii & apud acta conficitur, verè publicum est, nec aliam solennitatem requirit; De his verò, quæ privatim facta confirmanda sunt, disputatur, an vel subsignatio vel subscriptio sufficiat, an utraque requiratur? *In Francia* consuetum fuit, ut contractibus, privatorum sigillô publicô muni-

Th. XXII.

Probationis Inartificialis *α* dictæ species præcipuæ sunt, Instrumenta & Testes *l. ult. C. de probat. l. 2. C. de testib. l. 22. ff. ad L. Cornel. de fals.* Instrumentum est *β* scriptura ad probationem negotii in illa contenti confecta *l. 5. C. de probat. l. 6. ff. de edend.* Dividitur in *γ* publicum & privatum. *l. 5. C. de probat. l. 19. C. de fid. instrum. Nov. 49. c. 2.* Illud est, *δ* quod publicâ Judicis vel Magistratûs autoritate confectum *l. 3. C. sine cens.* vel

α conf. XXIIX. 3.

β ib. th. 21.

γ ib. th. 22.

δ ib. 28. ib.

Th. XXIV.

Ad substantiam] Exempla sunt (1.) in Lege, *sup. D.I. th.20.* (2.) Legitimatione per subseqv. matrimonium, *ib. th.29.* (3.) Emptione, *D. 11. th. 2.* (4.) Emphyteusi. *ib. th.25. in f.* conf. Bronch. *C. 1. Misc. qu. 57. 89.*

Instrumentô amissô] Planè ut in Pignore. *sup. D. 12. th. 28.* Nec facit, contractum chirographarium ex scriptura tanquàm essentiâ constare: quia hoc facit ad eum introducendum & probandum, non verò ad conservandum. Dist. inter actum scribendi, qui in aliquibus contractibus tanquam solennitas requiritur; & inter scriptum instrumentum.

Th. XXIV.

Scriptura, seu Instrumentum, ad substantiam contractûs non pertinet, η sed ad ejus saltem probationem, *l. 12. C. de probat. l. 4. ff. de pignor.* si verò ab initio per scripturam contrahi placuerit, θ ante hanc perfectam & omnibus numeris absolutam, obligatio non est contracta *l. 17. C. de fid. instrum.* Cæterùm instrumentô amissô, ι cùm fides aliter fieri possit Judici, ipsa obligatio neutiquàm intercidit *l. 20. & seq. C. de probat. l. 1. 4. & seqq. C. de fid. instrum.*

D. Struv. η v. D. 28. th.34. xxx. 16. xxiv. 31. in f. conf. xxvi. 6. in f. θ v. xxiii. 22. ι d. th. 34.

Th. XXV.

Plenam fidem] sicut dicere antevertimus *ad th. 12.*

Nec testes desiderant] Exemplum est in pactis dotalibus judicialiter insinuatis, *infr. D. 14. th. 23.* de Testamento ad acta relato, vel Principe exhibito, dicendi occasio erit infr. *D. 16. th. 3. & 6.*

Th. XXV.

Instrumenta publica legitimè confecta plenam faciunt fidem, κ iisque perinde ac duobus vel tribus integræ fidei testibus est credendum, *l. 15. C. de fid. instrum.* imò quæ absolutè publica sunt, apud acta scilicet publica, seu per Magistratum & ordinarium Judicem confecta, testibus sunt potiora *l. 10. ff. de probat.* nec testes ullos desiderant *l. 31. C. de donat. l. 19. C. de testam.* Bocer. *cl.6. d.24. th.33.* Ayrer. *proces. p.1. c.9. obs. 8.*

κ v. xxiii. 30. lin. 3.

Th. XXVI.

D. Struv. Scriptura privata & propria, tantum fidei non meretur, sed probat quidem contra λ scribentem *l. 26. §. fin. ff. depos. l. 13. C. de non num. pec.* Freher. *lib. 2. de existim. c. 2. n. 1.* non pro illo, μ nisi eam adversa pars produxerit *l. 17. C. de testib.* Si consensu tamen utriusque contrahentium fuerit confecta, & in judicio à scribente, contra quem producitur, recognita, ν plenam facit fidem. Nicol. de Passer. *lib. 1. de script. privat. q. 4. num. 225.* Berlich. *p. 1. concl. 26. n. 21.* Köppen. *decis. 40. num. 35.* Frider. *de mandat. c. 70.* Ita & illa, quæ à tribus testibus ξ est subscripta, publico instrumento comparatur. *l. 11. & ibi* Gothofr. C. *qui pot. in pign. Auth. si quis. eod.* Gail. *2. obs. 25. num. 10.* Frider. *de mand. c. 69. n. 8.* Rutg. Rul. *de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11.*

λ *th. 24.* — μ *ib. th. 25.* — ν *d. th. 24. circa f.* — ξ *v. th. 29. n. 2.*

Th. XXVI.

Privata & propria] quia in ipsius est manu & arbitrio, scribere quid velit. conf. Bronch. *C. 2. enant. 98.*

Recognita] dum scil. agnoscit pro sua, & scripsisse se fatetur: est enim ad instar affirmativæ litis contestationis. vid. Fachin. L. XI. *cap. 31.*

Quæ à trib. testib.] confer huc dicta sup. ad *D. 12. th. 24. in f.* & de cætero ad *h. th.* Carpz. *p. 2. C. 43. d. 7.*

Th. XXVII.

Exemplaribus seu copiis instrumentorum ο non creditur, sed ad faciendam fidem originalia sunt producenda, *l. 2. ff. de fid. instrum.* Quod si verò exemplar jussu & autoritate Judicis, ex originali sit transumptum, π *c. pen. & ult. extr. de fid. instrum.* vel etiam, cùm per Notarium judicii collatum esset,

ο *de quib. v. th. 31.* — π *ib. lin. 6.*

Th. XXVII.

Exemplaribus] Terminus artis hic est, cujus Synonyma sunt, Transsumptum, copia, Vidimus, vel, copia vidimata: & opponitur Authentico s. originali. Notarii primum conceptum vocant Protocollum, Imbre-

brevlaturam, scripturam matricem; &, ubi in mundum redegerunt, Ingrossatum. Non credi autem copiis, ex *c. 1. x. eod.* probatur.

Ex archivo] Sin & exemplum s. conceptum alicujus instrumenti in archivis publicis repertum plenè probare, responsum refert Carpz *p. 1. C. 17. d. 38.*

esset, intra acta repertum, ϛ Myns. D Struv. *obs. 75. num. 1.* vel ex Archivo fide publicâ traductum, Novel. 49. *c. 2. l. 7. C. de edend.* Frider. *de mand. c. 66.* Bornit. *L. 3. de instrum. c. 3.* originalis seu Authentici autoritatem habet.

ϛ conf. ib. vers. Non autē sufficit.

Tit. V. de Testibus.

Th. XXIIX.

Impuberes] Unde nec ad testamenti factionem adhibentur. *v. D. XVI. th. 7.* Post pubertatem tamen admittuntur testari de iis quæ in pupillari ætate animadvertere potuerint; modò non infantes fuerint. Carpzov. *p. 1. C. 16. d. 11.* & *in Process. T. 13. a. 5. num. 112.*

Domestici] v. g. Frater. v. Bronch. *C. 2. enant. 91.* Parentes & liberi. Carpzov. *p. 1. C. 16. d. 48. seqq.* & *Jprud. Consist. L. 3. d. 43.*

Singulos concernente] v. g. jure piscandi, pascendi, & sim. Quando E. negocium ipsam concernit universitatem in communi, admittuntur; inviti autem non coguntur: Nisi veritas ali-

Th. XXIIX.

Hactenus de Instrumentis: sequuntur Testes σ ad fidem faciendam in negotio alieno adhibendi. Hos idoneos τ esse oportet, quales non sunt Impuberes υ *l. 3. §. 5. ff. de Testib.* Infames, φ *d. l. 3. §. 5. ff. eod.* Domestici, χ *l. 3. C. de testib. l. 6. l. 24. ff. eod.* Socius ψ in re cum socio communi *l. 1. C. de commun. rer. alien. l. 10. §. ult. ff. de appellat.* Proxeneta ω in negotio, quod ipso interveniente contractum Dd. *in Novel. 90. c. 8.* Homines de universitate in caussa universitatis *a* singulos

σ v. th. 35. seqq.
τ ib. th. 38. pr.
υ ib. n. 1.
φ ib. in m. j. VII. 17. n. 2.
χ ib. 39. p. 81. lin. p.
ψ ib. id. in f. p. 82.
ω ib. n. 3. p. 81. vers. sed quid dicendum
a ib. p. 82. vers. hinc quæritur.

D.Struv. gulos concernente, Farin. q. 60. n. 455. Menoch. *de A. J. Q. caf.* 106. Quilibet in b ib. (2.) nemo testis. caussa sua *b* vel propria *l. 10. ff. l. 10. C. de testib.* Nonnullis v. contra certas personas dictio testimonii c ib. th. 40. remittitur, *c* de quibus *vid.*

Th. XXIX.

Quod testium spectat d v. d. 25. th. 36. numerum, *d* ubi specialiter ille non est expressus, duo sufficiunt, sive de caussa civili, sive criminali agatur *l. 12. ff. de testib. c. 23. & c. 28. extr. eod.* Deut. 19. 15. e ib. lin. 3. 7. th. 5. Matth. 18. 16. unius *e* verò testimoniũ regulariter non admittendum *l. 9. §. 1. C. de testib. l. 20. ff. de quaestion.*

Th. XXX.

Produci regulariter debent testes lite *f* jam contestatâ f v. 23. th. 12. n. 2. th. 32. pr. & th. 43. circa f. *c. quoniam frequenter pr. extr. ut lit. non contest.* Gail. 1. *obs. 92. pr.* nisi quidã ad perpetuam rei memoriam *g* examinari g ib. inf. desiderentur: quod examen non solùm ab actore ex caussis urgentibus, sed etiam & mul-

aliter haberi non possit. Carpz. *Process. T. 13. a. 5. n. 77. & p. 1. C. 16. d. 65.*

Nonnullis remittitur] v. g. 5. Parentibus, liberis, & sim. Carpz. *p. 1. C. 16. d. 50. 51. 61. seqq.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 91.* de uxore & socru v. Sande. *L. 1. T. 10. d. 3. l. 4. & 5. ff. de testib.*

Th. XXIX.

Specialiter expressus] Sic Inventarium tres requirit testes. Dn. Struv. *Synt. civ. Ex. 35. th. 55.*

Duo sufficiunt] Ita Donatio geradæ coram duobus facta valet. Dn. Struv. *d. tr. Ex. XL. th. 6.*

Sive criminali] vid. Aut. infr. *D. 24. th. 25. in m.*

Unius] vid. Aut. sup. *D. 1. th. 23.* & Bronch. *C. 1. misc. qu. 91.* & Carpz. *pr. Cr. p. 3. qu. 121. n. 10.* Qui etiam in Process. *T. 13. a. 3. n. 32.* casus exceptos ponit.

Th. XXX.

Lite contestatâ] Repetantur dicta ad *th. 19. b.*

Perpet. rei memor.] In hac tamen probatione omnia requisita solennis probationis observanda; Sed publicatio attestatorum demum post L. C. facienda. Carpz. *in suo Process. T. 13. a. 7. n. 47. & 54.*

Ab actore ex causis] quarum cognitio summaria prærequiritur,

tur, licèt non sit necesse, ut sententia interlocutoria desuper feratur *Ord. process. El. Sax. Tit.* 17. *in pr.* Carpz. *in suo Process. T.* 13. *a.* 7. *n.* 20. *ad* 39. & *p.* 1. *C.* 16. *d.* 35.

multò magis à reo peti potest. *c. significavit. d. c. quoniam frequenter. ext. ut lite non contest.* Mynsing. 4. *obs.* 71. Gail. 1. *obs.* 92. *n.* 3. latè Rutger. Rul. *tr. de commiss. p.* 2. *lib.* 1. *per tot.* D.Sauv.

Th. XXXI.

Ordinariè citari] vid. Aut. sup. D. 2. *th.* 11. & Carpz. *Process. T.* 13. *a.* 4. *n.* 53.

Recusantes cogi] Jure Communi pœna quidē est arbitraria; sed in Electoratu Sax. decem Rhenanorum, ex dimidia Judici, & pro residuo producenti solvendorum, ac si ulterius detrectet, rigor pœnæ augetur. *Ord. process. El. Sax. Tit.* 22. *pr.* Carpz. *in suo Process. d. tit.* 13. *a.* 4. *n.* 95. & *p.* 1. *C.* 16. *d.* 47.

Th. XXXI.

Ad dicendum testimonium super lite, ordinariè testes citari *h* debent *l.* 1. §. 2. *ff. de testib.* non parentes citationi, vel testimonium dicere recusantes, captione pignorum *l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp.* & mandatis pœnalibus cogi *i* possunt *c. fin. extr. de testib. cog.* Novel. 90. Gail. 1. *obs.* 100. *per tot.* Antequàm verò scientiam de re controversa deponant, præsente parte adversâ, vel certè peremptoriè citatâ, jusjurandum *k* de veritate dicendâ, quàmvis caussa sit summaria, præstare debent *l.* 9. *l.* 18. *C. de test.*

h 7. *th.* 44. *n.* 3. *j.* D. 5. *th.* 10. & IX. 68. *pr.*

i D. 28. *th.* 43. *in m.*

k th. 45. *n.* 2.

Jusjurandum] per *c.* 17. *in f. x. de Testib.* add. *Ord. process. El. Sax. T.* 20. §. Wenn es nun hierauf. Nisi ex conventione partium id sit remissum: alioquin post publicationem attestatorum denuò examinandi. Carpz. *p.* 1. *C.* 16. *d.* 31. *seq.*

Tit. VI. de Juris & Facti ignorantia.

Th. XXXII.

Facti alieni] Cùm deceat potius suis rebus satagere, quàm aliorum actiones scrutari, Noluerunt jura scrupulosè in hanc

Th. XXXII.

Quia ignorantia facti *l* præsertim alieni *l.* 3. *ff. de jur. & fact. ignor.* nec supina *m* aut

l de qua v. *th.* 58.

m v. *th.* 59. *pr.*

D. STRUV. aut affectata *d. l. 3. §. 1. l. 6. l. 9. §. 2. ff. d. t. c. 1. ext. de postul. pralat.* regulariter *n* præsumitur, *c. præsumitur. de R. I. in 6.* ideoque locô est *o* probationis, Perez. *in Cod. de jur. & fact. ignor. n.* 1. & non solùm in damno, sed *p* & in captando lucro excusationem meretur. *l. 4. 8. & 9. C. d. t.* Wel. *in parat ff. h. t. n. 3.*

n th. 61. pr.

o conf. th. 14. ibid.

p ib. th. 58.

hanc rerum alienarum notitiam inquirere, sed in allegata ignorantia, dum ne sit supina, conf. Aut. *sup.* D. I. *th. 17.* acquiescunt, donec appareat contrarium.

Captando lucro] sic, qui positus est in conditione usucapiendi, licèt in facto erret, dum autorem suum pro rei venditæ Domino reputat, neutiquàm tamen repellitur.

Th. XXXIII.

Error seu ignorantia juris naturalis nemini patrocinatur, licèt minor sit *tit. C. si advers. delict.* aut miles *l. 2. C. de injus voc.* ignorantia verò juris civilis, licèt in *q* damnis amittendæ rei suæ non obsit, *l. 8. ff. de jur. & fact. ignor.* in compendiis tamen quærendis, *r* & faciendo lucro *l. 4. l. 7. cum ll. seqq. ff. eod.* similiter & in delictis *l. 11. §. fin. ff. de his qui not. infam. arg. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* nocet; exceptis mulieribus in *s* quibusdam casibus *l. fin. C. de jur. & fact. ignor. l. 38. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. 1. circ. fin. ff. de edend. l fin. C. & l. pen. pr. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. in fin. ff. de jur. fisc.* Militibus *t l. 1. C. de jur. & fact. ign.* Minoribus *u l. pen. pr. ff. l. 2. C. eod.* Rusticis *x l. 7. §. 4. ubi gl. ff. de jurisdict. l. 3. §. 22. ff. ad Sc. Silan.* Gail. 2. *obs. 48. n. 22.* Mynsing. *6. obs. 47. n. 5.*

q v. th. 54.

r ib. th. 53.

s v. th. 56. n. 2. j. th. 13. inf.

t d. th. 56.

u ibid. n. 1.

x ib. n. 4.

Th. XXXIII.

In compendiis] Quicunq; petit quod suum non est, lucrum quærit. Atqui & qui solvit indebitũ ex errore juris, & dominium vigore *D. 13. th. 28. pr. infr.* transtulit, petit quod suum non est. E. vid. *sup.* D. 8. *th. 28.*

Quibusdam casib9] à jure expressis, non verò in universũ. v. *infr.* D. 24 *th. 6. in m.* Sic non obst. *l. 8. ff. h.* Collegit autem istos casûs Sfortia Oddus *tr. de Restit. Q. X. a. 2.* Limitat Mascardus *de Probat. concl. 1081. n. 5.*

Rusticis] vid. Bronch. *C. 1. misc. qu. 94.* & Joh. Brandes. *de vera ICtorum Philos. p. 131. seq.*

DISPUTATIO XIV.

Ad Lib. XXIII. XXIV. XXV. Pandectarum.

Respondente

JOACH. FRIDERIC. à Borck/ Eq. Pom.

Tit. I. de Sponsalibus.

Th. I.

IUre *Can. dividuntur*] Ut conjugio decus suum conservetur, & illegitimis congressibus ansa præcidatur, *Canones* essentiæ matrimonii naturalia quædam superaddiderunt, trinam proclamationem & benedictionem sacerdotalem; quibus omissis verum matrimonium non reputetur, quantumvis de præsenti spoponderint, & nuptiarum solennia jam instent: Id quod & *in nostras* introductum fuit *Ecclesias*; Nec refert, licèt aliquot annos cohabitaverint; qualem casum decisum exhibet Carpz. *L. 2. Jurisprud. Consist. d. 142.* Concordat Ordinatio politica *Hollandiæ*, annullans matrimonia secundùm modum præscriptum non contracta. Ut itaq; distinctis causis distincta sint nomina, sponsalia fuerunt dicta, à veris tamen & propriis ut discerni possint, addita-

Th. I.

DE Nuptiis & eò D.STRUV.
spectantib9 succinctâ brevitate acturi, præmittimus SPONSALIA, quæ α defi- α D. 29.
niuntur mentio & repro- th. 2.
missio futurarum nuptiarũ, *l. 1. ff. de sponsal. c. nostrates 30. q. 5.* ac jure civili unius modi sunt. Jure Canonicô β verò dividuntur in spon- β ib. th. 10.
salia de futuro & de præsenti: Illa verbis in futurũ; Hæc in præsens tempus conceptis contrahuntur *c. 22. & pen. extr. de sponsal. c. 2. de consanguin. & affin. c. ult. de conjug. lepros.* Sed posteriora ipsum videntur esse matrimonium γ con- γ conf. th.
tractum, licèt per benedi- 3. ib. 1
ctionem Sacerdotalem & copu-

D. Strauv. copulam, quæ spondetur, nondum consummatum *c. pen. & ibi* Panorm. *ext. de sponsal. c. 25. eod.* Covarr. *p. 1. de sponsal. c. 1. n. 6. & 7.* Beust. *de jur. connub. p. 1. c. 7. & 10.* Cothman. *vol. 2. consil. 78. n. 8. & seqq.*

tamentum, De præsenti, acceperunt. In rei veritate tamen, & juxta juris civ. principia verum sunt matrimonium, sc. inchoatum: planè ut emptio alia perfecta, alia consummata dicitur, quô simili utitur Joh. à Sande. *L. 2. T. 1. d. 2.* post med. Hinc & Frisiorum placitis *Lib. 1. Ordin. Tit. 1. §. 11.* copula sacerdotalis de præcisa matrimonii necessitate non est, ut istud annullet, sed arbitrariâ pœnâ vindicatur: præjudicia refert Id. *ib. d. 1.* add. de ἱερολογίᾳ Ungeb. *Ex. III. qu. 5. p. 128. & Ex. IX. q. 3. p. 439.*

Th. II.

Aliter dividuntur in Publica, d quæ fiunt coram illis, quorum consensus desideratur, aut si personæ sunt sui juris, coram testibus; vel Clandestina, quæ non ita ineuntur, ideóque ob suspicionem fraudis & turpitudinis odiô digna sunt, ac suô modô invalida *c. 2. pr. c. 3. §. 1. c. fin. ext. de clandest. desponsat.* iisque in terminis sponsaliorum adhuc consistentibus, publica, licèt pòst contracta, meritò præferuntur. e Beust. *d. p. 1. c. 14. & 15.* Paul. Tarnov. *tr. de conjug. l. 1. c. 51. q. 6.* Cypræ. *de spons. c. 10. §. 1. & seqq.*

d v. th. 15. ib.

e ibid. th. 16. pr.

Th. II.

Publica] quæ dupliciter talia æstimantur: Si personæ spondentes *sui* sint *juris*, testium præsentia sufficit: sin *parentes habeant*, eorum requiritur consensus. Hôc deficiente, reputantur clandestina, quotcunque testes adhibiti fuerint. Carpz *d. tr. L. 2. d. 38.* Adhibitis his requisitis ad spons. de præs. ipsum habetur matrimonium. Id. *ib. d. 17.*

Clandestina] suntque prohibita: causas vid. ap. Carpz. *d. Tr. d. 32.* adeoque invalida. Id. *ib. d. 33.* Neque convalescunt ex sola contrahentium Confessione, priusquàm vel in præsentia testium, vel Consistorio denuò fuerint contracta. Id. *ib. d. 35.* aut copula accesserit carnalis. *ib. d. 36.* vide tamen *not. ad th. 8. b.*

Th. III.

Th. III.

Tum demum firma] Melius E. foret, non permittere; Nam plerumque non à spondentibus ex affectione conjugali, sed à Parentibus ex aliis respectibus hæc incipiunt, desinuntque, ubi demum reverà debebant adimpleri. Sed enim, ob accedens vitium, res de cœtero sana, damnari non debet.

Quod procedit] sponsalia tandem in nuptias desinunt; quod itaque his impedimento est, turbat & illa: Si nuptiæ consummari citra parentum consensum non possunt, nec inchoari quoque per sponsalia. add. *th. 7. b.*

Th. III.

Contrahi possunt non solùm inter puberes, ζ Sed etiam impuberes, modò infantiâ sint majores *l. 14. ff. de sponsal. c. 1. 30. q. 2.* quæ tum demum firma sunt, si puberes facti ea rata habuerint *c. 8. ext. de Despons. impub.* Cypr. *d. tr. c. 9. §. 4.* Quod procedit, si & eorum, quorum in nuptiis requiritur, consensus η accesserit. *l. 7. §. 1. ff. de sponsal.*

D. Struv. ζ *ib. th. 3.*

η *v. d. th. 4. circa f.*

Th. IV.

Contrahuntur] non tamen sunt contractus. Licèt enim actiones inde oriantur, v. g. ad promissum conjugium consummandum; agnoscendum, alendum partum: Nam præjudiciales hæ actiones non ex contractu oriuntur, sed in rem esse videntur. *v. thes. 5. b.* Bronch. *C. 1. misc. qu. 45.*

Purificata] Tunc enim à conditione recessisse, & implendi necessitatem remisisse creduntur. vid. Carpz *d. tr. d. 25.* Quin & si qui conditionem posuit, eâ non attentâ purè promit-

Th. IV.

Contrahuntur porrò tam inter præsentes quàm θ absentes *l. 4. §. 1. l. 5. ff. d. t.* consensu ι nudô *d. l. 4. pr. l. 11. ff. eod.* etiam citra arrham. *arg. c. nostrates c. qualis. 30. q. 5.* & vel purè vel sub κ conditione *c. super eo. c. per tuas. extr. de condit. appos.* Quæ sub conditione potestativa vel casuali contracta, ut *Gen. 29. 18. Sam. 18. 25.* non antè valida sunt, quàm conditio extiterit, nisi

θ *v. d. th. 4. vers. constat.*

ι *ib. vers. posteà.*

κ *ib. th. 5. pr.*

D. Struv. λ *pag 93. lin. 3.*

nisi intereà subsecutâ copulâ λ fuerint purificata *c. per tuas. ubi gl. & Dd. de sponsal.* Pedente verò conditione à contractis discedere, aut alia inire non licet. *d c. super eo.* ubi Panormit *de condit. appos.*

mittat, is qui suscepit implendam, tenebitur, *ib. d. 24.*

Pendente alia inire] de praesenti scilicet. Licèt enim conditio nihil ponat in esse, eventus tamen expectandus Carpz. *ib. d. 21.* Et solùm intereà implementum nequit urgeri: nisi & alteri placeat, *ib. d. 20.*

Quòd si de futuro contraxerint, utrique licet, invitô quoque altero, discedere. *ib. d. 174.*

Tit. II. de ritu nuptiarum.

Th. V.

μ *v. th. 11. vers. tamẽ j. D. 30. th. 38.* ν *v. D. 29. th. 14.* ξ *v. th. 13. pr. ibid.* ο *th. 19. ibid.* π *j. th. 18. cum thes. 21. pr.*

Sponsalia, nisi dissoluta μ fuerint (quod quibus accidat modis ν vid. apud Menoch. *in A. J. Q. cas. 455.* & Cypr. *de sponsal. p. 1. cap. 13. per tot.*) transeunt in ξ ipsas NUPTIAS, quæ sunt viri & mulieris conjunctio ο (ita rectiùs quàm per contractum π definiuntur. Riem. *dec. 2. q. 1.*) individuam vitæ consuetudinem continens §. *1. Inst. de pat. pot.* vel, Modestinô definiente, Sunt maris & fœminæ conjunctio, consortium omnis vitæ, divini & humani juris communi-

Th. V.

Clericorum] Quæ pro salvanda negativa Pontificii adferunt, partim falsa, partim subordinata, partim malè intellecta & applicata, & meræ conjecturæ sunt. Natura, quæ vult ut quælibet creaturarum species per continuationem individuorum conserventur, desiderium utrique sexui ad conjunctionem implantavit, altis adeò radicibus, ut claustra monasteriorum munitissima penetraverint. Pauci, quibus connata continentia, specialem habent ad cœlibatum vocationem; Non omnes capiunt verbum hoc: Reliqui promiscuè non erant cogendi. Fiscus ecclesiasticus manet ecclesiæ proprius, quantumvis reditus annui distribuantur

tur inter ministros, in privatum eorum usum convertendi. Ut unus homo duplicem respectum sustineat, novum non est, aut impossibile; Functioni publicæ, & œconomiæ propriæ præesse, subordinata sunt; onerandi non erant Clerici bonis operibus pro Laicis faciendis, cœtera omnia præstare, in tantô cœtu, facili negociô poterant. *vid. c. 5. x. de Cler. conjug. j. l. 9. pr. ff. de pact.* Quàm puras extra conjugium servent manûs, viderint ipsi. conf. Bronch. *C. 1. misc. qu. 69.* In nostris certe Ecclesiis Sacerdotibus non minus atque Laicis matrimonium inire licet, Carpz *d. tr. L. 2. d. 4.* Nullo horum, quæ Pontificii metuunt, inconvenienti exinde contingente. Oportet itaque alia arcana politica subesse!

municatio. *l. 1. ff. de rit. nupt.* Has origine suâ juris esse divini ς *Gen. 2, 18. & seqq.* ac naturalis *l. 1. §. pen. ff. de J. & J. pr. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* adeoque omnibus sine discrimine Clericorum σ aut Laicorum eas contrahere licere. *1. Tim. 4, 3.* 1. *Tim. 3, 2. Tit. 1, 6. Hebr.* 13, 4. *c. 8. c. 12. & seq. dist. 31. c. nuptiarum. 27. q. 1. c. cùm societas. 27. q. 2. & in multis aliis text. juris Canon.* nemo sanæ mentis ambigit. vid. latè Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 1. c. 2. & seqq.*

D. Struv. ς *v. th. 20.* σ *ib. th. 30.*

Th. VI.

Non tam est corporum]

Non absolvitur nudâ cohabitatione & concubitu, alioquin & concubinatus matrimonium dicendus: spectandus est animus, quô locô se invicem reputent atque tractent. Cohabitatio sequitur ex antecedente affectu; qui enim sobolem procreare, & pro re familiari commodius tractanda consilia jungere cupiunt, manu quasi ad cohabitandum ducentur. *Poly-*

Th. VI.

Conjunctio, per quam nuptiæ definiuntur, non tam τ est corporum (licèt hanc ad earum finem & consummationem subsequi sit necesse) quàm animorum *l. 30. ff. de R. J. l. 15. ff. de condit. & demonstr. c. sufficiat. 27. q. 2.* eaque duarum υ saltem persona-

τ *th. 21. p. 100. lin. p. & f.* υ *v. th. 52. pr.*

D. Struv. rum distincti sexûs, unius viri scil. & unius mulieris; ad excludendam non solùm Polygamiam, φ quam vocant simultaneam *Gen.* 1,27. & c. 2, 22. *Matth.* 19, 3. *l.* 1. *in fin. l.* 13. §. 1. *ff. de his qui not. infam. l.* 18. *C. ad L. Jul. de adult. Constit. crim. Carol. V. art.* 121. Sed etiam χ nefandam personarum ejusdem sexûs inter se conjunctionem, *Rom.* 1, 27. *l.* 31. *C. ad L. Jul. de adult.*

φ ib. in m.

χ v. D. 49. th. 42.

Polygamiam] Utrum natura, quæ marem unum pluribus fœminis fœcundandis aptum produxit, polygamiam suppeditaverit, aliis relinquo; postquàm populis orientalibus fermè solis usitatam licèt observare: Inter quos, dum Patriarchis, & ipsis polygamis, absque scandalo conversari fuit datum, non reperiuntur textûs sacri, quibus eâ fuerint prohibiti. add. Bronch. *C.* 1. *misc. qu.* 99.

Th. VII.

Ad requisita nuptiarum, ut pro justis habeantur, pertinet (1.) ut contrahentes cives ψ sint Romani *pr. Inst. de nupt.* (2.) Puberes ω *d. pr. l.* 4. *ff. eod.* nisi juxta Canones malitia suppleat ætatem *c.* 3. *c.* 9. *c. fin. extr. de despons. impub.* (3.) Ut consentiant non solùm *a* contrahentes *d. pr. Inst. de nupt. l.* 2. *ff. eod.* Sed & illi, in quorum sunt potestate, *b* scil. parentes, quorum consensum ad nuptias liberorum legitimas de jure divinô, naturali *d. pr. Inst. de nupt. arg. l.* 2. *ff. de J. & J.* civili *d. pr. Inst. de nupt. l.* 2. *l.* 35. *ff. l.* 2. *C. eod. l.* 11. *ff. de stat. hom. l. un. C. de*

ψ v. D. 29. th. 28. n. 1.

ω v. th. 27. lin. 4.

a v. th. 21. lin. 2.

b ibid. th. 23. pr.

Th. VII.

Puberes] Quô ætatis annô sit permissum inire matrimonium, vid. Carpz. *d. tr. L.* 2. *d.* 12. Neque Romanis anni pubertatis fuerunt terminus à quo nuptiæ confestim fuerint celebrandæ; Sed ad quem ad minimum citra omnem anticipationem fuerint protrahendæ: Nec enim corporis vires eum toleraturæ erant statum, neque animi sufficiens prudentia adesse poterat. Cœterùm an & debi-

debilis judicii hominibus nuptiæ permittendæ? tractat Sande. *L. 2. t. 1. d. 11.*

Consentiant parentes] Non solùm de Honestate, sed etiam de necessitate juris naturalis, civilis & divini consensum parentum ad nuptias liberorum requiri, definitum ait Carpz. *d. tr. L. 2. d. 39.* quod vel inde constet, quòd eo neglectô adeò nullæ sint, ut à parentibus quoque dissolvi possint, quemadmodum in facto contigisse, Sande. *L. 2. T. 1. d. 4.* commemorat. vid. et. Bronch. *C. 3. enant. 1.* Utrum verò nepoti uxorem ducenti consensus avi sufficiat, an & Patris requirendus? v. Pac. *C. 5. enant. 48.*

C. de rapt. virg. & Canonicô *c. 1. 3. 4. caus. 30. q. 5. c. 13. 14. 16. caus. 32. q. 2. c. 11. in fin. 36. q. 2.* omninò requiri c asserimus. Vide latè & solidè Cothman. *vol. 1. consil. 1. n. 1. & seqq.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 1. c. 34.* Cluten. *diatrib. Justin. 10. q. 10. & 4. seqq.* D. Struv. c ib. in m.

Th. IIX.

Strictô jure irrita] Adeò ut parentes eas dissolvere, Sande. *L. 2. T. 1. d. 4.* & Magistratus eas personas carcere vel aliâ mulctâ possit afficere. Carpz. *Iurisprud. Consist. L. 2. d. 50.* qui tamen ab initio paulùm fluctuavit. *p. 4. C. 20. d. 15.* sed Electorale rescriptum *d. 16. Nov. 1640.* quod posuit Id. *sub. d. 60.* rem omnem definit. Et cùm sponsalia fiant propter nuptias, in easque definant, sequitur, & illa sic

Th. IIX.

Nuptiæ citra consensum parentum à liberis contractæ strictô quidem jure sunt *d* irritæ §. 11. *Inst. de nupt. l. 2. ff. de rit. nupt. arg. l. 5. C. de LL.* si tamen solenni benedictionis ritu & copulâ fuerint consummatæ, *e* ob publicam honestatem & æquitatem non facilè *f* rescinduntur *c. pen. extr. de condit. appos.* Wesemb. *in parat. ff. de rit. nupt. n. 8.* Beust. *p. 2. de jur. connub. c. 47.* Schneidevv. *ad tit. Inst. de nupt. p. 2. n. 35.* Cujac. *3. obs. 5.* Rittershus. *differ. jur. civ. & can. lib. 1. c. 3.* Exheredari *g* verò ob nuptias insciô patre contractas liberi non pos-

d v. th. 13. pr.
e v. th. 17. in f.
f d. th. 27. vers. Jure Can.
g v. D. 32. th. 34. p. 25.

D. Struv. possunt, nisi turpibus sese personis applicuerint. *Novel.* 115. *cap.* 3. §. 11. Coras. 1. *miscel.* 17. *num.* 5. Cujac. 3. *obs.* 5. Gail. 2. *obs.* 95. Hotom. *ill. quæst.* 9. Rittershus. *d. lib.* 1. *diff. jur. c.* 3. Bocer. *cl.* 1. *d.* 9. *th.* 19.

sic contracta invalida & nulla esse. Id. L. 2. *d.* 40.

Exheredari] Quod tamen de filia 25. annis minori concedit Fachin. L. 3. *cap.* 44. cui fermè adstipulatur Bronch. *C.* 3. *enant.* 2. *v. th.* 10. *b.* In Consistoriis Sax. certè Parentibus neglectam autoritatem sic vindicare permissum. Carpz. *d. tr. d.* 54.

Th. IX.

b v. th. 4. inf. th. 23. pr.

i conf. th. 21. & 24.

k v. th. 23. lin. 7. post pr.

l ib. lin. 6. ante fin. pag.

Etsi quidem Imp. *pr. Inst. de nupt.* consensum parentum *b* in tantum requiri dicat, ut etiam eorum jussus præcedere debeat, tamen ille jussus pro consensu explicatur *l.* 2. *ff. de rit. nupt. l.* 12. *C. de nupt.* non solùm expresso, sed etiam *i* tacito, *l.* 7. § 1. *ff de sponsal. l* 5. *C. eod.* sicut è contrario, & liberi jure civili consensisse parentum voluntati intelliguntur, qui non evidenter dissentiunt. *l.* 12. *ff. de sponsal. l.* 22. *ff. de rit. nupt.* Ratihabitio verò parentum olim *k* non sufficiebat, ut liberi retrò fierent legitimi *l.* 11. *ff. de stat. hom. l.* 65. §. 1. *ff. de rit. nupt. l.* 13. §. 6 *ff. ad L. Jul. de adult. l.* 6. *C. de nupt.* hodie *l* tamen aliud dicendum videtur. Bachov. *ad pr. Inst. de nupt.* Frantzk. *exerc. Justin.* 3. *q.* 5. Cothman. *vol.* 1. *resp.* 1. *n.* 148. Gail. 2. *observ.* 95.

Th. IX.

Tacito] argumentô ejus, quòd maritus, de voto uxoris certioratus, non contradicens, approbasse creditur. *Num. XXX.* 4. add. *c.* 43. *de R. I. in VI. & l.* 13. §. 11. *ff. Loc.* Modò ergò probari hoc queat: & quidem non ex verbis obscuris & ambiguis. Nam senex, puellam appellans Filiam, in nuptias filii consensisse non probatur. Carpz. *d. tr. d.* 42.

Olim non sufficiebat] Ratihabitio enim comparatur mandato, ubi promiscuus consensus sufficit; hîc autem jussus requiritur. Licèt verò Autor hodie secus esse existimet, cui Bronch.

Bronch. *C. 3. enant. 4.* Ungeb. *Ex. 3. qu. 7.* & alii adstipulantur; D. STRUV. Praxis tamen Electoratûs Sax. videtur contraria esse. Carpzov. *d. tr. d. 41.* Nec pro Autore laudati Dd. quidquam in ipsius sententiam afferunt.

Th. X.

Filius emancipatus] Consistoria Saxonica nec sexum, nec ætatem, nec patriam attendunt potestatem; sed filium filiamque ad Patrem & matrem, autoritate quarti in decalogo præcepti remittunt. Carpz. *d. tr. d. 49.*

Filia 25. annis minor] id quod de viduis quoque secundò nupturis exaudiendum, per *l. 18. C. de Nupt.* Ita decisum in Frisia 15. Jul. 1615. Sande. L. *2. tit. 1. d. 3.* tradit. A contrario F. major 25. annis à parentibus non elocata nubere ipsa permittitur, paterque dotare tenetur. Id. *ib. d. 5.*

Injuriâ prohibeant] Debebunt ergò, si liberi sint majorennes, & re integrâ consensum petierunt, dissensûs causas afferre; Quò pertinent Responsa Lipsiensium & Witebergensium, relata à Dn. Richter. *Decis. 80. n. 50.* ubi de reliquorum Sax. Ducum Ordinationibus testatur, ætate liberorum non attentâ, irrita esse sponsalia; quamvis in Consistoriis moderatio adhibeatur. Sin minorennes sint, aut maturè consensum non quæsierint, nec in Electoratu parentes causas afferre dissensûs tenentur. Carpz. *d. tr. d. 52. & seq. & L. 5. R. 110.* Ampliatur, ut licèt parentes impii & adversus liberos crudeles sint, non tamen negligendus fuerit eorum consensus. Id. *d. tr. d. 43.*

Th. X.

Dantur etiam casûs, quibus *m* citra Parentum consensum nuptiæ liberorum procedunt, ut (1.) si *n* pater sit furiosus *l. 9. ff. de rit. nupt.* (cujus tamen defectum eo casu alii supplere debent juxta *l. 25. C. de nupt.*) vel (2.) ab hostibus captus *d. l. 9. §. 1. l. 11. ff. eod.* (3.) Si filius emancipatus *l. 25. ff. eod.* (secus si filia, & 25. annis minor nubat *l. 18. C. d. t.*) (4.) si parentes injuriâ *o* prohibeant uxorem ducere vel nubere *l. 19. ff. d. t.*

m v. thes. 24. in m.

n ib. n. 1.

o ib. n. 2.

Th. XI.

Th. XI.

D. Struv. p d. th. 23. inf.

Matris, uti & propinquorum & *p* Curatorum consensus de jure civili non requiritur, nisi patre mortuô in nuptiis puellæ minorennis *l. 20. ff. de rit. nupt. l. 1. l. 8. & d. l. 20. C. d. t.* Cujac. *3. obs. 5.* Donell. *13. comm. 20.* Æquum tamen est & honestum, in re tam ardua eorum, & imprimis maternum, à liberis quibuscunque, explorari judicium & adsensum; Unde & statuta locorum, *q* quibus id cavetur, ut matris & Curatorum consensus requiratur, neutiquàm sunt invalida. Cypræ. *de sponsal. c. 6.* §. 10. Hillig. *ad* Donel. *lib. 13. c. 20. lit. y. & z.* Tarnov. *lib. 1. de Conjug. c. 73. q. 9.*

q cōf. dict. D. 32. t. 34.

Th. XI.

Matris] Approbatum hoc (1.) per *Constitutionem ecclesiasticam El. Sax.* 1580. Tit. Von Ehgelöbniß circa pr. (2.) per *Ordin. matrimonial. 1624. punct. 1. pr.* add. Carpz. *d. tr. d. 44. & L. 5. R. 110. num. 7.* quanquàm Bronch. *C. 1. misc. qu. 100.* De Honestate id intelligat.

Propinquorum] Fratrum v. g. & Agnatorum, consanguineorum & affinium: Quod pietas honesta requirit. Carpz. *d. tr. d. 47.* Qui paulò antè *d. 45.* de Avo & avia necessariò, post mortem parentum, requirendis scripsit.

Statuta locorum] Qualia in Frisia occidentali per *lib. 1. Tit. 1. §. 10.* sunt introducta, quæ tamen de puellis 20. annis minoribus interpretantur. v. Sande. L. 2. *T. 1. d. 6. & 7.* Cæteroquin in Electoratu Sax. de honestate solùm Curatorum consensus requiritur. Carpzov. *d. tr. d. 46.*

Th. XII.

r v. D. 29. th. 24.

Ita tamen consensus ille parentum in matrimonio contrahendo attendi debet, ne liberi *r* cogantur *Gen. 24, 57. l. 21. ff. de rit. nupt. l. 12. C. de nupt.* sicut & aliàs ipso-

Th. XII.

Ne liberi cogantur] Jussus Parentum præsupponat & comitetur consensum liberorum, non excludat aut supprimat. Quare, si vel ab-

D. Struv.

ipsorum contrahentium matrimonium consensus integer ac liber esse debet *l. 14. C. de nupt.* Unde non solùm *s* Furor *l. 8. ff. de sponsal.* & Error, qui est circa personam ejusque statum, ac mulieris virginitatem, *t* non etiam circa accidentia alia, ut divitias, probitatem, aut genus *vid. c. un. 29. q. 1.* Beust. *d. tr. p. 22. c. 33. & seqq.* Beza. *de repud. & divort. p. 84. & seqq.* Schneidevv. *ad Inst. de nupt. p. 4. n. 58.* nuptiis sunt impedimentô, sed etiam Metus *u* (exceptô reverentiali *l. 22. ff. de rit. nupt. l. 2. ff. quod met. caus.*) qui eas reddit ipso jure nullas *c. significavit. extr. de eo qui dux. in matrim. c. 14. & 15. extr. de sponsal.* Covarr. *Epit. de matrim. p. 2. c. 3.* §. 5. Gail. *2. obs. 93. num. 22.*

s ib. th. 25. n. 1.

t eâd pag. lin. pen.

u pag. seq. in fin. thes.

absentes & ignorantes desponderint, vel præsentes quidem & scientes, sed talibus à quibus abhorrent, non obligantur liberi: decreta Consistorii supremi Dresdensis habes apud Carpz. *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 26. & 30.*

Virginitatem] Equidem Bronch. *C. 3. enant. 3.* enixè vult, Non rescindi; quòd ad substantiam matrimonii Virginitas non requiratur. Sed enim, in thesi loquitur: In hypothesi, ubi sponsus elegit virginem, æquum est, non decipi. Adeoque licèt ipso jure dicamus subsistere, officiô tamen Judicis relinquitur, annon datis probationibus rescindendum sit. vid. eleg. Franzk. *comm. Inst. h. t. à n. 29. ad 35.* Hillig. *D. E. XII. 12. A.* Hahn. *Wes. h. t. n. 8. p. m. 160. seq.* Finckelth. *Obs. 30.*

Metus] opp. sup. *D. 4. th. 11.* vid. Bronch. *C. 3. qu. 5.*

Th. XIII.

Quartum justatum nuptiarum requisitum est, ut & ratione necessitudinis *x* & publicæ honestatis personæ inter se jungi non prohibean-

x v. th. 31.

Th. XIII.

Jungi non prohibeantur] Personæ matrimoniô jungendæ dupliciter considerantur, absolutè & seorsim, quor-

D.Struv. beantur. Necessitudo illa vel est y v. th. 34. Consanguinitas vel *y* Affinitas. Consanguinitas vel est in linea Recta vel obliqua. In linea recta inter z d. th. 31. in m. parentes *z* & liberos nuptiæ in infinitum prohibentur. *Levit. 18, 7. §. 1. Inst. de nupt. l. 53. eod.* quod & ad adoptivos extenditur, in tantum, ut dissolutâ etiam adoptione idem juris maneat *d. §. 1. Inst. de nupt. l. 55. pr. ff. eod.* in linea obliqua ac Collaterali nuptiæ prohibitæ sunt α ib. th. 32. inter fratres *α* ac sorores cujuscunque generis *Levit. 18, 19. & 20, 17. Deut. 27, 20. §. 2. Inst. de nupt. l. 17.* β ib. th. 33. *C. eod.* & illos cognatos, qui *β* sibi invicem parentũ liberorumve locô sunt *Levit. 18, 12. 13. §. 1. 3. & 5. Inst. d. t. l. 39. §. 1. l. 56. ff. eod. d. l. 17. C. eod.* γ v. th. 37. & 39. j. th. 51. Inter cæteros v. c. consobrinos *γ* & ulteriores concessæ. *§. 4. Inst. de nupt. l. 3. ff. l. 19. C. eod. l. 23. & l. seq. ff. de condit. Instit. l. 78. §. 8. ff. ad SC. Trebel.* Cypr. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 1. num. 19.* Beust. *p. 2. de connub. d. 51.*

quorsum pertinent requisita ætatis, civitatis, consensûs, & si quæ alia: & relativè, uti erga invicem se habent; quia enim jungendæ sunt, non negligendus utique mutuus respectus. Non enim, ut quisque seorsim ad matrimonium aptus est, ita promiscuè cum qualibet jungi potest: neutiquàm verò; sed postquàm de cætero se legitimavit, de aptitudine quoque socii assumendi sollicitus esse debet.

Consobrinos] Extraditiones quidem Saxonicas, ubi nec Jus Pontificium est receptum, nec alia provincialis obstat prohibitio, procedit; secus atque intra easdem. vid. Carpzov. *Jurisprud. Consist. L. 2. d. 78. & 86.*

Th. XIV.

Jure Canonicô (quod gradûs aliter δ v. th. 44. per tot. quàm civile *δ* dinumerat *c. ad sedem 35. q. 5.*

Th. XIV.

Vitio & absurditate] quarum duas adfert Suth. *Differt. 2. aph. 33.* (1) quòd juxta principia Juris canonici quis eam ducere possit, quæ tamẽ filiæ sit locô: v.g. abneptem fratris: sufficiat enim juri can.

can. ex alterutro saltem latere quartū attingi gradum. *Verùm* positio unius non confestim est remotio alterius: potest utrumque simul esse verum, nempe ut Jus Can. & prohibeat jungi collaterales intra quartum gradum; & nihilo magis permittat, si vel cis vel ultra eum gradum se habeant ut Parentes & liberi. Quod enim explicitè abolitum non reperitur, cur stare prohibeatur? (2.) Quòd h. m. is, qui in collaterali inæquali gradu sexto existit, à reliquis omnibus, qui in primo, secundo, tertio, quarto, quinto, gradu ipsi ex adverso existunt, æqualiter distet: id quod sit absurdissimum. *Sed enim*, non est mens canonum, h. l. gradûs numerare aut mensurare, quantum personæ ab invicem distent; sed, quia dictum fuerat, quartum gradum licitum esse, quæsitum fuit, Ecquid utrinque attingi oporteat? & Resp. sufficere, si ab alterutro. (3.) addit Nob. Dn. Schröter, *in not. ib.* Quòd computationis initium fiat à primo gradu, qualis tamen juxta ipsum Jus Can. in transverso non detur. *c. ult. 35. q. 5.* Verùm ead. est responsio, quòd h. l. non computetur distantia invicem, quô casu opus foret, stipitem omittere; sed utriusque à communi stipite distantia; quô casu omninò necesse est, stipitem attendi.

35. q. 5. sed non sine vitio & evidenti absurditate, ut ostendunt Beza *de repud. p. 23. & seqq.* Rittershus. *diff. jur. lib. 1. c. 5.* Ant. Matth. *disp. pand. 24. th. 37.* Sutholt. *dissert. 2. Aphor. 33.*) prohibitæ sunt nuptiæ ad quartum gradum ε inclusivè *c. pen. & ult. extr. de consang. & affin.* Motibus tamen provinciarum ζ reformatarum passim in tertio & quarto gradu lineæ æqualis permittuntur. Schultz *in Synops. Instit. de nupt. lit. e.* Lindeman. *Ex. Inst. 1. ad tit. de nupt. th. 8.*

D. STRUV.

ε v. th. 39. p. 112.

ζ v. th. 43.

Th. XV.

Privigni viduam] Ita quoque Consistorium Electoris Sax. supremum *d. 3. Jun. 1602.* ad

Th. XV.

Affinitatis η ratione itidem inter illas personas, quæ sibi parentum & liberorum locô sunt, conjugii

η v. th. 34. 38. 41. & 45.

Th. XVI.

Jure Canonicô, juxta quod, quô gradu cognationis quis distat ab uxore mea, cô gradu affinitatis à me distat, *c.porrò.35.q.5.* inter adfines æquè ac inter cognatos à latere, nuptiæ ad gradum usque quartum, x in primo tamen genere x v.th.41. j.th.45.
affinitatis saltem, inclusivè prohibentur *c. 8. extr. de consang. & aff.* Non igitur uxoris suæ defunctæ fratris itidem defuncti viduam relictam quis ducere uxorem prohibetur, teste Beust. *d. p. 2. c. 55.* Schneid. *d.c. de arb. affin. num.* 13. Covarr. *p. 2. c. 6. §. 7. n.* Sed adde Ant. Matth. *d. d. th. 45.* Schultzen Synopl. *Inst. de nupt. lit. f.* Denique notandum, quod super gradibus jure divinô prohibitis nulla admittenda sit dispensatio. λ Covarr. λ v.th.49.
d. p. 2. c. 6. §. 9. num. 6. Schneidevv. *ad tit. de nupt. c. de arb. affin. n. 22.* Mozz. *de matrim. c. ult. n.* 15.

Th. XVI.

Sed adde] de hac phrasi, Autori familiari, diximus *sup. D. XI. th. 5.* add. infr. *D. 18. th.17. in f. & XX. 8.* Denotat autem sententiam hanc non usquequaque receptam. Quemadmodum etiam in Electoratu Sax. citra præscitum Magistrâtûs, qui seriò dehortari tenetur, non permittuntur hæ nuptiæ: &, cùm Superintendens propriâ autoritate dispensasset, supremum Consistorium intercessisse Carpz. *d. tr. d.101.* refert.

Dispensatio] Innocentius equidem Pontifex, hujus nominis tertius, gloriatur in *c. 4. x. de concess. preb.* quòd secundùm plenitudinem potestatis de jure possit supra jus dispensare: videtur tamen idem in *c. 13. x. de Restit. Spol.* hoc ad jura humana restringere: adversus quæ dispensationem sperare licet: secus ac contra divina. vid. Carpz. *dict. tr. d. 109 seq.* Autor *infr. D. 24. th 27. n. 2.*

Th. XVII.

Publicæ quoque honestatis causâ à quarundam personarum nuptiis absti-

Th XVII.

Inæqualitas] Sic Nobilis plebejam;

hon;

D.Struv. nere jubemur. *arg. l. 42. ff. de rit. nupt. l. 144. & l. 197. ff. de R. J.* Exempla sunt §. 9. *Inst. de nupt. l. 12.* §. 1. 2. & 3. *ff. cod. l. pen. C. de incest. nupt. c. ad audientiam, extr. de sponsal.* Inæqualitas μ autem personarum, cujus ratione olim nuptiæ quædam erant illicitæ *l. 44. ff. de rit. nupt. l. 7. & l. 15. C. de nupt.* item potestas ν *l. 38. l. 57. ff. eod. l. un. C. si quac. præd. pot.* vel tutela ξ aut cura *l. 36. & seq. l. 59. & seq. ff. de rit. nupt. l. 1. Cod. de interd. matrim. int. pup.* sicut & cognatio ο spiritualis *l. 26. C. de nupt. t. t. extr. de cogn. spirit.* nuptiis apud nos nullatenus sunt impedimentô. Rittershus. *1. diff. c. 15. & seqq.*

μ conf. th. 28.

ν th. 29. n. 4.

ξ ib. n. 6.

ο v. th. 40.

jam; & sexagenarius juvenculam ducere haud prohibentur. vid. Carpzov. *d. tr. d. 10. & 13.*

Cognatio spirituali] Nuptiæ inter susceptorem ex baptismo, seu Patrinum, & alumnam vel baptisatam contractæ, pro illicitis non habentur: scribit Carpzov. *d. tr. d. 74.* Ungeb. *III. 8.*

Tit. III. de Jure dotium.

Th. XIIX.

Quia Dotis caussa π matrimoniis est conjuncta *l. 3. de jure Dotium. l. fin. C. de donat. ant. nupt.* ita ut ei semper insit conditio: ρ Si nuptiæ fuerint secutæ, *l. 20. C. de jur. dot.* vestigia Compositorum juris nostri sequentes, de DOTE nunc agemus. Dos est res, σ quæ ex parte mulieris viro ad onera matrimonii faciliùs sustinenda conceditur. *l. 7.*

π Conf. D. 50. th. 1.

ρ thes. 7. vers. Inest autem.

σ v. ib. th. 2. n. 2.

Th. XIIX.

Dos est res] Dotis vocab. variè sumitur (1.) *objectivè*, pro rebus in dotem datis (2.) *formaliter*, pro ipsa dotis constitutione (3.) *effectivè*; pro jure inde quæsito. In genere ergò sub titulo rerum continetur, quod nemo negat; sed non sequitur inde: E. est res singularis seu corpus. *Nec movet*, quòd vendicari dicitur, in *l. 30. C. de jur. dot.* Quia vindicatio omni juri in re tribuitur; nec non, quia non dos, sed res dotales ibi vindicari dicuntur. *Non obst.* quod

quod etiam res unica in dotem dari solet, v. g. domus. Nam & Hereditas & Peculium in unica re consistere possunt: Novum enim non est, integram universitatem etiam in una re conservari. Malunt ergò alii per Universitatem definire. v. Franzk. *Comm. l. de Act.* §. 1. *n.* 52. *seq.* Est universitas, non juris, ut Hereditas: nec facti, seu corporum, ut grex. Sed media & mixta, ut Peculium.

l. 7. l. 20. de jur. dot. Zas. *ad rubr. ff. sol. matrim. num.* 14. Donel. 14. *comm.* 4. Bocer. *cl.* 2. *d.* 18. *th.* 2. *& ibi not.* D. Struv. Dividitur τ in Profectitiam, quæ à patre profecta *l. 5. pr. &* §. 5. *ff. de jur. dot.* & Adventitiam, quæ à quovis alio datur. *l. 5. pr. &* §. *pen. l. 35. ff. de jur. dot. Dd. commun. passim.* τ *th. 4. ib.*

Dicitur Jus universale, non ab objecto, sed ab effectu & utilitate dotis.

Profectitiam] si quis Titio donaturus, dederit ejus filiæ dotem, eritne profectitia? v. Pac. *C. 5. enant.* 49.

Th. XIX.

De Avo] Nec contrarius est Fachin. *L. X. cap.* 40. qui id non simpliciter negat, sed quando filia est dives.

Alia quæstio est, quam proponit Pac. *C. 5. enant.* 55. ex *d. l. 6.* cui obstare videtur *l. 79. ff. de jur. dot.*

Naturalem] Dissent. Bronch. *C. 3. enant.* 14. & alii. Puto tamen, aut de Dote pinguiori; aut de filia locuplete loqui. Id quod & Autor concedit, add. Fachin. *L. X.*

Th. XIX.

Pater υ filiam, quam habet in potestate, dotare tenetur *l. 19. ff. de rit. nupt. l. ult. C. de dot. promiss.* (quod & ratione neptis de avo intelligendum. *l. 6. ff. de collat. l. 7.* §. *fin. & l. seq. ff. de in rem vers.*) imò & naturalem, φ si aliunde non habet, unde dotetur *Nov.* 89. *c.* 12. Gail. 2. *O.* 88. locupleti verò filiæ cuicunque dotem dare non compellitur *arg. l. 5.* §. 7. *ff. de agnosc. lib.* Bach. *ad vol.* 2. *Treutl. d. 7. th. 2. lit. c.* Carpz. *Jurispr. for. p. 2. C. 42. d.* 13. sicut nec χ emancipatæ *l. 5.* §. 12. *l. 51. ff. de jur. dot.* nisi & ipsa inops sit

υ *th. 3. p. 150. lin. 4.*
φ *dissent. ibid. vers. Non verò.*
χ *ib. vers. Imò &.*

D. Struv. sit *arg. l. 5. §. 1. ff. de agnosc. & alend. lib.* Bocer. *d. th. 6.* Præter patrem tamen etiam ψ mater. *l. 14. C. de jur. dot.* item frater ω sorori germanæ *l. 12. § pen. ff. de admin. tut.* Curator pupillæ *l. 61. pr. & §. 1. ff. de jur. dot.* & quilibet extraneus *l. 22. pr. sol. matr.* etiam fœmina *a* non modò pro se *l. 57. ff. de jur. dot.* sed & pro alia *l. ult. C. ad SC. Vell.* dotem dare potest.

ψ *ib. inf. n. 3.*
ω *ib. n. 2.*
a ib. in pr. thes.

L. X. c. 38. Obligatio enim Patri ad dotandum incumbens, ex pietate oritur, vid. Aut. *infr. D. 22. th. 17.* adeoque locum habet tum demum, ubi alia adminicula deficiunt.

Emancipata] Nim. Autor non tam in ratione quadam civili, v. g. patria potestate, quippe quæ & in Naturali & Emancipata filia cessat; sed naturali, mutua Parentum & liberorum obligatione se fundat, quæ ipsum ligat ad utramque dotandam, si egeat. Unde & Dn. Struv. qui de naturali filia negavit, de Emancipata concedit.

Th. XX.

In dotem dari possunt res quævis *b* sive mobiles sint sive immobiles *l. 47. cum seqq. ff. de jur. dot. l. 30. C. eod.* & tam corporales quàm incorporales. *l. 42. ff. de jur. dot. l. 13. §. 10. ff. de petit. hæred. l. 7. §. 2. ff. de jur. dot. l. 71. eod. l. 2. C. de O. & A.* (non tamen *c* Feudales *2. F. 9. §. 1.* nisi in subsidium, aliis scil. bonis, unde filiæ aut sorori congrua dos constituatur, deficientibus, Hartm. Pist. *p. 2. q. 37. n. 1.*

b D. 30. th. 6. pr.
c Synt. feud. cap. XII. aph. 7. & XIII. 5. it. XIV. 17.

Th. XX.

Feudales] Distinguendum hic, ut FOEMINA feudum quod habet, marito in dotem rectè afferat: Hic enim potissimus ratione fœminæ effectus & utilitas feudi est, ut eô in dotem datô honestam nubendi quærat conditionem. PATER autem, sive quilibet alius, filiæ vel alii fœminæ feudum IPSUM in dotem citra Domini assensum dare nequit; secus atque FRUCTUS: vid. Dn. Struv. *Synt. feud. cap. 12. aph. 7. n. 2. inf.* Moribus namque & æquitate receptum est, ut deficientibus, vel non sufficientibus bonis

nis allodialibus, alimenta & dos congrua filiabus ex feudo quod Pater habuit, suppeditari, vel saltim suppleri debeant à quolibet feudi possessore: Ac si de quantitate ejus non conveniat, arbitrio & moderationi Domini relinquitur. Id. *cap. 14. aph. 17.*

Th. XXI.

Non futura] Idem est in Donatione. *v. Disp. 19. th. 26.* Quòd autem secus in Pignore obtineat, *v. D. 12. th. 4.* ratio differentiæ hæc est, quòd illud sit actus quispiam permanens & continuus, quô creditori non solùm de præsenti sorte, sed de futuris quoque usuris & interesse cavendum est; cui bona præsentia, quæ perire possunt, non sufficiunt. Dotis constitutio actus momentaneus est & transitorius, & facultatibus uxoris potius, quàm oneribus matrimonii exæquandus: cùm & sine ulla dote, nunquàm tamen sine onere, matrimonium esse possit. conf. Brunnem. *ad l. f. C. quæ res pign.*

Non tamen] conseq. nec dotis privilegiis eo casu utitur mulier. Sande. *L. 2. T. 2. d. 2.* alleg. Wissenb. *D. 46. th. 14.*

Th. XXII.

Indefinitè] & quidem si à Patre, censetur promissa congrua: Sin ab extraneo, nulla: Sin

n. 2. Gail. *1. obs. 117. n. 7.* Vult. *de Feud. c. 9. n. 57.*) Et dantur vel æstimatæ *d* vel inæstimatæ: *l. 10. cum seqq. ff. de jur. dot. l. 30. C. eod. l. un. §. 9. in fin. & §. 15. C. de rei uxor. act.*

D. Struv. *d conf. Synt. civ. D. 30. th. 10. in m. & th. 14.*

Th. XXI.

Mulierem omnia sua bona *e* marito in dotem dare posse, non videtur dubitandum *l. 72. pr. ff. l. 4. C. de jur. dot.* quâ tamen datione non continentur futura *f* seu pòst quæsita *arg. l. 7. ff. de aur. leg. l. 22. §. 5. ff. mandat. l. 69. ff. de contrah. empt.* quòd si etiam mulier omnia bona ad maritum quidem afferat, nihilque sibi vendicet, & tacitè cum illis uti sinat, non tamen omnia bona illi doti dedisse intelligitur. *arg. l. 1. C. de dot. promiss.* Mozz. *de matrim. c. de natur. matrim. n. 2. & 3.* Cacheran. *decis. 21.* Gail. *2. obs. 82.* Paris. *consil. 34. vol. 2.*

e d. thes. 6. post pr. vers. Possunt.

f ibid.

Th. XXII.

Constituitur *g* dos vel pollicitatione *l. 6. & tit. C. de*

g v. th. 7. pr.

Nnn

D. Struv. de dot. promiss. vel pactô l. 4. C. d. t. vel stipulatione l. 1. 2. 5. C. d. t. l. 33. ff. de jur. dot. h ib. inm. quæ hodie h cuivis constitutioni dotis inest l. un. pr. §. 1. & 2. C. de rei uxor. act. idque vel definitè vel indefinitè. l. 1. C. de dot. promiss. l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. vid. Bernh. Schotan. *exam. jurid. p. 4. tit. de dot. promiss.* i v. th. 9. Acquiritur verò i traditione *arg. l. 20. C. de pact.* §. 40. *Inst. de R. D.* & legatô, *l. 4. ff. ubi pupil. educ. l. 29. ff. de jur. dot.* nonnunquàm pro tradita habetur, licèt actualiter tradita non sit; de quo modo vid. *l. 41. §. 2. l. 43. pr. l. 33. l. 56. pr. de jur. dot.* Donel. *14. c. 4.* Bocer. *class. 2. d. 18. th. 41. & 42.*

Sin ab ipsa fœmina, idem quod de Patre videtur dicendum. Vera enim Imperatorû decidendi ratio nusquàm aliunde, quàm ex incertitudine, quæ æque in Patre atque extraneo militat, desumta. Quòd autem *in l. 69. §. 4. ff. h.* contrarium in Patre statui videtur, nulla specialitatis, sed generalis regula est, æque in extraneo militans, quòd scil. admiserit arbitrium, adeoque aliqualem certitudinem: quam etiam extraneus si præsupponat, tenebitur, per *l. 3. C. de Dot. promiss.* conseq. & Filia nubens. In quo scopo etiam ultima Bachovii objectio collimare videtur.

Licèt actualiter] v. g. si mulier debitori suo nubat, inque dotem illud ipsum ejus nomen afferat, quod maritus locô dotis in solutum accipiat. vid. *sup. D. 8. th. 6.* It. Si maritus caverit se accepisse, quam non accepit, nec tamen debitô tempore protestetur: bienniô enim elapsô tenetur ex sola confessione, licèt non acceperit. v. Fachin. *L. 8. c. 86. seq.*

Tit. IV. de Pactis dotalibus.

Th. XXIII.

Dotibus plerumque certa pacta adjici solent, de lucranda vel restituenda k v. D. 30. th. 17. pr. k dote ac donatione propter nuptias concepta; quæ, si

Th. XXIII.

Universali successione] Add. Aut. *sup. D. 2. th. 25.* Jure quidem Romanô pactum dotale æqualis successionis, quod Græci pactum ἰσομοιρείας vocant, improbatur per *l. 15. C. de Pact.* Sed

Sed Leo Imp. in sua *Nov. 19.* id approbavit, quæ Nov. multarum gentium moribus recepta: In *Frisia* quidem strictè juri civ. inhærent, teste Wissenbach. *p. 476. th. 23. in f. D. 46.* & juxta id decisum refert Sande. L. *2. T. 2. d. 7.* In universa tamen *Francia*, etiam illis ejus partibus, quæ jure scriptô utuntur, & nihil ferè præter Romanam prudentiam admittunt, tolerantur, Mornac. *ad d. l. 9.* Idem de *Biturigibus* Boërius; de *Burgundis* Chassanæ9; de *Gelria* & vicinis provinciis Frid. à Sande. de *Germania* Zasius & alii testantur.

Modò in vim contractûs] Et hoc quidem interest, ut verbis contractum inducentibus concepta, sint irrevocabilia; verbis autem ultimæ voluntatis, sint revocabilia: Modò ne ex qualibet mentione sive consideratione mortis, donatio mortis causâ inducatur. Sand. *L. 2. T. 1. d. 4.*

Sive Testibus] add. sup. *D. 13. th. 25.*

Th. XXIV.

Actio ex stipulatu] quæ hôc casu præter suam naturam est bonæ fidei. v. infr. *D. 22. th. 26.*

Hypothecaria] de cujus natura vid. sup. *D. 12.*

si non repugnant *l* legibus aut moribus, vel aliàs caussam dotis reddunt deteriorem, sunt servanda *t. t. ff. de pact. dotal. tit. C. de pact. convent. l. un.* §. *16. C. de rei uxor. act.* Gail. *2. obs. 78. n. 7.* Hartm. Hartman. *tit. 35. obs. 8.* Cothman. *cons. 78. n. 176. vol. 2.* Hodie *m* etiam de bonis aliis, quàm dotalibus, imò & universali successione conjugis superstitis, in iis licitè disponi est notissimum. Valent autem modò in vim contractûs, modò ultimæ voluntatis, nonnunquàm & sine testibus, si judicialiter fuerint insinuata. *n* Vid. Mynsi. *2. obs. 33.* Hartm. Hartman. *tit. 44. obs. 2. n. 8.* Carpz. *jurisp. for. p. 2. c. 43. d. 1. & seqq.*

D. Strauv. *l th. 11. ib.*

m v. ib. th. 19. per tot.

n v. th. 30. circa f. ib. & d. th. 19. p. 130. pr.

Th. XXIV.

Dotis constitutæ effectus est (1.) actio ex *o* stipulatu *l. un. pr. C. de rei uxor. act.* item *p* hypothecaria *d. l. un.* §. *1. C. d. t.* pro dote exigenda. (2.) dominium, *q* quod maritus in dote consequitur *l. 1.* §. *1. l. 13.*

o j. th. 7. lin. 7. seqq. cum th. 10 lin. 4. 7. & inf.

p v. d. th. 7. in m. j. D. 16. th. 24. n. 2.

q v. th. 11. circa f. vers. Re denig.

D. Struv. §. 2. *ff. de fund. dot. l. 23. C. de jur. dot. l. 7. §. 3. ff. eod. l. 47. §. ult. ff. de pecul. pr. inst. quib. alien. lic.* cujus ratione & propter onera matrimonii fructûs *r* dotis lucratur. *l. 7. pr. l. 56. §. 1. ff. l. 20. C. de jur. dot. l. 11. C. de pact. convent. l. 7. §. 12. & seqq. ff. sol. matrim.*

D. 11. *th.* 15. & competit uxori ex legis dispositione, etiã citra conventionem. *ib. th.* 8.

r thes. 11. n. 1.

Tit. V. de Fundo dotali.

Th. XXV.

Est autem dominium hoc sub restitutionis, in casum soluti *s* matrimonii faciendæ lege, non autẽ simpliciter in Maritum translatum. *l. 139. §. fin. ff. de R. I.* Quò fit etiam, quòd (1.) rei inæstimatò *t* datæ periculum mulier sustineat. *l. 18. §. 1. ff. sol. matr. l. 10. pr. & §. 1. ff. de jur. dot.* ipse saltem dolum & levem culpam in ea præstet. *d. l. 18. §. 1. l. 24. §. 5. ff. sol. matrim.* (2.) quòd rem inæstimato datam immobilem *u* nec alienare nec obligare possit. *pr. Inst. quib. alien. lic. l. 1. l. 4. ff. de fund. dot.* sive consentiente *x* sive refragrante muliere *d. pr. Inst. quib. alien. lic. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act.* modò non accesserit *y* jusjurandum. *c. 28. extr. de jurejur. cap. 2. de jurejur. in 6.*

s v. ib. th. 46 seqq. t. th. 12. lin. 4. & th. 13. pr.
t j. th. 14. cum th. 52. seq.
u v. th. 20.
x j. th. 20. & 22.
y j. th. 21. & D. 17. th. 24. D. 21. th. 11.

Th. XXV.

Dominium hoc] Quàm multifariam aliàs circa hanc rem distinguatur, vid. ap. Ungeb. *Ex. 7. qu. 6.* Videtur autem ita habendum, ut dotis constitutione rebus dotalibus nova qualitas & habitudo sit indita, cujus intuitu Maritus reputetur Dominus; cùm rerum extra istum respectũ, & juxta nativam earum conditionem, utique domina uxor manserit, quiescente tamen hactenus dominiô ejus, quamdiu matrimonium durat. Nec movet, duos ejusdem rei simul & in solidũ dominos esse non posse, *l. 5. §. 15. ff. Commod.* Cùm diversâ consideratione locus religiosus sit divini juris, & tamen dicatur alicujus privati esse, conf. *infr. D. 20. th. 9.* & aliquis totarũ ædium dominus dicatur, licèt alius certæ partis sit domino. *conf. ib. th. 13. & §. 29. J. de R. D.* add. etiam Bronch. *C. 3. qu. 12.*

Periculum sustineat] quia sc. res perit suo Domino. vid. *sup. D. 8. th. 8.*

Lib.

Th. XXVI.

Donationes alias.] Has non nisi certis casibus valere, repetit Autor *infr. D. XIX. th. 25.*

Donantis morte] Res ita habere videtur: Aut tradendo rem donavit maritus, nec vivus revocavit; & morte suâ firmasse creditur: Sin conventionalis donatio fuerit, quâ vivens non implevit, mortuus implere noluisse censetur *l. 23. ff. de Don. int. vir & ux.* Opp. *l. 33. pr. eod.* ubi nuda stipulatio mariti ejus morte firmata videtur, utcunque vivus non tradidisset. Resp. Non scil. quasi pœnituerit ipsum, sed quòd annuæ promissionis dies nondum venerit: fecerat enim distinctas pensiones. vid. Pac. C. V. enant. 59.

Th. XXVI.

Non uti dotem & donationẽ propter z nuptias, ita & donationes alias inter virum & uxorem jus civile probat, sed has ipso jure nullas esse α jubet *l. 3. §. 10. ff. de Donat. int. vir. & ux.* ob rationes in *l. 1. 2. 3. ff. eod.* Veruntamen, hæc donationum inter conjuges prohibitio varias admittit limitationes, β inter quas hæ præcipuæ; si mortis caussâ facta, *l. 9. §. fin. ff. de donat. int. vir. & ux.* vel donantis morte γ confirmata sit; *Nov. 162.* item si donatio sit reciproca *l. 7. §. 2. ff. de donat. int. vir. & ux.* Gail. *2. obs. 40.*

D. Stauv. z v. D. 30. th. 32. α ib. th. 23. j. th. 26. β v. th. 29. γ ibid. th. 30.

Tit. II. de Divortiis & repudiis.

Th. XXVII.

Morte] scil. naturali: an etiam civili: v. g. deportatione? v. Bronch. *C. 3. enant. 6.*

Adulterium] Nisi reconciliatio intervenerit. Intervenisse autem præsumitur, si post compertum adulteriũ conjugalem consuetudi-

Th. XXVII.

Dissolvuntur δ Nuptiæ seu Matrimonium non tantùm morte, ε sed etiam divortiô ζ inter vivos, *l. 1. & l. 2. pr. ff. de divort. & repud.* Et olim η quidem plurimæ fuerunt divortii caussæ legitimæ: Hodie θ in Ecclesiis reformatis caussæ divortii ex solo jure divino æstimantur, & præter duas, Adulterium ι scilicet,

δ v. th. 37. seqq. ε th. 40. ib. ζ thes. 38. seq. η thes. 39. lin. 3. θ ib. th. 40. ι th. 41. n. 1.

 Matth.

D.Struvi κ ib. n. 2. Matth. 5, 32. & 19, 9. ac malitiosam κ Desertionem *1. Corinth. 7, 15.* nullæ admittuntur, quæ quidem vinculũ matrimonii penitus dirimant. Mart. Chemnit. *in exam. concil. Trid. part. 2. de matrimon. sess. 8. can. 6.* Paul. Tarnov. *de conjug. lib. 3. c. 8.*

dinẽ denuò habuerint. Sand. *L. 2. T. 6 d. 2.* conf. etiam Bronch. *C. 3. q. 8.*

Desertionem] idem asserit Carpz. *J. prud. Consist. L. 2. d. 56.* ubi in seqq. de processu desertionis.

Tit. III. Solutô matrimoniô dos quemadmodum petatur.

Th. XXIIX.

Dissolutô matrimoniô locus est dotis repetitioni per actionem

λ thes. 48. p. 151. ex λ stipulatu, *l. un. pr. C. de rei uxor. act.* eaque bonæ est fidei §. *29. Inst. de act.* ac competit mulieri præser-

μ v. th. 48. in m. 49. in m. & th. seq. tim, ejusve μ heredi adversus maritum, ejusve heredes, imò & fiscum *l. 2. C. sol. matrim.* ad dotem cum

ν v. th. 52. fructibus ν restituendam. *l. 5. 6. 7. & passim. ff. sol. matrim. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act.* Condemnatio tamen mariti, soceri, & heredum suorum

ξ th. 54. & D. 44. th. 20. n. 3. fit, in quantum facere ξ possunt *l. 12. & seq. l. 15. §. ult. l. 28. pr. ff. l. 8. C. sol. matr. l. 21. ff. de re jud.*

Th. XXIIX.

Locus est dot. repet.] Imò etiam quando separatio quoad torum & mensam solùm facta, maritus uxori aut alimenta præstare, aut dotem restituere tenetur. Carpz. *d. tr. L. 2. d. 213. seq.* & Sande. *L. 2. T. 6. d. 1.* decisum refert, uxori ob sævitiam divertenti dotem restituendam.

Bona est fidei] add. infr. *D. 22. th. 26.*

Imò & Fiscum] ratio est in *D. 25. th. 18.*

In quantum facere] vid. Aut. infr. *D. 21. th. 10.* add. Pac. *C. 5. cent. 64.* Bronch. *C. 3. qu. 16.*

Th. XXIX.

Quia dominium rerum dotalium solutô matrimoniô

ο D. 30. th. 47. inf. ipsô ο jure ad uxorem redit *l. 30. pr. C. de jur. dot.* ideoque

π v. thes. 45. in m. & tunc res adhuc exstantes actione reali vindicare π ac per-

Th. XXIX.

Ad uxorem redit] Dos profectitia, uxore mortuâ & liberis relictis, apud maritum remanet, nec ad Socerum revertitur, Sande. *L. 2. T. 2. d. 5.* Ungeb. *Ex. VII. qu. 7.* Quid de Arrha? Sand. *ib. d. 8.*

Con-

Constante matrimonio] Marito ad inopiam vergente mulier assecurationem dotis ac donationis propter nuptias petere potest. Carpz. *p. 2. C. 24. d. 11.* & si concursus creditorum emergat, jus prælationis in dote habet. Id. *ib. p. 1. C. 28. d. 69.*

persequi potest *d. l. 30. C. eod.* [D. Struv.] Nonnunquàm etiam, suadente necessitate & utilitate, constante matrimoniô ϱ dotis repetitio locum habet, *l. 29. C. de jur. dot. l. 24. ff. sol. matr.* Gail. *2. obs. 83. & seq.* Rittershus. *in expos. Novel. p. 5. c. 5. n. 4.* [ϱ v. th. 56.]

Lib. XXV. de Impensis in res dotales factis.

Th. XXX.

Impensarum] conf. etiam sup. *D. V. th 26.*

Ipso Jure] h. e. Lex Marito prospexit ita, ut mulier ipsâ juris dispositione repetere amplius non possit, quàm his deductis superest, neque, sicut in utilibus, *v. l. 5. de Dot. prælég. l. 7. §. 1. j. l. 5. §. f. de Dol. exc.* factô hominis opus sit: Sed quantitas impensarum cum quantitate dotis compensetur: Notus autem est effectus compensationis, quod ipso jure minuat, ex *D. 10. th. 13.*

Nihil mutatum] scil. quemadmodum in utilibus; ubi olim retentio licita erat, Justinianus autem eam inhibuit.

Th. XXX.

Repetitioni dotis objicitur Exceptio impensarum σ in res dotales factarum, quæ si fuerint necessariæ, τ dotem ipso jure minuunt, *l. 5. & 15. ff. de impens. in res dot. fact. l. 56. §. 3. ff. de jure dot.* & in his à Justiniano nihil υ est mutatum *l. un. §. 5. C. de rei uxor. act.* [σ v. th. 58. seqq. D. 10. th. 30. seqq.] [τ v. D. 30. th. 60.] [υ conf. th. 61.]

Tit. II. De actione rerum amotarum.

Th. XXXI.

Non famosa furti] Sic neq; Injuriarũ conjugi contra conjugẽ lari, tradit Sande. *L. 5. T. 8. d 9.*

Rerum amot.] Atqui, stante matrimoniô non hoc judicium, sed condictio sine causa datur. *l. 25. ff. h. t. n. 1. 2.* Dist. tres casûs. Aut enim (1.) res quidem amotæ sunt, sed divortium non secutũ; amotæ res non videntur, quia adhuc in familia mariti sunt. Aut

Th. XXXI.

Ob res divortii causâ constante matrimoniô à conjuge amotas non famosa φ furti, sed rerum amotarum actio χ datur *l. 1. & 2. ff. d. t.* quæ competit adversus ψ illum, qui amovit, in ω solidum *l. 52. ff. de re jud. l. 21. §. 4. & seqq. de act. rer. amot.* adversùs heredem verò ejus non ultrà, quàm a ad eum pervenit *l. ult. C. d. t. l. 38. l. 44. ff. de R. J.* [φ p. 138. pr.] [χ v. th. 64.] [ψ th. 66.] [ω th. 67.] [a ad. th. 68. inf.]

Aut (2.) antè subtraxit, pòst aufugit; & tum hæc actio locum habet. Aut (3.) antè aufugit, pòst subtraxit; & verum furtum est. Oportet itaq; res stante matrimoniô esse sublatas; Judiciū verò post divortiū locū habet. Neq; dicit Autor, Competere judiciū stante matrimoniô, nec agit de tempore inchoandi judicii; sed perpetrati delicti.

Tit. III. de agnoscendis & alendis liberis, vel Parentibus vel Patronis, vel libertis.

Th. XXXII.

D. Struv. Pater liberos ex justis nuptiis procreatos, nisi aliunde seipsos exhibere queant, *l. 5. §. 7. ff. de agnos. lib.* lege naturæ alere *b* tenetur: quod etiam ad naturales & vulgò quæsitos *c* extenditur *l. 5. §. 4. ff. de agnosc. lib. Auth. licet. C. de natur. lib.* non æquè ad incestuosos & *d* adulterinos *Auth. ex complexu C. de incest. nupt. Nov. 89. c. ult.*

b v. th. 74. *c th. 79. pr.* *d ibid. in m. j. D. 38. th. 22 in f.*

Th. XXXII.

Lege naturâ alere] vid infr. *D. 21. th. 17.*

Non aq; adulterinos] Nec movet, Alimenta ipsam naturā urgere, nulloq; adeò jure civ. negari posse. Nam in universum non negantur, sed Parentes solùm, de quibus metus est, pro perverso erga illegitimos amore, plus illis quàm legitimè natis daturos, prohibentur: Fiscus autem eos alere solet: Sicut de Expositititiis testatur Sande, *L. 2. T. 8. d. 4.* add. infr. *D. 18. th. 23.*

Tit. VII. de Concubinis.

Th. XXXIII.

Concubinatus, quem leges *e* quidem civiles & Canones *f* olim tolerârunt, *l. 3. §. 1. ff. de concub. c. 4. & 5. dist. 34.* hodie *g* pro scortatione habetur *Novel. Leon. 91.* Liberi tamen exinde nati instar naturalium adhuc legitimantur. *§. ult. inst. de nupt. l. 5. 6. 10. C. de natur. lib. Nov. 74. & 89.* Bachov. *ad Trl.*

e v. D. 30. th. 88. *f ib. th. 89. pr.* *g ib. in f. & d. D. 38. th. 22.*

Th. XXXIII.

Et Canones] Wissenb. *in contradict. Jur. can. n. 15.* pugnantiam canonum admittit, quia in utramque partem textûs inveniantur. Quid si tantùm improbari dixerimus? Non obstabit *c. Christiano. dist. 34.* ubi habens concubinā non excluditur à communione. vid. Carpz. *pr. Cr. p. 2. qu. 70. n. 38. seqq. & J. prud. Consist. L. 2. d. 235.* Bach. *Trl. v. 2. D. 16. th. 3. A.*

Adhuc legitimantur] scil utcunq; spurii reputentur, quorum olim nulla fuit legitimatio. Nam salvâ hac legitimandi possibilitate illa exæquatio facta est.

DI-

DISPUTATIO XV.
ad Lib. XXVI. & XXVII. Pandectarum.

Respondente

JOHANN. FRIDERIC. à Watzdorff/ Eq. Varisc.

Tit. I. de Tutelis.

Th. I.

I*Ntelligimus pupillum*] Melius scil. erat, subjectũ passivum, in quod fit operatio, quàm activum, in quo residet potestas, exprimere; Quòd enim Tutorem oporteat esse liberum, id commune habet tutela cum reliquis potestatibus, quæ in servos planè non cadunt; adeoque ipso Potestatis vocabulò erat significata libertas tutoris, ut tautologicè nunc repeti opus non esset. *Nec movet*, utique & servos tutores dari posse. *Nam* Dari posse, & Esse posse, distincta sunt; hôc ipso quò dantur Tutores, fiunt & liberi. *Si dicas*, opus non

Th. I.

TUTELA, de qua hâc dissertatione agendum, est *a* vis ac *b* potestas *l.* 1. *pr. ff.* §. 1. *Inst. d. tutel.* in capite libero (*pro*, in caput liberum, uti aliàs in jure passim, h. e. hominem sui juris, per quem intelligimus Pupillum *c* Ulp. *in frag. tit.* 11. §. 5. Gell. 5. *c.* 19. Duar. *ad tit. ff. de tutel. c.* 1. Cujac. 21. *obs.* 23. Hotoman. Wesemb. Borch. Ant. Matth. *ad d.* §. 1. *Inst. de tutel.* Paul. Montan. *tr. de jur. tut. & curat. c.* 7. *n.* 7. *& seqq.*) ad tuendum *d* (unde & Tutores dicti §. 2. *Inst de tutel. l.* 1. §. 1. *ff. eod.*) eum, qui *e* per ætatem se defendere nequit, *d.* §. 1. *Instit. de tutel.* §. *pen. Inst. de Attil. tutor.* jure civili (quàmvis origine suâ sit juris naturalis *d.* §. *penult. Inst. de Attil. tut. l.* 1. *C. de in integr. restit. min. l.* 7. *C. de excus. tut.*) data & *f f* per-

D.Struv.
a v. D. *st. th.* 2.
b ib. th. 3. *pr.*
c ib. n. 1.
d conf. th. 4. *cum th.* 40.
e v. th. 3. *n.* 2.
f ib. n. 3. *cum th.* 13.

D. Struv. permissa *d. l.* 1. §. 1. *d.* §. *1. Inst. de tutel.*

non esse ut de subjecto passivo exaudiamus, cùm & servo dari tutor possit. R. datur non ut servo, sed ob speratam libertatem. vid. Si Ungeb. *Ex. IV. qu. 1.* Riemer. *decad. 3. qu. 1.* Gerhard. *qu. 11. edit. nov.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 3.*

Origine suâ] vid. Aut. *sup. D. 1. th. 9.*

Tit. II. de Testamentaria tutela.

Th. II.

g v. th. 10. pr. j. th. 11. Dividitur tutela *g* in Testamentariam, Legitimam & Dativam *l. 40. l. 52. C. de Episc. & Cler. l. ult. C. de legit. tutor.* junct. *l. 7. ff. rem pupil. sal. l. 13. pr. ff. de excus. tut.* *h de qua th. 12.* Testamentariæ *h* ratio prima esse debet, quia quamdiu hæc speratur, cessat legitima *l. 11. ff. de testam. tut.* Permissum itaque Parentibus, liberis, quos habent in potestate, *i th. 14. pr.* *i* impuberibus, cujusque sexûs aut gradûs, §. *3. Inst. de tutel. l.* 1. §. 1. *ff. de testam. tutel.* non solùm institutis *k ib. in m. j. D. 34. th. 19.* sed etiam *k* exheredatis *l. 4. ff. de testam. tutel.* Donel. *lib. 3. com. 4.* tutores dare, quod & ad posthumos *l d. th. 14. vers. cæterum.* *l* extenditur §. *4. Inst. de tutel.* arg. *l. 7. & pen. ff. de stat. hom.* Filiis autem dans tutorem pater, nepotibus *m ib. vers. Quod si.* *m* non dedisse intelligitur. §. *fin. Inst. qui testam. tutor. dar. pos. l. 6. ff. de testam. tutel.* quod secus habet

Th. II.

Exheredatis] Opp. Quem moriturus non habet in suis heredibus, ei tutorem quoque dare nequit. *l. 73. §. 1. ff. de R. J.* Atqui exheredatus non est ex numero suorum, quippe à Patre exclusus. *l. f. Unde legit. l. 1. §. p. ff. de suis & legit.* E. R. Lim. Maj. Quem ipso actu jam tempore testamenti amplius non habet. Sic Neg. Min. quia demum per testamentum excluditur; hoc ipsum tamen post mortem testatoris valere incipit. add. Ungeb. *Ex. IV. qu. 3. in Ajo* Gerhard. *qu. 13.* de cœtero, An suitas tollatur exheredatione? Riem. *D. 6. q. 4.*

Nepo-

Nepotibus] Neque in contrarium est Callistratus in *l. 220. ff. de V. S.* ut qui (1.) non dicit, quòd Filiorum appellatione contineantur nepotes, sed quòd Liberorum; quorum significatio latior est, *§. f. I. Qui test. tut.* (2.) Ipse declarat, non juris, sed voluntatis & facti quæstionem esse. vid. Pac. *C. 5. evant. 72* Bronch. *C. 3. qu. 18.*

habet in concessione feudi: *n* arg. *l. pen. ff. de constit. princip.* Fachin. *7. contro. 75.* Ludvvel. *disp. Instit.* 3. *th. 2. lit. d.*

n D. STRUV. *S. F. cl. IV. a. 12. n. 5. & IX. 8. n. 15.*

Tit. III. de Confirmando Tutore vel Curatore.

Th. III.

Nec Matrem] Dist. an Præterierit mater vel exheredaverit; & datio tutoris non admittitur. An instituerit quidem, sed in legitima solùm; & Judex non nisi prævia inquisitione arbitratur: quô tendere videtur *l. 69. §. 2. de leg. 2.* aut denique plus legitimâ reliquit; & citra inquisitionem confirmabit. Ne itaque cum Cujacio expungamus negationem in *d. l. 4. C. de Test. tut.* Tres ibi casûs distinguendi. (1.) quando Mater filios instituit, rectè quoque dat tutores. Hic continetur in initio legis; modò quòd conditionalis propositio resolvenda sit in puram. (2.) Quando mater filium non instituit, necesse non est, ut confirmetur; *Solet* tamen fieri. Duas has propositiones separatas esse, apparet ex verbis: *Quando autem:* ubi Imp. resolvit & explicat quasi priorem, hôc sensu: quando itaque non instituit, & tamen tutorem dedit, &c. de jure is tutor non est: quan-

Th. III.

Cùm jus dandi tutorem testamentô à patria potestate *o* dependeat, sequitur, extraneos *p* dare non posse: imò nec Matrem. *q* Si tamen impuberes insimul heredes *r* instituerint, dati ab illis ex inquisitione confirmantur, *l. 4. Cod. de testament. tut. l. 4. ff. eod. l. 69. §. 2. ff. de legat. 2. l. 1. §. 1. l. 2. ff. de confirm. tut.* Datus verò à patre emancipato, *s* etiam omnimodò i.e. sine

o v. th. 13.
p th. 19. p. 172. lin. 1.
q ib. p. 171. inf.
r vers. Necesse autem.
s thes. 18.

D. STRUV. sine inquisitione confirmatur, §. *ult. Inst. de tutel. l. 1. §. 2. ff. de confirm. tut.* Et taliter confirmati tutores pro Testamentariis *t* potiùs, quàm Dativis sunt habendi *l. 1. §. 1. in fin. ff. de test. tut. l. 26. §. fin. cod. l. 3. ff. de confirm. tut. l. 32. ff. de excus. tut.* præsertim cùm & legitimis præferantur. *u* Donel. *3. comm. 5.*

t ib. 21.

u thes. 17. inf.

quando autem (3.) nihilominus de facto suscepit is tutelam, debebat quidem actus esse nullus ipso Jure; Pupilli tamen favore subsidiariâ tutelæ actione tenetur, ne pupillus sit in damno. Novum autem non est, etiam ex actu annullato actionem dari. vid. §. *f. I. de empt.* conf. Riemer. *dec. ad. 3. coroll. 2.* Ungeb. *Ex. IV. qu. 3.*

Pro testamentariis] Hi enim duum sunt generum, alii mox atque dati sunt, valent; alii robur suum à confirmatione Magistratûs, essentiam tamen à testatore accipiunt, cujus voluntatem Prætor in confirmando sequitur, nec secundùm suam Jurisdictionem constituit, aut liberas habet manûs; ut adeò non sibi hoc adscribere, aut nomen de se dare possit. *Non obstante* quòd ante approbationem inutiliter dicantur dati: modò ne sint nulliter! vid. Riem. *Dec. 3. qu. 4.* Ungeb. *Ex. IV. qu. 2.* Usus quæstionis in eo est, quòd tutori conducat, testamentarium potius esse.

Th. IV.

Testamentô Tutor dari potest *x* non solùm paterfam. sed & filiusfam. *pr. Inst. qui test. tut. dar.* imò & servus, *y* non tamen alienus, nisi sub conditione, *l. 10. §. ult. ff. de testam. tut. §. 1. Inst. qui test. tut. dar.* sed proprius; qui, sive cum, sive sine libertate datus, liberta-

x vid. th. 16. pr.

y ib. p. 171.

z thes. 31. n. 1.

Th. IV.

Sub conditione] vid. Ungeb. *Ex. IV. qu. 5.* Pac. *C. 5. qu. 71.*

Libertatem directam] Quam in ea qualitate acceptare quoque teneretur, juxta *d. §. 1. I. qui test. tut.* si principia & rigorem juris spectemus: quia tamen sic defuncti, non heredû *pupillorum* fieret libertus; ideò in eorum *favorem* permittitur fideicommissariam ab illis accipere libertatem, & in eos jura patro-

patronatûs derivare: Cui accedit *libertatis favor*, quam, dum testator ipsam dedit, non refragabitur admodùm, modum paulò inflecti. vid. Ungeb. *Ex. IV. qu. 4.* Riemer. *Dec. 3. qu. 3.* Frantzk. *Ex. 3. qu. 2.*

In hac specie] Secus atque in Legitima. *l. 77. de R. J. v. th. 11. circa f. b.*

bertatem directam consequitur §. 1. *Inst. eod.* §. 2. *Inst. ex quib. caus. manum. l. 32.* §. *1. ff. de testam. tut.* nec interest in hac specie, z num purè, an ex certo tempore & ad certum tempus, vel sub conditione tutor detur. §. *3. Inst. qui test. tut. dar. l. 8.* §. 2. *l. pen. ff. de test. tut.*

D.STRUV.

z *v. th. 15.*

Tit. IV. de Legitimis tutoribus.

Th. V.

Spes successionis] Hinc & in tutela legitima gerenda proximior præferendus: sin plures concurrant, Senior. Ita JCti Jenenses M. Mart. 1617. teste Richterô *Decis. XII. num. 9.* responderunt.

In allodialibus] scil. ex paritate successionis: In feudalibus itaque agnati præferentur. Sicut & jure Sax. *Landr. Lib. 1. art. 23.* dispositum, ut agnati cognatos excludant.

Th. VI.

Secundis nupt. renunc.] Citra tamen jusjuran

Th. V.

Legitimæ tutelæ, cui post *α* testamentariam locus *l. 11. pr. ff. de test. tut. l. 89. ff. de R. J. pr. Inst. de legit. Agnat. tut.* ratio β est Spes successionis *l. 11. pr. ff. de legit. tut.* §. *un. inst. de legit. patron. tut.* arg. *l. 10. ff. de R. J.* Quam, cùm hodie in γ allodialibus æquè Cognati ac Agnati habeant *Novell. 118. c. 4.* pari jure utrique, juxta gradûs tamen prærogativam, ut propinquiores remotioribus præferantur §. *fin. Inst. de cap. demin. l. 9. ff. de legit. tut.* ad tutelam admittuntur, *d. Novell. 118. c. 5.*

α v. th. 22. pr.

β thes. 24. lin. 3.

γ thes. 25. per tot.

Th. VI.

Quia tutela virile munus est, & ultra sexum δ fœmineæ infirmita-

δ thes. 26. lin. 2.

D. Struv. mitatis *l. 1. C. quand. mul. off. tutel. fung. pot.* regulariter masculi tantùm ad eam vocantur *l. ult. ff. de tutel.* exceptis Matre & Aviâ, ε quæ propter intimum amorem, quô liberos prosequuntur, eam gerere volentes (modò secundis nuptiis ac SCto Vellejano renunciaverint *Novell. 94. c. 2. Auth. Matri C. quand. mul. off. tutel. fun. pot.*) admittuntur, ita ut etiam agnatis & cognatis cæteris sint præferendæ. *d. Novel. 118. c. 5. d. Auth. Matri. C. d. t.* Si ad secunda vota nihilominus transierint, ζ ipso jure tutrices esse desinunt. *Novel. 22. c. 40.* adeò, ut iis posteà dissolutis tutelam minimè recipiant. *Nov. 22. c. 40. in fin. Nov. 94. c. 2.* Mynsing. *3. O. 83.*

ε *ib. lin. 3. j. p. 177. lin. 2.*

ζ *d. th. 26. in f.*

jurandum, Carpzov. *p. 2. C. XI. d. 14.* Ne vel perjuræ fieri, vel cum morsu conscientiæ cœlibes manere teneantur.

Cæteris præferendæ] In allodialibus scil. ita Scab. Lips. Mens. Dec. adjungendus tamen è filiis majorennibus aliquis. Iidem M. Mart. 1566. quia mater absque contutore sibi adjuncto nomine pupilli validè haut contrahit. Carpzov. *p. 2. C. XI. d. 11. & seq.*

Minimè recipiant] Matri binubæ permitti non potest in tutela perseverare, Sande. *L. 2. T. 9. d. 3.* affectus enim erga liberos præsumptus expirat & cessat, eâ secundum superinducente maritum, nec morte ipsius resuscitatur, ut quæ non voluntate ejus, sed fatô contingit; econtra potius suspicio depositi amoris adhuc perdurat. conf. Gerhard. *qu. 14. juxta nov. edit.*

Tit. V. de Tutoribus & Curatoribus datis ab his qui jus dandi habent; & qui, & in quibus causis specialiter dari possunt.

Th. VII.

Cessante quoque tutelâ legitimâ, η Dativa specialiter sic dicta locum habet, *pr. Inst. de Attil. tut.* Et

η *v. th. 27.*

Th. VII.

Cessante legitimâ] quàmdiu ergò Agnati adsunt idonei; dativi ces-

Et quia tutoris datio nec imperii est nec jurisdictionis, θ olim tutores dari non poterant, nisi ab iis, quibus id speciali lege, vel SCtô, vel Principis Constitutione erat concessum *l. 6. §. 2. ff. de tutel.* adeoque jurisdictionis erat extraordinariæ, arg. *l. 1. ff. de jurisd.* Hodie tamen ι pro recepta universali consuetudine, quæ *Recess. Imper. de Anno* 1548. *sub reform. polit. tit.* Von der Pupillen/ und Minder Jährigen Kinder Tutorn confirmata, jure Magistratus competere videtur. Bart. *in l. 1. ff. de tut. dat.* Schneidevv. *ad §. 5. Inst. de Attil. tut.* Lindeman. *exerc. Justin.* 1. *ad tit. de Attil. tut. th. 1.*

D. STRUV. θ *v. th. 29. pr. j. D. IV. th. 67. n. 1.* ι *d. th. 29. in m.*

cessent. Quando itaque Præfectus pupillo tutores, agnatis præteritis, dederat, JCti Jenenses M. Nov. 1627. consuluerunt, ad horum instantiam teneri Magistratum subjicere iisdem pupillum & committere administrationem. Dn. Richt. *dict. dec. 11. n. 12.*

Jurisdictionis] Quòd verò Remotio suspecti Jurisdictionis esse permissa fuit jure Romanô, causa est, quòd Prætor litibus privatorum sopiendis præpositus esset; quidquid ergò processum sapit; ad ordinariam ejus functionem pertinet. Jam verò, non datio, sed remotio ita se habet. E. vid. Ungeb. *Ex. IV. qu. 7.* Pac. *C. 5. enant. 69.* Gerhard. *qu. 12.* Riemer. *Dec. 3. qu. 5.* Frantzk. *Ex. 3. qu. 1.* Gœhausen. *peric. acad. part. 1. qu. 21.* add. Autor *sup. D. 2. th. 1. junct. th. 18. b.*

Th. IIX.

Illustribus pupillis Romæ olim à Præfecto urbi, adhibitis in consilium decem Senatoribus & Prætore tutelari, tutores dabantur *l. 1. pr. C. de tutor. vel Curat. illustr.* in provinciis à Præside ex decreto Decurionum *d. l. 1. in fin.*

Th. IIX.

Electoris autem] Voluntatis ea mihi videtur quæstio: utrum Electores, qui Sanctioni Carolinæ adfuerunt, testamentariâ tutelâ in manûs Imperatoris resignatâ, jure com-

D.Struv. *fin. C. eod.* Nostrô tempore illustri genere natis, & quibusvis immediatis imperii Romani civibus pupillis, vel ab Imperatore, vel supremo ejus consistorio, Camera scil. Imperiali Tutores dantur, nisi Parentes iis testamentô de tutoribus legitimè prospexerint Gail. *1. obs. 1. num. 47.* Electoris autem secularis relicti filii primogeniti adhuc impuberis aut minorennis tutor, ex lege publicâ, est proximus Agnatus, cui jus illud nec testamentô paternô auferri potest. Aur. bul. *tit. 7.* And. Knichen. *in jus Saxon. verb. electorum c. 4.* Rosenthal. *de feud. c. 12. concl. 10.*

communi, cum vilissimo quoquô suorum subditorum sibi competente, se abdicare: Imperator etiam apertissimum hoc jus ita perfunctoriè abrogare voluerit: cùm nec de eo principaliter negocium iis invicem fuerit, nec adeò agentium actus ultra eorum intentionem extendendus; nec jurium sublatio præsumptiva admittenda sit; quando præprimis utraque stare simul possunt: sed videatur Princeps loqui secundùm stylum juris aliàs consuetum. Jam verò & lex duod. tabb. pupillum proximo committens agnato, præsupponit, Testamentarium non adesse: loquiturque adeò non exclusivè, sed juxta permissionem tutelæ testamentariæ parentibus semel concessæ: E. & lex Carolina ita exaudienda: utraque suæ Reip. fundamentalis. Quare placuit Riemeri opinio *Dec. 3. qu. 2.* ubi contraria resolvit.

Th. IX.

Magistratus secundùm modum Jurisdictionis suæ Tutores dare potest quoscunque, non tamen ϰ servum *l. 7. C. qui dar. tut. pos.* nec militem λ *l. 4. C. qui tutor. dar. pos.* nec creditorem

ϰ *thes. 31. n. 1.*
λ *ib. n. 4.*

Th. IX.

Secundùm modum] Elegans est casus, quem resolvit Franzk. *L. 1. resol. 16.* An Senatus Academicus pupillis ruri natis, penes se tamen morantibus, dare tutores possit: An confirmandi à Quæstore: & coram eo conveniendi?

Si

rem vel debitorem pupilli *Novel. 72. c. 1. & 94. Auth. Minoris debitor. C. qui dar. tut.* Si verò dissimulatâ μ obligatione tutelam susceperint, Ille jus crediti amittit, Hujus solutio, quam prætendit, nullius est momenti *d. Novel. 72. c. 1. & 4.* vid. prolixè Rittershul. *expos. Novel. p. 8. c. 3. & 4.*

D.S μ *thes. 56. n. 3.*

Si dissimulatâ] Mollius tractaturi tutorem, distinguunt, ut si debitum sit notorium, eô non cadat; quam opinionem defendit, atque aliquoties reassumit B. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 17. seqq. it. L. 5. Resp. 87. & C. 2. decis. 119.* Contrarium, & dictæ Novellæ rigorem tenet Finkelth. *Obs. 28.* & ex eo Fiebig. *in Semidec. qu. 3.* quæ sententia ab Electore Sax. *noviss. Decis. 34.* approbata. conf. Sand. *L. 2. T. 9. d. 1. 2.*

Th. X.

Tutorem habenti tutor regulariter ν non datur *§. 5. Inst. de Curat. l. 9. C. qui dar. tutor.* nisi caussæ & circumstantiæ id requirant, quæ cognoscendæ *l. 10. C. d. t.* quales imprimis sunt Quotiescunque impedimentum accidit vel perpetuum, à quo non datur regressus ad tutelam, ut Remotio ξ suspecti *l. 4. C. in quib. caus. tutor. hab.* Excusatio *§. 5. in fin. Inst. de curator.* Relegatio in perpetuum *l. 29. ff. de excusat. l. pen. C. in quib. caus. tut. hab.* vel temporale quidem, sed tamen indeterminatum, ut Absentia ο Reip. causâ *l. 1. C. in quib. caus. tut. hab. l. 12. de tutel.* Furor *l. pen. ff. de tutel.*

ν *v. th. 8. lin. 4.*

ξ *de qua th. 54.*

ο *d. th. 8. in m.*

Th. X.

Tutorem habenti] Quàmvis tutela non repugnet ab initio inter multos dividi, semel tamen uni data, ita exhaurit atque absolvit officium, ut nihil relinquat residuum, quod alii committi possit. Quòd si tamen datus obstaculô quodam in administrando impediatur, quandoque Curator solùm adjungitur, v. g. *l. 12. in f. pr. ff. de Excus.* quandoque alius planè tutor surrogatur. *l. 40. pr. eod. & l. p. de Tut.* prout scil. vel temporale im-

D.Struv. *tutel. l. 40. ff. de Excusationibus.* Valetudo perpetuò adversa *d. l. 40. ff. eod. l. 10. §. ult. cum l. seq. d. t.* tunc enim alius tutor; nonnunquàm tamen postremis hisce casibus curator datur *l. 15. & seq. ff. de tutor. dat. l. 10. §. 6. l. 12. ff. de excus. tut.* Bachov. *ad d. §. pen. Inst. de Curator.* item *ad. vol. 2. Treutl. D. 9. thes. 1. lit. c.*

impedimentum est, vel desperatum. *Priori* enim casu opus non est adjici Tutorem; ut qui ad certam causam, certumque tempus, & ei qui efficaciter adhuc tutorem habet, dari nequit. *Posteriori* non tam superadditur, quàm surrogatur; ut vera nihilominus maneat regula, datum non fuisse tutorem ei qui adhuc habet, sed qui habuit. Ita crederem conciliari posse textûs obloquentes, quos Bach. *dict. D. 9. pag. m. 463.* colligit.

Tit. VI. Qui petant Tutores vel Curatores, & ubi petantur.

Th. XI.

Dat verò Magistratus tutorem vel ad petitionem π factam, vel ex officio, ς si nemo petat *l. 6. C. qui dar. tut. l. 1. ff. de jurisd. arg. l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut.* Petere autem pupillis tutorem quidam tenentur, ut mater, σ nî indignam se pupillorum hereditate facere velit *l. 2. §. 1. ff. qui pet. tut. l. 6. 9. 10. C. eod.* (quod tamen variis modis limitatur, de quibus vid. *l. 2. §. 26. & seqq. ff. ad Sc. Tertyll.*) & alii, qui proximè ad successionem vocantur *l. 10. C. de legit. hered.* Quidam ex spontanea

π v. th. 32.
ς conf. th. 27.
σ d. th. 32. n. 1.

Th. XI.

Nî Indignam] Requiritur autem (1.) ut Majorennis fuerit; eaque (2.) intra annum nec petierit, nec (3.) causâ omissionis prægnantem habeat; nec (4.) alii eam antecedant, denique (5.) pupillus intra pubertatem decesserit: Ita M. Apr. 1600. responsum legitur apud Carpzov. *p. 2. C. XI. d. 15.* Hoc autem porrò declarat Autor de amissione bono-

nea voluntate τ & arbitrariò petuntur *l. 2. pr. ff. qui pet. tutor. l. pen. C. eod.* Ad modum dandi pertinet etiam, ut purè υ detur *l. 77. ff. de R. I. l. 6. §. 1. de tutel.* & ex inquisitione §. 3. *&* 4. *Inst. de Attil. tut. l. 18. l. 24. ff. de tutor. dat.* morum scil. affectionis & facultatum *l. 5. l. 8. & seqq. ff. de confirm. tut.*

bonorũ à pupillo sperandorũ, (addo) etiam per viam substitutionis. *l. 6. C. ad SCt. Tertyll.* Secus E. se res habet in iis, quæ aliunde, v. g. per fideicommissum à marito accepit. *l. f. §. p. ff. b. n. t.* add. Pac. *C. V. qu.* 74.

Ut purè] Repet. sup. *th. 4. circa f b.*

D. Struv. τ *ead. th. in m.*

υ *v. th. 15.*

Tit. VII. de Administratione & periculo tutorum &c.

Th. XII.

Ne tutor illis modis constitutus patrimonium pupilli deminuat aut consumat, ante omnia vinculô satisdationis φ est constringendus. *pr. Inst. de satisd. tutor.* à qua olim quidem testamentarii χ & ex inquisitione dati immunes erant *d. pr. Inst. eod.* hodie ψ verò juxta Recess. Imper. *de anno 1548. sub. ordin. polit. tit.* Von der Pupillen *tutorn.* omnes indistinctè idoneè cavere, & juramentum ω (quod jam olim introductum fuerat per *Nov. 72. c. fin.*) præstare debent, se sedulò & ex fide omnia gesturos esse. Cæterùm bona Tutorum a pupillis absque speciali obligatione statim

Th. XII.

Satisdationis] Quàmvis regulariter nemo soli juramento relinqui & ad tutelam admitti debeat, Geil. *d. l.* In multis tamen praxis à rigore Juris civ. recessit. Adeoque & satisdatio hæc multorum locorum statutis & moribus sublata est, teste Conr. Rittershus. *ad Nov. p. 3. c. 5. n. 10.* Ejus nullum usum esse in Imper. Rom. Ant. Matth. *not. ad Inst. h. n. t.* adfirmat: de Francia Joh. Baquetus: de Frisia Joh. a Sande. *L. 2. T. 9.*

φ *v. th. 35. n 1.*

χ *ib. in m. & th. 13. in f.*

ψ *d. th. 35. vers. requiritur. 1.*

ω *ib. requ. 2.*

a *v. D. 26. th. 15. in m.*

D. Struv. statim sunt obligata, *l. 20. C. de administ. tut.* Sub sola verò cautione juratoria ad tutelam nemo est admittendus, arg. *l. 2. C. de tut. & curat. qui satis non. ded.* Gail. *2. obs. 47. num. 7.* Schneidevv. *pr. Inst. de satisd. tut. n. 4.*

T. 9. d. 9. testatur. add. Brunnem. *ad l. 2. C. de Tut. qui sat. non ded. & ad l. f. §. 4. C. de Adm. tut.* Mœv. *ad Jus Lub. L. 1. T. 7. a. 2. n. 54.* Cothm. *v. 1. Cons. 43. al. 45. n. 107. seqq.* Gerhard. *qu. 18.* Ungeb. *Ex. IV. qu. 12.*

Bona tutorum] vid. sup. *D. XII. th. 8.*

Th. XIII.

b v. D. 31. th. 40. Ad officium *b* Tutoris pertinet, ut pupillum defendat §. *1. Inst. de tutel. l. 1. ff. eod. §. pen. Inst. de Attil. tutor. l. 30. pr. de administr. tut.* *c v. th. 37.* bona ejus *c* administret *t. t. ff & C. de administ. tut.* & autoritatem, *d v. th. 41.* *d* ubi videtur, interponat. *t. t. ff. & C. de autor. & consens. tutor. vel curat.* Antequàm tamen administrationem prævio Magistratûs *e* *e v. th. 35. inf.* decretô, *d. Recess. Imp. d. t.* aggrediatur, Inventarium *f* *f ib. reqv. 3. & th. 36.* conficere tenetur. *l. 24. C. de administr. tut.* quod nisi fecerit, *g* *g p. 179. lin. 2.* suspectus habetur *l. fin. circ. fin. C. arbit. tutel. l. 7. pr. ff. de admin. tut.* & velut dolosè versatus removetur. *d. l. ult. C. arbit. tutel.* Donel. *3. comm. 16.* finitâ tutelâ rationes reddit: Res tamen scribere tenetur Carpz. *p. 2. C XI. d. 4.*

Th. XIII.

Bona administret] vid. *th. prox. seq.*

Autorit. interpon.] vid. *th. 16. bis.*

Antequàm tamen] Ordinem hunc stylô Cameræ Imperialis inversum esse, ut Tutores testamentarii & legitimi prius confirmentur, & deinde solennia cautionis & jurisjurandi sequantur, scribit Mœv. *ad Jus Lub. L. 1. T. 7. a. 2. n. 57. p. 218.*

Inventarium] Remissâ per Testatorem inventarii confectione, Tutor ne quidem pupilli privatim con-

Th. XIV.

Th. XIV.

n *Debitores liberare*] add. *D. 23. th. 25.* Judicialis tamen sententia insuper requiritur, in *§. f. J. quib. al. lic.*

Alienare] vid. *thes. 28. b.* An autem ipse emere? Bronch. *C. 2. misc. qu. 4.*

Transigere] Quando scil. aliter evadere non possunt, melius est aliquid transigendo salvare, quam extrema tentando integram causam perdere. add. *sup. D. 2. th. 28.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 7.*

Juram. deferre] vid. sup. *D. 8. th. 14.*

Donare] Solennia tamen munera & consueta mittere potest. *d. l. 12.* conf. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 48.* Pac. *C. 6. qu. 84.*

Th. XV.

Hodiernis moribus] Tutor qui existimationi suæ consulere, suspicionemque in proprios usûs conversæ pecuniæ vult evitare, eum vel licito, juxta mo-

Th. XIV.

Administrandi negotia & res pupilli potestatem Tutor habet plenissimam, *h* ut, quantum ad providentiam pupillarem, domini locô haberi debeat *l. 27. ff. de adminiſt. & peric. tutor. l. 35. ff. de jurejur. l. 56. §. pen. ff. de furt.* Unde & actiones *i* pupillo & in eum competentes, velut suô jure instituere & suscipere *l. 23. ff. l. 13. C. de adminiſt. tutor. aut curat. l. 1. §. 2. ff. eod.* debita exigere & debitores liberare *l. 46. §. 5. & ult. ff. d. t.* quin & res pupilli, cæteris tamen paribus, bonâ fide *k* alienare, *l. 12. §. 1. ff. d. t.* de rebus dubiis *l* transigere *l. 54. in fin. ff. de furtis* juramentum *m* deferre *d. l. 35. ff. de jurejur.* non tamen, nisi pietatis caussâ, *d. l. 12. §. 3. ff. adminiſt. tut.* donare *n* potest. *l. 22. l. 46. §. ult. ff. l. 16. C. d. t.*

D. STRAUV.
h v. th. 37. lin. 3.
i eâd. th. in f.
k v. th. 83.
l D. 6. th. 55. in m.
m D. 17. th. 36.
n D. 40. j. th. 5. 6. & 22. it. D. 31. th. 86. in f.

Th. XV.

Necessitas pupillarem pecuniam fœnori dandi, *o* vel ex ea prædia comparandi olim tutori imposita *l. 15. & seq. ff. l. 24. C. de admin. tut.* jure novô ad facultatem & arbitrium ejus translata est, ita

o d. D. 31. th. 37. p. 179. lin. pen.

D. Struvii ita ut si pupillis aliunde reditûs & & alimenta suppetant, pecuniam otiosam impunè servare possit *d. Novel. 72. c. 6. Auth. Novissimè. C. d. t.* Hodiernis moribus jus illud vetus de necessitate fœnerandi pecuniam pupillarem reductum videtur, Rittersh. *in expos. Novel. p. 8. c. 6. n. 2.* Matth. Steph. *ad Novel. 72. num. 29.* Id insuper hîc monendum, quòd Tutor pecuniam pupillarem in suos usûs convertens legitimas usuras, h. e. semisses, juxta *l. 26. §. 1. C. de usur.* non majores præstare teneatur. Cujac. *in parat. C. de usur. pupill.* Rauchbar. *p. 3. q. 26. n. 27.* Rittershus. *in Novel. d. p. 8. c. 6. num. 21.*

morem regionis, fœnori exponere, vel in emptionem prædiorum impendere; vel, si neglexerit, usuras aut interesse præstare oportet. Nisi media elocandi idonea deficiant. Carpzov. *p. 2. C. XI. d. 22 seq.* Hinc licèt ex post facto non solvendo appareat debitor, cui olim & alii diligentes Patresf. crediderunt, pupillus tamē adultior factus nomen id agnoscere tenetur, nec tutori potest imputare, uti tum M. Febr. 1615 tum 20. Dec. 1618. judicatum refert Sande. *L. 2. T. 9. d. 13.*

Tit. IIX. de Auctoritate & consensu Tutorum & Curat.

Th. XVI.

Autoritas *p* Tutoris pupillis in omnibus caussis & negotiis, quibus conditionem suam verisimiliter facere possunt deteriorem, *q* est necessaria *pr. & §. 1. Inst. de autor. tutor.* eaque, cùm personam pupilli aliàs inhabilem integret, *r* in

p de qua D. 31. thes. 40. seqq.
q ib. th. 43. p. 184. lin. 4. seqq.
r d. th. 40.

Th. XVI.

In ipso negotio] Autoritas præsentium est, quia verba requirit, *l. 3. ff. de Aut. tut.* quare & Mutus dari tutor non potest, *l. 1. ff. de Tut.* Jussus, etiam Absentiū. *l. 1. ff. Quod jussu.* Hinc cùm in *l. 50. ff. de*

de Acquir. her. servus pupilli esset heres institutus, Tutor per Epistolam adire jussit.

Statim à præsente] Locus & tempus in *d. l. 9.* conjunguntur; sed ad autoritatis interpositioné non sunt extendenda, ut quæ non nisi finitô & undiquaque inspectô negocio fieri potest. vid. Ungeb. *Ex. IV. qu. 8.* Riem. *Dec. 3. qu. 7.* Gerhard. *qu. 16.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 6.* Frantzk *Ex. 3. qu. 4.*

in ipso negotio, dum geritur, statim *s* à præsente interponi debet §. 2. *Inst. l. 9. §. 5. ff. eod.* Frantzk. *Exer. Inst. 3. q. 4.* Wesemb. *par. ff. eod. n. 5.* sine tutoris verò autoritate contrahendo pupillus ne naturaliter quidem obligatur. *l. 189. ff. de R. J. l. 59. ff. de O. & A. l. 41. ff. de condict. indeb.* nisi *t* factus sit locupletior, quô casu ex D. Pii rescripto etiam civiliter tenetur *l. 5. pr. §. 1. ff. de autor. tutor. l. 16. pr. de minor. l. 1. §. 15. ff. depos.* & passim. Gœdd. *de contrah. stipul. c. 7. n. 239. & seqq.* Treutl. *vol. 1. D. 6. th. 5. lit. B. & ibi* Bachov. Hunn.

D. Struv. *s th. 42.*

t v. VI. 39. n. 3. XX. 35. XXVI. 16. q. 2. XXXI. 43. in m.

Ne naturaliter] vid. Riem. *Dec. 3. qu. 5.* Autor infr. *Disp. 22. th. 15.*

Locupletior] conf. Aut. *D. 23. th. 24. inf.*

Tit. X. de suspectis Tutoribus & Curatoribus.

Th. XVII.

Variis modis] Quos inter est & Pubertas. Sed *Qu. An* qui usque ad pubertatem fuit Tutor, invitus in curatela usque ad Majorennitatem adolescentis possit retineri? *Negat* Carpz. *p. 2. C. XI. d. 10.* Contrarium JCtos Jenenses respondisse scribit Dn. Richter *Decis. XIII. n. 26.*

Th. XVII.

Desinunt tutores esse variis modis, *u* de quibus vid. *t. C. quand. tutor. vel curat. ess. defin. t. t. Inst. quib. mod. tutel. fin.* inter quos imprimis sunt Remotio suspecti, & à tutela delata Excusatio. *x* Suspectus dicitur, qui non ex fide tutelam *y* gerit §. 5. *Inst. l. 8. ff. de suspect. tutor. l. 3. §. 5. ff. eod.* & moribus talis est *d. §. 5. & ult. Inst. d. t. l. 5. l. 6. ff. d. l. 5. C. eod.*

u v. D. 31. thes. 50. seqq.

x th. 52.

y ib. th. 56.

n. 26. Qu. (21) An mutuâ conventione Tutores invicem liberentur? negativè decisum legitur apud Sand. *L. 2. T. 9. d. 4.*

Th. XIIX.

D. Struv. *z thes. 53. lin. 5.* Postulatio suspecti patet omnibus, & est q. *z* publica §. 3. *Inst. l. 1. §. 6. ff. d. t.* à qua nec mulieres, necessitudine quâdam aut pietate ductæ, repelluntur *d.* §. 3. *Inst. d. l.* 1. §. 7. *ff. eod.* Quin & Magistratus *a* ipse, nullo postulante, manifestè suspectum ex officio removere potest *l. 3. §. 4. d. t.* Guietierr. *tr. de tut. p. 2. c. 18. num. 8.* Bocer. *cl.* 1. *d. 14. th.* 132. Potestas autem de suspecti crimine cognoscendi, & suspectos romovendi, Romæ olim Prætori & in provinciis Præsidi, velut jure Magistratûs, *β* competiit, ac mandari potuit *l. 4. pr. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. l. 1. §. 4. ff. de suspect. tutor.* Hodie certum est quosvis Magistratûs, qui dant tutores, de suspectis etiam cognoscendi jus habere. Schneidevv. *add.* §. 1. *Inst. de susp. tut.* Treutl. *d. D. 9. th. 3. lit. c.* Lindeman. *exer. Inst.* 1. *ad d. t. th. 2.*

a pag. seq. lin. 3.

β v. D. 4. th. 67. lin. 6.

Th. XIIX.

Quasi publica] Eò quòd agentes de suo interesse docere non teneantur, adeoque omnes, etiam extranei admittantur: quia tamen publicorum judiciorum legibus non continetur, sed ex *L. XII. tabb.* descendit, *pr. I. h. n. t.* verè publica non dicitur.

Jure Magistratûs] Equidem cujuslibet rei eadem debebat esse dissolutio quæ constitutio. *l. 35. ff. de R. J.* Sed enim, cùm removere tutores ut suspectos causæ cognitionem & processum requirat, quod ad Magistratum ut talem pertinebat, meritò Jurisdictionis ordinariæ dicitur; secus atque Tutoris datio, quæ citra litem & processum expeditur, & voluntariæ est Jurisdictionis. vid. *sup. th. 7. b.* Ungeb. *Ex. IV. qu. 16.*

Th. XIX.

Th. XIX.

Si culpam] Quia ob *levem* non fit remotio, frustranea quoque est quæstio, an infamet? Negativa itaque Imperatoris decisio, de casu exaudienda, qui vocatus fuit in dubium. Dubitatum autem de *Lata* fuit; eapropter, quòd Dolo æquiparetur. Negavit Imp. hanc ob causam, quòd dolô an culpâ peccatum fuerit, interfit: utrumque ergò coërcendum remotione, sed ut solus dolus infamet. Quando Lata culpa Dolo comparetur, vid. Dn. Struv. *S. C. Ex. XIX. th. 21.* Cœterùm de hac Qu. vid. Ungeb. *Ex. IV. qu. 17.* Bronch. *C. 3. qu. 19.* Riemer. *coroll. 1. sub decad. 3.* Gœhausf. *perit. acad. p. 1. q. 26.* Franzk. *Ex. 3. q. 8.*

Th. XIX.

Factâ postulatione, & indiciis **D. Struv.**
hujus criminis non obscurè ostensis, super quibus tutor auditus & litem contestatus sit, Afflict. *decis. 257.* Anton. Fab. *in Cod. L. 5. tit. 26. d. 1.*
postulato statim administratio γ *γ Diss. 31.*
adimitur §. *7. Inst. l. 7. C. d. t.* *th. 54.*
Pœna δ verò convicti, est à tutela *δ thes. 55.*
remotio, *l. 4. C. in quib. caus. tut.* *in m.*
hab. tut. quæ contingit vel cum infamia, si dolum admiserit §. *6. Inst. l. ult. C. de susp. tutor.* vel integrâ existimatione, si ε culpam *ε j. th 52.*
dd. texx. Glos. & Dd. *in d. l. ult. C.* *in f. cum*
d. t. Guitierrez. *d. tr. p. 2. c. 18.* *d. thes. 55.*
n. 18. 23. Freher. *tr. de infam. l. 3.* *n. 1.*
c. 11. n. 3. Gail. *2. O. 110. n. 2.* Arum. *Ex. Inst. 3. th. 23.* novissimè B. Schotan. *in exam. part. 4. tit. de susp. tutor.*

Lib. XXVII. Tit. I. de Excusationibus.

Th. XX.

Quàmvis legitimi] Nec trahendus in contrarium §. *16. I. de Excus. tut.* quasi testamentarii & dativi, exclusis legitimis, excusentur: Cùm (1.) Signum

Th. XX.

Excusare à tutela delata se possunt tutores quicunque, quàmvis sint ζ legitimi §. *16. Inst. de Excus.* *ζ thes. 58.*
l. 1. C. de legit. tut. l. 9. C. qui dar. tut. *ibid.*
vel curat. pos. Ut autem vacationem ab illa impetrent, imprimis justam

Qqq veram.

D.Struv. veramque caussam *arg. l. 1. ff. de vacat. & excusat. mun. t. t. C. si tut. vel curat. fals. alleg. junct. l. 13. §. 8. ff. de excusat. tut.* (qualis non est sola ignorantia literarum, η nisi cum simplicitate & rerum imperitia sit conjuncta §. *8. Inst. de excus. tutor. l. 6.* §. *fin. ff. eod.*) allegare tenentur.

η *thes. 56. n. 1. in f.*

gnum universale: Qua-literceunque, obloquatur (2.) Datum esse, in §. 1. *in f. J. de Tut.* de legitimis quoque prædicetur.

Veramque causam] Ætas an excuset? Sande. *L. 2. T. 9. d. 5.* Nec semper tria onera tutelæ vacationé præbent. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 39.*

Ignorantia literarum] Contrarium sentientes urgent particulam: Quàmvis, in §. *8. J. de Excus.* quasi ampliativè loquatur Imperator, neutiquàm admissurus literarum ignaros, utcunque de cætero ad tutelam idoneos. *Nobis* Limitatio videtur, ut Ignari non sint admittendi, nisi defectus hic naturali sagacitate suppleatur. Id quod vel eapropter æquius est, ne onera omnia redundent in literatos, & quò quis indoctior, eò melioris conditionis. v. Pac. *C. V. qu. 82.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 5.* Gerhard. *qu. 19.* Ungeb. *Ex. IV. qu. 14.*

Th. XXI.

Non sufficit autem caussam excusandi habere, sed opus insuper est, ut tutor intra tempora, θ pro distantia locorum statuta *d.* §. *10. Inst. d. l. 13.* §. *1. 2. & seqq. l. 11. C. de Excusation.* apud acta *l. 13.* §. *10. ff. eod.* eandem, vel, si plures habet, universas simul *d. l. 13.* §. *8.* alleget & contestetur, Bocer. *d. D. th. 102.* ita tamen, ut unam probâsse ad victoriam sufficiat. Vinn. *ad* §. *16. Inst.*

θ *thes. 59. n. 2.*

Th. XXI.

Nullatenus licet] Dissentientes putant, Cogi ad appellandum non debere tutorem, quia D. Marcus necessitatem remiserit; si tamen velit, non prohiberi. Ungeb. *Ex. IV. qu. 15.* Verùm, sicut τὸ Oportet, necessitatem faciendi, ita τὸ Non oportet, Necessitatem omittendi significat, *arg.*

Inst. d. t. Ab ipsa verò nominatione seu delatione tutelæ nullatenus, sed demum à rejecta per decretum ι excusatione appellare ipsi licet. *d. §. 16. Inst. l. 13. in fin. pr. l. 15. C. de excus. tut. l. 1. §. 1. ff. quand. appell.* Schneidevv. Mynsing. Ant. Matth. & alii *ad d. §. 16. Inst. de excus. tut.* Perez. *in Cod. eod. n. 16.* Donel. 3. *com. 9. & ibi* Hillig. *lit. R.* Frantzk. *exer. Inst. 3. q. 7.*

D.Struv.

ι *ib. paull. infer.*

arg. l. 14. ff. de Cur. fur. ubi dicitur : Non oportere Virum uxori furiosæ dari Curatorem ; nec tamen arbitrarium est, sed sub infamiæ metu prohibitum *l. 4. & 17. C. de Excus.* Et in *l. 4. in m. pr. ff. de Excus.* τὸ Non oportet, pro Non debet, usurpatum invenitur. Argumentum præterea ex *l. 1. §. 1. ff Quand. appell.* formari potest hunc in modum : Quicunque actus à jure efficitur frustraneus, is neutiquàm relinquitur arbitrarius. Atqui appellare ab ipsa nominatione frustra dicimur. E. voluntati non est relictum. v. Bachov. *coroll. sub. disp. 1. de Act.* Gerhard. *Dec. 3. qu. 10.*

Tit. II. Ubi pupillus morari vel educari debeat, & de alimentis præstandis.

Th. XXII.

Matri] Pupillus apud Matrem quæ ad secunda vota transiit, educari non debet ; Nisi causâ cognitâ Magistratus ei hanc curam committat. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 42. seq.*

Th. XXII.

In educatione pupilli, ubi & sub quo illa fieri debeat, standum est potissimùm judicio κ patris *l. 1. §. 1. ff. ubi pupill. educar. vel. mor. deb.* à quo tamen Judex nonnunquàm ob vitium, quod illi, apud quem educari cum voluit, inesse ignoravit pater, recedit *d. l. 1. §. 1. ff. eod.* Ubi de voluntate patris nihil constat, matri educatio committenda, nisi ad secunda vota λ transeat, *l. 1. C. d. t.* aut circumstantiæ quædam aliud suadeant. Summa : ubi contentio inter matrem, fratrem, cognatos aut tutores super

κ *v. th. hi. in m.*

λ *v. D. 29. th. 53. inf. n. 4. & th. 71. inf. it. D. 45. th. 168.*

D. Struv. super hac re existe, Judex inspectâ qualitate & conditione personarum statuet. *d. l. 1. C. eod. vide* Menoch. *de A. I. Q. cas. 168. per tot.* Guitierrez. *d. tract. p. 2. cap. 8.*

Tit. III. de Tutelæ & rationibus distrahendis, & utili curationis causâ actione.

Th. XXIII.

Ex gestione tutelæ velut q. μ contractu *l. 5. §. 1. ff. de O. & A. §. 2. Inst. de oblig. quæ q. ex contr.* duplex oritur actio, Directa & Contraria. Illa ν pupillo datur contra tutorem (etiam utilis contra ξ Curatorem *tit. ff. de tutel. & rat. distrah.*) ut rationem administrationis suæ, & tam gesti quàm non gesti reddat, ac reliqua inferat, præstando dolum ο & culpam, non solùm latam, sed & levem *l. 1. pr. l. 18. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 23. C. de admin. tut. l. 7. l. 9. C. arb. tut. l. 2. C. si tut. vel cur. non gess.*

μ v. D. 31. th. 63.

ν ibid. th. 64.

ξ ib. th. 66.

ο v. th. 38.

Th. XXIII.

Utilis contra Cur.] Ut adeò Tutelæ actio duplici de causa directa dicatur, (1.) opposita Contrariæ, respectu tutoris, & (2) Utili, intuitu Minoris. Si ergò Minor utilem directam habet, annon Curatori contrariam utilem dabimus? Habent aliàs & Neg. gestorum utiles actiones extraordinarias, vid. *sup. D. 3. th. 26.*

Levem] De levissima autem propterea teneri non debebat, ne officium, ad quod aliàs sponte non accedit, gratis, & cum onere tamen administrat, ipsi insuper sit damnosum. Si tamen semetipsum obtulerit, concesserim per *l. 53. §. 3. vers. eandem ff. de Furt.* Quemadmodum & si de cætero in suis diligentissimus esset, teneretur idem studium & in rebus pupilli adhibere, quâ ratione levissimam præstare culpam videretur quidem aliis, sed suô intuitu tamen, & in rei veritate, non nisi exacta diligentia & levis culpa foret: quia non majorem rebus pupilli quàm propriis adhiberet solicitudinem, sed æqualem. conf. Frantzk. *Ex. 3. qu. 9.*

Th. XXIV.

Th. XXIV.

Divisionis] Quod toties locum invenit, quoties plurium est intercessio: de ipsis fidejussoribus non est dubium. *vid. infr. D. 23. th. 11.* De Constituente *vid. sup. D. 8. th. 32.*

Ordinis] Eadem quæ superioris est ratio. *vid. dict. D. 23. th. 12. & D. 8. th. 31. junct. D. 12. th. 16.* Indigent autem Tutores hôc beneficiô tum demum, si in solidum obligati sunt; Quando nempe ipsi inter se tutelam diviserunt: non, si à Judice vel Testatore divisa est; ut pluribus præjudiciis firmat Carpz. *p. 2. C. XI. d. 36.*

Th. XXV.

Quas subtraxit] Ordinaria tutelæ actio de cætero vindicat omne damnum culpâ dolôve datum; Ut *hac actione non videatur opus*; præprimis, quia tutor bonô titulô res ab initio nactus, furtum commisisse dici ne-

Th. XXIV.

Si plures * gesserunt pro indiviso, singuli ipso jure in solidum tenentur *l. 55. prin. ff. de admin. tutor. l. 1. §. 10. & 11. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 6. in fin. C. arbitr. tutel.* admissâ tamen exceptione Divisionis ϱ quoad eos, qui tempore institutæ actionis sunt solvendo *d. l. 1. §. 10. 11. 12. ff. d. t.* adde *l. 2. C. de divid. tutel.* Habet etiam locum beneficium Ordinis, σ si unus gessit, ut ille prior conveniatur *l. ult. C. de divid. tutel.* Denique illi, à quo pupillus solidum exegit, etiam beneficium Cedendarum τ actionum *l. 2. C. d. tit.* eoque omissô, actio tutelæ utilis contra Collegam accommodatur. *l. 1. §. 13. ff. de tutel. & rat. distrah. vid.* Bachov. *ad Trl. vol. 2. D. 9. th. 5. lit. b.*

D. Struv. * ib. th. 39. pr. — ϱ ib. n. 1. j. D. 47. th. 44. — σ n. 2. ib. j. D. 47. th. 43. — τ ibid. in f. j. D. 47. th. 45.

Th. XXV.

Præter directam tutelæ actionem pupillo contra tutorem etiam alia principalis actio de distrahendis rationibus υ competit de iis rebus, quas ex patrimonio ejus subtraxit, in duplum, in quo tamen simplum φ continetur *l. 2. §. 2. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 55. §. 1. ff. de*

υ D. 31. th. 67. pr. — φ circa f. vers. Est verò.

D. Struv. *de admin. & peric. tutor.* quæ contra heredes non datur nisi quatenus pervenit *l. 1. §. pen. ff. de tutel. & rat. distrah.* Utraque finitâ demùm tutelâ intendi potest *l. 1. §. fin. l. 4. ff. d. t.* & altera per alteram χ consumitur. *l. 1. §. 21. ff. eod.* Cæterùm ex novissima Imperii sanctione & hodiernis moribus Tutores postulante Magistratu quotannis ψ rationes reddere, vel prout visum fuerit, eas inspiciendi copiam facere tenentur. *Refor. polit. sub recess. de anno 1548. tit.* Von der Pupillen oder Minder-Jährigen Kinder Tutorn und Vormündern. Mevius *in comm. ad lib. 1. jur. Lubec. tit. 7. art. 1.*

χ *ib. vers. alteram tamen.*

ψ *thes. 37. n. 1.*

nequit, sed solùm Distraxisse; planè sicut conjux, Amovisse. *An* delictum hoc non fe debuit impunitum esse, nec tutelæ actio suffecit tamen, quòd major arguatur perfidia ejus, cui res singulariter erant concreditæ; & honestiori tamen prædicatô fuerunt usi, ut officio parcerent? *An* delictum hoc serius & finitâ jam tutelæ actione, quæ non nisi semel intentanda, compererunt?

Postulante Magistratu] Sponte potius & irrequisiti se offerre debebant; si tamen proximi simul sint pupillorum heredes, finitâ tutelâ ipsi pupillo reddere teneatur de feudalibus æque, atque allodialibus, rationem. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 1. 2. 3.*

Tit. IV. de Contraria tutelæ & utili actione.

Th. XXVI.

Ne Tutori officium suum, quod etiam invitus ω suscipere compelli potest, sit damnosum, contra *l. 7. ff. testament. quemadmod. aper.* pro indemnitate sua & ad consequendum id, quod ipsi abest, absuturùmve est, actio tutelæ contraria α prodita est

ω *v. th. 38. in m. j. th. 51. pr.*

α *v. th. 69.*

Th. XXVI.

Contra l. 7. ff.] Cui add. *l. 61. §. 5. ff. de furt.*

Privilegio hypotheca] add. *th. 12. in f. h.* &

& sup. D. 12. th. 8. Latius tamen patet Jus Retentionis, & competit sæpius cessante hypothecâ tacitâ & expressâ *v. l. 33. & 51. de Condict. indeb. l. 21. ad SCt. Treb.* Quòd si & à pupillo legatum sit Tutori, pro eo consequendo & hypothecam & retentionem, non ut Tutor, sed ut legatarius habet.

est *l. 1. pr. de contrar. tutel. act.* non tamen cum eodem privilegio hypothecæ, quod in rebus tutoris pupillus *b* ipso jure habet *l. 20. C. de admin. tutor.* Ant. Fab. *lib. 5. Cod. tit. 34. def. 1.* Usuras *c* verò pecuniæ in usus pupilli expensæ hâc actione consequitur *l. 3. §. 4. ff. de contrar. tutel. act.* nisi ipse sibi maturè solvere potuerit *l. 9. §. 4. & 5. ff. de administr. tutor.* D. STRUV.

b v. D. 26. th. 15. n. 2.
c D. 31. th. 7.

Tit. VII. de Fidejussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & Cur. junct. Tit. IIX. de Magistratibus conveniendis.

Th. XXVII.

Inchoatô] Ita benè Autor Cujacium sibi ipsi, & alios Cujacio conciliat. Quòd heredes ob levem quoque culpam Tutoris tenentur, statuit is *L. 13. obs. 39.* quia, Quæcunque actio competit in tutorem, ea quoque transit in heredem. *l. 1. §. 16. de Tut. & rat. distr. l. 3. C. de hered. Tut. l. 12. & 49. de O. & A. j. l. 157. §. f. de R. J.* Atqui in eam actionem qui-

Th. XXVII.

Præter ipsos Tutores etiam Heredes *d* ipsorum, & quidem inchoatô cum defuncto jam tum judiciô, de omnibus, etiam de levi culpa; *l. 8. §. 1. de fidejus. tutor.* nondum inchoatô, tantùm de dolo & lata *e* culpa tenentur *l. 1. C. de hered. tutor. vel curat. l. 17. C. de neg. gest.* Ant. Fab. 1. *conject.* 12. Bach. *ad Trl. d. D. 9. th. 5. lit. D. & E.* Nec minùs etiam Fidejussores *f* tutorum conveniuntur. Denique & adversùs Magistratum, *g* qui nullam, vel non satis idoneam cautio-

d v. th. 80.
e ibid. & th. 38. circa f.
f th. 78. ib.
g ib. th. 81.

D. Strauv. tionem exegit, actio subsidiaria §. 2. *Inst. de satisd. tutor. l. 46. §. pen. ff. de admin. tut. l. 4. C. de magistr. conven.* de omni periculo; contra ejus heredes *h* verò saltem de dolo & ei proxima lata culpa datur *l. 4. ff. de mag. conven. l. 2. C. eod.*

h thes. 82. in m.

quâ tutor tenetur, levis culpa venit. *l. 18. de Tut. & rat. distr. l. 7. & 4. C. arbitr. tut. l. 10. 5. & 33. de adm. tut. l. 10. C. eod.* E. 82. Videntur quatuor termini, & in majori de ipsa actione, in Minore de certa ejus qualitate sermo esse. Neg. E. conseq. Maj. Inde est, quòd & in Scab. Lips. heredes à levi culpa soleant absolvi. Carpz. *p. 2. C. XI. d. 35.* add Frantzk. *Ex. 3. Qu. 10.*

Magistratum] id quod hodienum obtinere, patet ex cod. Carpzov. *d. 41. ibid.*

Tit. IX. de Rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis.

Th. XXIIX.

Ut alienatio prædiorum pupilli & rerum aliarum, quæ servando servari *i* possunt, valeat, tria concurrere debent (1.) necessitas distrahendi, *k* ob æs fortè alienum, quod aliter dissolvi nequit *l. 5. §. 9. 14. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 12. C. de Prædiis & aliis reb. minor.* vel aliam caussam *l. ult. C. eod.* (2.) accurata Judicis cognitio, *l* qualis describitur *d. l. 5. §. 9. & seqq. ff. d. t.* (3.) Ejusdem decretum *m* solenniter interpositum, quô alienatio tutori permittatur *l. 6. C. eod.* Ex qui-

i thes. 84. lin. 4.
k ib. n. 1.
l ib. n. 2.
m ib. n. 3.

Th. XXIIX.

Necessitas] An non & Utilitas? negativè 20. Febr. 1605. decisum tradit Sand. *L. 2. T. 9. d. 14.*

Aliter dissolvi] Unde, licèt Quæstor consenserit, quia tamen obreptum ei per Tutorem esse potuit, contractum invalidum pronunciarunt Scabini Lips. M. Jul. 1596. apud Carpz. *p. 2. C. 11. d. 28. inf.*

Decretum] vid. infr. *D. 25. th. 24.* *Ipso*

quibus si aliquid defuerit, vel Prætori etiam obreptum sit *l. 5.* §. 15. *ff. l. 5. C. d. t.* alienatio ipso jure *n* nulla *d. l. 5. C. eod.* nec restitutione pupilli aut minoris in integrũ *o* opus est. *l. 2. C. eod.* Excipiuntur tamen casûs, quibus *p* & absque decreto alienatio procedit *tit. C. quand. decret. opus non est.* & latè Octav. Simoncel. *tr. de decret. lib. 3. tit. 8.*

n th. 85.
o v. D. 8. th. 5. lin. 4. th. 50. n. 1. th. 57. inf.
p Diss. 31. th. 87.

Ipso jure nulla] Consequ. dominium non translatum, & rei vindicationem instituet Minor, nisi major factus quinquenniô à die sciẽtiæ tacuerit. Carpz. *d. C. 11. d. 29. 30.* add. & *L. 1. Resp. 8. & 5. Resp. 72. 76.* Nec audietur, Minore acquiescente, alter qui sciens rite haud emit: soli enim Minori, eique volenti hoc datum: Unde nec Tutor, utcunque pôst heres Minoris existat, admissus, ut facto proprio contraveniret. Sand. *L. 2. T. 9. d. 15. & 17.*

Tit. X. de Curatoribus furioso & aliis extra Minorem dandis.

Th. XXIX.

Invito] Ex eo quod Ulpianus in *l. 1. §. f. ff. de Minor.* ait, Rarius olim, & non nisi ubi suspicio dilapidationis fuerit, Curatores datos fuisse, suô verò tempore non expectatô hôc dari, QUAMVIS benè rem gerentibus; Voluerunt aliqui elicere, INVITIS quoque dari. (1.) propter sensum verbi ampliativum, quasi pro imperio & irrefragabiliter dati fuerint. (2.) quia præter benè & malè gerentes nemo alius superesse possit. Resp. Tam in benè quàm malè gerentibus volentes dantur & in-

Th. XXIX.

Iisdem *q* fermè regulis cum tutela, etiam Cura *r* continetur *l. 13. pr. ff. de excus. tut.* Invito *s* tamen adolescenti Curator non datur §. 1. *Instit. de curat. l. 13. in fin. ff. de tutor. dat. l. 2. §. pen. & ult. ff. qui pet. tut.* nisi ad litem, & quibusdam *t* aliis casibus *d.* §. 1. *Inst. de curat. l. 1. l. 7. C. qui pet. tut. l. 7. §. 2. ff. de minor.* Postquàm vero Curatorem accepit minor, Rrr sine

q j. D 6. th. 38 cum D. 31. th. 91.
r D. 31. th. 5. seqq.
s thes. 7. & 91.
t thes. 7. vers. Excipiuntur.

D.Strauv. sine ejus consensu *u* non
u th. 6. in magis, quàm pupillus sine
f. th. 40. Tutoris autoritate contrahendo obligari potest. *l. 3. C. de restit. in integr. min.*
x D. 6. th. ubi prodigo, *x* (cui ex au-
38. D. 31. toritate legis à Prætore,
th. 90. D. Curatore datô, bonis est in-
48. th. 11. terdictum, Damhouder. *tr.*
pr. *de tutor. & Curator. c. 8. n. 12.*) comparatur. Gœdd. *de contrah. stipul. c. 7. n. 270,* M. Lycklam. *7. membr. 15.* invitî. vid. Ungeb. *Ex. 4. qu. 10.* Gerh. *qu. 17.*

Aliis casibus] Si debitor velit aut cogatur ei solvere. *l. 7.* 5.
§ *2. ff. de Minor.* Si Tutor rationes ipsi velit reddere. *l. 7. C. qui pet. tut.*

Non magis quàm] vid. Riemer. *Dec. 3. qu. 9.* Franzk. *Ex. 3.* 103.
qu. 5. Gœhausen. *peric. acad. p. 1. q. 46.* Gerhard. *dec. 3. qu. 7.* M. Lycklam. *L. 7. membr. eclog. 15. pag. 240.* Pac. *C. 8. q. 99.* conf.
Aut. sup. *D. 4. th. 20.* Bach. 15.
Treutl. v. 1. D. 6. th. 5. lit. c. d. & D. 20. th. 9. lit. c. Non obst. *l. 101. de V. O.* vid. Fachin. *L. 3. c. 9.* Bronch. *C. 1. qu. 33.*

Prodigo] v. Ungeb. *IV. 11.* Riem. *III. 10.*

Autoritate legis] unô casu exceptô *l. 1. & 13. de Cur. fur. § 3.* 101.
J. de Cur. vid. Franzk. *E. 3. q. 6.*



DI

DISPUTATIO XVI.

ad Lib. XXIIX. & XXIX. Pandectarum.

Respondente

JOHANNE FRIDERICO Schön/ Gorl. Lusat.

Tit. I. Qui testamenta facere possunt: & quemadmodum testamenta fiant.

Th. I.

U*Niversum jus*] Duo hinc fluunt, (1.) non posse ex parte acceptari & ex parte repudiari hereditatem, conf. Aut. *infr. thes. 31. h.* add. Bronch. *C. 3. enant. 30.* (2.) Ea quæ in facto consistunt, in heredem ipso jure non transire, sed facto & adprehensione propria opus esse, vid. *infr. D. 20. th. 26. n. 2.*

Aut testamento] Legibus & moribus *Danorum* non admittuntur dispositiones testamentariæ, nisi ad pias causas, aut certis casibus ab artificibus exteris condantur. Jure Provinciali *Dithmarsiæ T. 27.* de solis bonis quæsitis, non avitis, testari licet.

Ab intestato] de quo vid. infr. *D. 18. th. 15. seqq.*

Th. I.

INter q. contractus, *α* præter Tutelæ gestionem & alias species, locum quoque habet Aditio β Hereditatis §. 5. *Inst. de oblig. quæ ex q. contr. nasc. l. 5. §. 2. ff. de O. & A.* Definitur Hereditas γ successio in universum jus, quod defunctus habuit *l. 24. ff. de V. S. l. 62. ff. de R. I.* Aditio ejus tunc locum habet, quando est δ delata *l. 21. §. 2. l. 70. ff. de acquir. hered. l. 151. ff. de V. S.* Defertur aut testamento, aut ε lege ab intestato §. *fin. Inst. per quas person. acq. l. 1. & 2. seqq. ff. de hered. petit.* Testamentariæ ratio prior est habenda quàm ζ legitimæ *l. 1. pr. ff. und. lib. l. 39. ff. de acquir. hered. l. 89. ff. de R. I. l. 2. C. und. lib.* Grass. §. *testamentum. in pr. num. 1.*

D. Struv.

α de quibus vid. D. 6. th. 31. in f. D. 16. th. 3. D. 46. th. 65. p. 785. in m.

β v. D. 34. th. 17. & 25.

γ D. 10. th. 43. j. D. 32. th. 1.

δ d. D. 32. th. 2. lin. 4.

ε ib. paulò pòst.

ζ de qua D. 38. th. 1. seqq.

Th. II.

D. Struv. Testamentum à testatione mentis dictum *pr. Inst. de testam. ordin.* est q justa voluntatis nostræ sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit *l. 1. ff. qui testam. fac. pos.* Justa dicitur voluntas, quæ secundùm regulas juris civilis (licèt ipsum testamentum origine suâ sit juris gentium r Clar. §. *testamentum. q. 2.* Gomez. 1. *var. resol. 1. num. 2.*) est conformata *l. 4. ff. eod.* ad quas imprimis pertinet, ut directam contineat heredis s institutionem, cujus respectu Codicillis x opponitur. §. 2. *Inst. de Codicil. l. 14. C. de testam. l. 2. C. de codicil. l. 19. §. 1. ff. de testam. mil.*

q *D. 32. th. 4.*

r *ib. th. 3.*

s *v. th. 2. inf. th. 10. pr. th. 14.*

x *v. D. 34. thes. 55. seqq.*

Th. II.

Voluntatis nostræ] Ne itaque quod nostrum est, nobis auferatur, neque ad testandum cogi, nec invitus prohiberi quisquam debet. Blanditiis tamen ad testandũ inducere testatorem licet. Joh. à Sande. *L. 4. T. 1. d. 11.* Non tamen valet ad instantiam & interrogationem conditum. Bronch. *C. 2. misc. qu. 9.* Gerhard. *Decad. 8. qu. 1.*

Justa dicitur] conf. Bronch. *C. 2. misc. qu. 8.* Gerhard. *Dec. 7. qu. 2.*

Juris gentium] Cùm juxta *l. 6. ff. de I. & I.* Jus civ. nunquàm in totum à Jure naturæ vel gentium recedat, nihil quidem esse poterit in jure civili, quod non suô modô & gentium juri sit cognitum, eique remotè tribui possit, aut ejus simile quidpiam aliis quoque gentibus cognitum sit; per hoc tamen negocium ipsum confestim non agnoscit Jus gentium pro causa principali & proxima. *In testamentis condendis* non certè tam pannicularia aut *bona* quæcunque spectabant Romani, sed *Jus familiæ*, publicæ potestatis scintillam, quam in tam libera Rep. civis quilibet participabat, & pro privilegio reputabat, si non domi, certè in comitiis licere sibi. Si à sola bonorum dispositione pependisset, vel vivi donassent, vel tam religiosè familiæ nomen non semper obvelassent. Dum itaque familia civitatis portio est, nec de jure familiæ disponere valebit, quin membrũ totius sit, Fac, cœteros bona aliis distri-

distribuere, civitati tamen post se aliud membrum non obtrudent. v. Tabor *partit. elem. p. 2. th. 26.* Bronch. *C. 3. qu. 20.* pauld aliter Franzk. *Ex. VI. qu. 1.* remotius adhuc Ungeb. *Ex. 8. qu. 1.* dissentit planè Gerhard. *Dec. 7. qu. 1.*

Th. III.

Vel publicum] Testamenti factio tantùm juris publici est, licèt actus & exercitium hujus juris modò publicâ fide, modò privatâ instituatur. vid. Pac. *C. 5. enant. 85.* add. Aut. *th. 6. b.*

Vel omnibus] v. g. Militare, de quo *v. th. 29. b.* Parentum inter liberos etiam absque testibus confectum valet. Bronch. *C. 2. misc. qu. 10.* Testamentum matris nuncupativum coram quatuor testibus, (quos inter tres fœminæ,) nō rogatis conditum, validum fuit judicatum teste Sand. *L. 4. T. 1. d. 7.* de Judiciali vid. Carpz. *p. 3. C. 3. d. 11.*

Vel quibusdam] v. g. ad pias causas. v. Sand. *L. 4. T. 1. d. 13.* Tempore pestis quinque sufficere statuitur. vid. Id. *ib. d. 4.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 12.* Gerhard. *Ex. 7. qu. 5.*

Vel nuncupativum] quod ab initio oretenus pronunciatum atque adeò semel proditum manet, licèt posteà in scripturam memoriæ & certitudinis gratiâ redigatur: planè ad instar consuetudinis & contractuum. Hoc tamen ad validitatem ejus requiritur, ut redactum in mundum testatori denuò prælegatur. Sand. *L. 4. T. 1. d. 5.*

Th. III.

Testamentum est vel λ publicum, quod publicâ fide ordinatur *l. 19. C. de testam.* vel privatum, μ cujus fides est privata, ex testibus & scriptura. *d. l. 19. C. d. t.* Donell. *in l. 21. n. 2. & 3. C. eod.* Hoc rursum est vel commune ν vel privilegiatum. Illud non nisi certis solennitatibus adhibitis fieri potest: hoc vel omnibus vel quibusdam commissis rectè conficitur. Utrumque rursum est vel Scriptum ξ vel Nuncupativum §. 3. & *fin. Inst. de testam. ord. l. 21. §. 2. C. de testam.*

D. Struv. λ *Diss. 3a. th. 9. pr.*

μ *ib. th. 10. pr.*

ν *ib. 5. th. 17. seqq.*

ξ *d. th. 10. pr. 5. th. 14.*

Th. IV.

D. STRUV.

Ut testamentum rectè fiat, & jure civili ratum sit, tria potissimùm, Persona ο scil. testantis, Modus & forma π testandi, ac denique Res, quas testamentum continere debet, ς sunt spectanda *l. 4. ff. qui testament. fac. pos.* Vinn. *ad rubr. Inst. de testam. ord.* Persona testantis talis esse debet, quæ non σ prohibeatur. Grass. §. *testamentum. q. 20. n.* 1. Prohibentur autem testamentum facere Filiifam. τ (præterquàm de bonis castrensibus υ & q. castrensibus) *pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. l. 6. pr. ff. qui. testam. fac. pos. l. 3. §. 1. l. pen. C. eod.* Impuberes φ §. 1. *Inst. quib. non est permiss. fac. test. l. 5. l. 19. ff. qui testam. fac. pos. l. 4. C. eod.* Furiosi χ & mente capti §. 1. *Inst. d. t. l. 17. ff. l. 9. C. eod.* Prodigi ψ §. 2. *Instit. d. t. l. 18. pr. ff. eod.* Senium verò & infirma valetudo, modò sani-

ο thes. 5. seqq. j. D. 33. th. 1.
π D. 32. th. 9. 10. 24. seqq.
ς d. th. 10. n. 1. j. D. 33. th. 1. in f. th. 5.
σ D. 32. th. 6. pr.
τ thes. 7. n. 4.
υ ib. inf.
& D. 50. th. 43.
φ D. 32. th. 6. n. 1.
χ ibid.
ψ th. 8. pr.

Th. IV.

Filiifam.] Si testamenti factio Juris naturæ vel Gent. esset, nil impediret filium de adventitio extraordinario testari. vid. *sup.* D. *IX. th. 31.* Bronch. *III. 21.* Sed jus civ. portionem eum familiæ paternæ; & his principiis ad testandum planè incapacem fecit. Nec juvatur Patris consensu; quippe non potest is efficere, ut de familiâ disponat qui nullam habet. Det ergò antè familiam, h. e. emancipet, & tunc testabitur filius, non ex indulgentia Patris, sed ex dispositione juris. Quamdiu non emancipat, seriò in testamenti factionem non consentit. v. Bronch. *C. 2. misc. qu. 17.* Ungeb. *Ex. IIX. qu. 6.* Riemer. *Dec. VI. qu. 2.* Gerhard. *Dec. VII, qu. 7.* Idem hodienum in Frisia servari, testatur Sande. *L. 4. T. 1. d. l.* In Hollandia tamen de bonis maternis testantur. Vinn. *L. 2. sel. qu. 19. p. 199.*

Prodigi] conf. Gerhard. *Dec. VII. qu. 5. seq.* Sed, quando proximus cognatus propterea testatorem declarari prodigum curaverat, ne ansam mutandi testamenti, quô heredem eum fecerat, haberet, subsistere istud pro-

pronunciatum est 27. Oct. 1616. Sande. *L.4.T.1.d.3.*

Infirma valetudo] quippe quæ nec contractûs impedit. vid. *sup.* D.2.*th.*28.

sanitas adsit mentis, ω testamenti factionem non impediunt *d. l.* 3. *l.* 15. *l.* 29. *post pr. C. qui testam. fac. pos.* Schneidewin. *ad* §. *ult. Inst. quib. non est permis. fac. test. num.* 15. Dauth. *de testam. num.* 262.

D.Struv. ω *th.6. in f.p.*206.

Th. V.

Deportati] cur hi sint intestabiles? v. Riem. *Dec. VI. qu.* 1.

Banniti] Sic testamentum ejus qui hostis patriæ judicatus est, non subsistere censuerunt Patres Curiæ Frisicæ. Sand. *L.4. T.1.d.2.*

Ad mortem damnati] Prærogativa civium Rom. non ferebat, ut manentes in eodem statu, capite plecterentur; non ergò civitate solùm, sed & (Pœnâ in Dominam acceptâ,) libertate privabantur, unde non poterat non bonorum publicatio sequi, bonis novæ dominæ quæsitis. Sublatô, autem jamtum per *Nov.* 22. isthôc dominatu, confiscationes ta-

Th. V.

Ad classem eorum, qui testari prohibentur, pertinent etiam *a* servi *l.16.pr.ff qui testam.fac.pos.* Capti ab *b* hostibus, §.*fin.Inst.quib.non est permis.* Deportati *c l.8.*§.1.*ff.d.t.* Banniti, *d* Gail.1.*de p.p.c.13. n.8.* Monachi *e Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. Nov.5.c.5.* Hæretici *f l.4.* §.5. *C. de haeret. Auth. Gazaros. C. eod.* Apostatæ *g l.2.l.5.* C.*de Apost.* ob carmen famosum *h* damnati *l.18.* §.1. *ff. qui testam. fac. pos.* de statu suo *i* dubitantes *l.* 14. & 15. *ff.eod.l.24.ff. de capt.& postlim.* Ulp. *in fragm. tit. de testam.* §.11. non etiam de jure hodierno ad mortem damnati, *k* cùm servi pœnæ amplius non efficiantur. *Novel. 22.c.8. auth. Sed hodie. & ibi* Salicet. C. *de donat. int. vir. & ux.* Welemb. *in par. ff. qui testam. fac. n.*13. Ludwvel. *d.7. Inst. th.4. lit.1.* Beust. *in l. Admonendi. ff. de Jurejur. n.*494.

a thes. 7. lin. 1.
b ib. lin. 3.
c th. 8. n. 6.
d ib. n. 7.
e thes. 7. n. 2.
f th. 8. n. 3.
g ib. n. 2. lin. 4.
h ib. n. 1. lin. 3.
i th. 7. n. 1. inf.
k th. 8. n. 8.

tamen uſque dominabantur. Moribus autem noſtris reſtituta damnatis poſtliminiò teſtandi licentia; niſi crimen ſpeciatim confiſcationem bonorum importet. v. Carpz. *pr. Cr. p. 3. Qu. 135. n. 27. ſeqq. & p. 3. C. 6. d. 3.* Dn. Richter *Deciſ. 57. per tot.*

Th. VI.

D. STRUV. Teſtandi Forma & modus, quatenus vel fide publicâ vel privatâ teſtamentum ordinatur, variat. De modo publicè *l* teſtandi vid. *l. 19. C. de teſtam.* & latè Thom. Maul. *tr. de ult. volunt. lib. 1. tit. 3. per tot.* Mev. *in comm. ad lib. 2. jur. Lub. tit. 1. art. 2. num. 70. & ſeqq.* Privata *m* teſtandi ſolennitas in communi teſtamento tam ſcripto quàm nuncupativo obſervanda, teſtium habilitatem, eorum numerum, convocationē, *n* & ipſam quæ uno contextu fieri debet, voluntatis ultimæ teſtationem reſpicit, Bocer. *cl. 3. D. 11. th. 9.*

> *l th. 9. pr.*
> *m ib. th. 10. pr.*
> *n ib. n. 2. & th. 11.*
> *o theſ. 10. n. 2.*

Th. VI.

Solennitas obſervanda] ſufficit autem ſolennia loci in quo conditum fuit, attendi; valebit enim tunc & quoad bona alibi ſita, ſive mobilia, Carpz. *p. 3. C. 12. d. 15. & 1. Reſp. 101. n. 18.* Sive immobilia. Ita d. 25. Mart. 1634. judicatum refert Sand. *L. 4. T. 1. d. 14.* Contrarium verò in Scab. Lipſ. Carpz. *ib. d. 12.* An dixeris, de caſu inteſtati *ibid. agi*? In cauſa autem teſtamenti *Diſt. Utrum* ſtatuta loci ubi conditum, in rem diſponant, vel circa habilitatem perſonarum diſpenſent, v. g. in plerisque locis Belgii de bonis maternis & cœteris adventitiis Filiofam. teſtari permiſſum, Elbert. Leonin. Gelriæ Cancell. *Lib. VI. emendat. c. 3. inſ.* Et hoc teſtam. non valebit in reliquis locis ubi jus civ. viget. vid. Sande. *L. 4. T. 1. d. 1.* An verò ſolùm circa actûs alicujus ſolennitatem; & quia formam ſolùm actûs, qui fit in loco ſtatuti, afficiunt, meritò aliò ſuas vires extendunt. vid. Vinn. *L. 2 ſel. qu. 19.*

Tam ſcripto] Vocatur hoc arcanum & myſticum; quod nec à teſtibus ſciantur ejus contenta: Adeoque non vitiatur teſtamentum in ſcriptis ex eo, quòd clauſum teſtibus fuerit ad ſubſcribendum exhibitum, non verò prælectum. Carpz. *p. 3. C. 3. d. 2.*

Th. VII.

Th. VII.

Testes habiles *p* sunt, cum quibus est testamenti factio. §. 6. *Inst. de testam. ordin.* quod tamen cæteris paribus est intelligendum, nisi scil. prætereà naturâ aut lege prohibeantur. Naturâ prohibetur Impubes, *q* Furiosus, *r* Mente captus, Mutus, *s* Surdus *d.* §. *6. Instit. eod.* Lege prohibentur quidam in totum, ut Fœmina *t d.* §. *6. Inst. d. t. l. 20.* §. *6. ff. qui testam. fac. pos. Constit. Maximil. Colon. de anno 1512. rubr.* Von Testamenten. §. die Notarien. Servus *u d* §. *6. Instit. d. t. l. 20.* §. *7. ff. eod.* Deportatus *arg. l. 21. pr. C. de testam.* Prodigus *x d.* §. *6. Inst. d. t. l. 18. ff. eod.* & quemcunque lex intestabilem esse jubet. *d.* §. *6. Inst. eod. d. l. 18.* §. *1. l. 20.* §. *5. ff. eod.*

D. Struv. *p d. th. 11. q ib. th. 12. & D. 28. th. 38. n. 1. r ib. n. 2. s ib. inf. n. 3. & 4. t D. 32. th. 13. inf. u Disp. 28. th. 38. in m. n. 2. x ibid. in m.*

Th. VII.

Testes habiles] Quæ conditio testium tamen spectatur tempore conditi aut signati testamenti. Bronch. *C. 2. misc. qu. 15.*

Impubes] de quo sup. *D. XIII. th. 28.*

Fœmina] Scil. sunt, qui in certorum testamentis prohibentur, de quib. *th. seq.* Sunt qui in totum, ut fœminæ. Et testamenta tamen condere non prohibentur. vid. Ludov. & Dd. ad §. *6. J. de Testam. ord.* Notetur tamen casus Sandii *L. 4. T. 1. d. 7.* ubi tres mulieres interfuerant: sc. quia & citra testimonium valet testamentum inter liberos: paria sunt, reprobatum & nullum adesse. Sicut legato non nocet falsa causa adjecta. *§. 31. J. de Leg.*

Th. IIX.

In quorundam testamentis adhiberi nequeunt v. c. Heres *y* in testamento, in quo est institutus, ejusve pater, filius, aut fratres, qui in ejusdem patris sunt *z* potestate §. *10. Inst. de testam. ordin. l. 20. pr. ff. qui testam. fac. poss.* pater aut

y D. 32. th. 13. num. 2. p. 214. z ibid. in pr.

Th. IIX.

Ejusve pater] Scil. heredis; nam de Patre testatoris paulò inferius loquitur. Non posse autem Patrem testem adstare filio, etiam emancipato, heredi instituto, responsum

filius testatoris §. *9. Inst. d. t.* licèt hi in alieno testamento. §. *8. Inst. d. t. l. 22. pr. d. t.* & pater in testamento filii ante missionem de peculio castrensi α testantis adhiberi possint §. *9. Inst. d. t. l. 20. §. 2. ff. d. t.* Legatarii vero & fidei commissarii β ab hujusmodi testimonio non arceantur §. *11. Instit. d. t. l.* 22. ubi Sichard. *num. 4. C. de testam.* Graff. *d. §. testamentum. q. 57. n. 15.*

D. Struv.

α *ibid.*

β *ead. ib. n. 2. p. 214.*

M. Apr. 1633. Carpz. *p. 3. C. 3. d. 7.*

Filius testatoris] An si emancipatus sit? Gerhard. *Dec. VII. qu. 4.* Bronch. *C. 3. qu. 23.*

Ante missionem] Ita benè conciliatur allegata *l. 20. ff. cum §. 9. I. d. t.* ubi repelli pater videtur. v. Ungeb. *Ex. IIX. qu. 5.*

Legatarii] Non valet impugnari testamentum, in quo testibus testator aliquid legavit, Carpz. *p. 3 C. 3. d. 6.* quia non de sua, sed heredis causa testantur, & plerumque liberalitatis sunt ignari. Unde & JCti Jenenses de testamento scripto hoc exaudiunt & restringunt. vid. Dn. Richter. *Decis. 31. n. 21.*

Th. IX.

Quoad numerum testium, septem γ idonei de jure civili præcisè requiruntur §. *3. & ult. Instit. de testam. ordin. l. 21. C. eod.* adeò ut si unus saltem defecit, totum vitietur testamentum *l. 12. C. eod.* Sim. de præt. *de interpret. ult. volunt. lib. 2. int. 1. dub. 2. n. 28.* Et hunc numerum *d. Constit. Maximil.* novissimè confirmavit, licèt jure Canonicô, (quod tamen in terris Imperii non observatur,

γ *th. 10. n. 2.*

Th. IX.

Numero testium] Variat hic pro varietate negociorum. vid. *sup. D. 13. th. 19.* Romani præcisè septem hic requirunt, non alia de causa, ut putat Ungeb. *Ex. 8. qu. 2.* quàm quòd ita placuerit; aliquam tamen reddere conatur Carpz. *p. 2. C. 3. d. 2. n. 3. seqq.*

In terris Imperii] In terris Saxonicis tamen longinquâ observatione receptum, ut vigore *c. 10. x. de Testam.* in testamentis ruri conditis quatuor testes plebeji, vel cum aliis duobus Parochus sufficiat, dùm juratò postmodùm id asserant & deponant.

nant. Ungeb. *Comm x. d. t. n. 16.* Quid tempore pestis obtineat? v. Bronch. *C. 2. misc. qu. 12.* Gerhard. *Dec. 6. qu. 5.* Sande. *L. 4. T. 1. d. 4.*

Consuetudine minor] Sic in Batavia coram duobus testibus & Notario testari licet. Vinn. *L. 2. sel. qu. 19. pr.* Et Carpz. *p. 3. C. 3. d. 19.* scribit, posse introduci, ut valeat testamentum coram unico Scabino & Actuario judicii in domo testatoris conditum.

tur, Clar. *d. §. testamentum. q. 57. n. 2.* Grass. *eod. §. quaest. 56. n. 3.*) duo vel tres δ sufficiant *c. cum esses. extr. de testam.* etiam statutô & consuetudine minor numerus induci queat. ε Viv. *com. opin. lib. 1. verb. statutum.* Mynsing. 5. O. 20.

D. Struv. δ *conf. th. 17.* ε *v. ib. th. 15.*

Th. X.

Rogatos] Est hoc de solennitatibus; adeoque & in nuncupativo requiritur testamento. Carpz. *p. 3. C. 3. d. 33.* Militibus tamen uti & caeterae, ita haec remissa. Aut. *infr. th. 29. b.* de Testamento parentum jam adfuit ex Sandio. *L. 4. T. 1. d. 7.*

Praesentibus] E. si testamentum seorsim ad domum mittatur, non valet. Ita Scab. Lips. M. Sept. 1636. in causa Christoph. Hempels & consort. zu Eißleben. Carpzov. *p. 3. C. 3. d. 1.*

Extraneô actu] Vitiabiturne testamentum per contractum in eo celebratum? Ungeb. *Ex. 8. qu. 4.* Bronch. *C. 3. qu. 21.* Non

Th. X.

Rogatos ζ insuper oportet esse testes *l. 21. §. 2. ff. qui testam. fac. pos. l. 21. pr. C. de testam. Auth. Rogati. C. de testib.* vel tum demum, ubi alia de causa praesentes adsunt *d. l. 21. §. 2. ff. d. t. d. Constit. Maximil. d. rubr. §.* Es ist auch. Maul. *d. tr. lib. 1. tit. 4. n. 8.* ac demum coram iis animô praesentibus, η & testatorem oculis suis videntibus θ *l. 9. de Testam.* testatio ipsa uno contextu, nullo extraneô actu interveniente, ι nisi quem ratio morbi, aut naturae necessitas desiderat, fieri debet

ζ *th. 10. n. (3.) sub n. II.* η *ib. n. (4)* θ *ib. n. (5.)* ι *in fin. pag. n. V.*

D.Struv. bet *d. l. 21. §. ult. ff. qui testam. fac. pos. d. l. 21. & 28. C. testam.*

Th. XI.

Ad Scriptum testamentum præter dictas solennitates Subscriptio tum
κ th.10.n.III. κ testatoris §. 1. *Inst. de testam. ordin. l. 21. pr. ff. eod.* vel ejus locô octavi testis *l. 29. C. eod.* tum testium &
λ ib.n.IV. λ eorum obsignatio §. 5. *Inst. de testam. ordin. l. 21. pr. C. de testam.* requiritur. Possunt autem testes non solùm propriô, sed etiam alienô imò & omnes uno annulô testamentum signare §. 5. *Inst. de testam. ordin.* nec solùm annulô, sed & alio quovis instrumentô χαρακτῆρα habente *arg. l. 1. §. fin. l. 4. ff. testam. quemadm. aper. & d. Constit. Maximil.* 1. *d. rub.* ubi generaliter mentio fit sigilli. Conan. *9. comm.* 2. Donel. *6. comm. 8.* Baro. Hotom. Wesemb. ad §. 5. *Inst. de testam. ordin.*

Non obst. *l. 26. ff. de pign. act.* vid. Petr. de Grev. *ib. pag. m.* 302.

Th. XI.

Subscriptio] Testamentum solenne in scriptis à septem testibus specialiter ad id rogatis subscriptum & sigillatum subsistit, licèt ipsemet testator nomen heredis non subscripserit. Carpzov. *dict. p. 3. C. 3. d. 1.* Diei autem, mensis & anni omissio, ne quidem testamentum inter liberos per nuncupationem factum vitiat. Sande. *L. 4. T. 1. d. 9.*

Non solùm annulô] Nam particula taxativa in *d. l. 22. §. 5.* non excludit res ejusdem sed diversi generis. Non hoc vult JCtus, quasi solus annulus, instrumentum rotundũ sufficiat exclusô cilindrô s. instrumentô oblongô, utcunq; characterem habeat: Sed opponitur annulus rebus diversæ speciei, & signis aliis, quæ Paterf. rebus suis ab aliis dignoscendis inurit. v. Ungeb. *Ex. 8. qu. 3.* Gerh. *Dec. 7. qu. 3.* Bronch. *2. misc. 16.*

Tit.

Th. XII.

Ut nec legata] Ipsam institutionem, quæ caput & anima testamenti est, tantum abest, ut Interpretum aliquis propugnet, ut, vel si exheredatio à Patre, non expressâ causâ, fuerit facta, vitiari statuant, ne dum, si planè præterierit. Legata verò utrobique subsistere, modò non omnes asserunt. Priori casu & nos largimur. add. Aut. *sup. D. V. th. 15.* peccatum quippe ibi in qualitate; ast hic in essentia. Imposuit, credo, secus sentientibus, materna præteritio, quæ pro exheredatione solùm habetur. Et tamen in praxi obtinet. vid. Carpz. *p. 3. C. 9. d. 3.* cum quo facit Bronch. *C. 3. qu. 29.* Riem. *Dec. VI. qu.* 3. Sed cum Autore faciunt Vinn. *L. 2. sel. qu. 20.* Frantzk. *Ex. VI. qu. 3. à n. 15.* Geth. *Dec. 8. qu.* 4. Nisi admittamus limitationem, si facta sit præteritio in favorē liberorum. v. Carpz. *dict. C. 9. d. 11.*

Th. XIII.

Posthumô præteritô] Hanc tamen constituunt differentiam, ut præteritio scienter facta, legata conservet; sin de posthumo non cogitaverit testator

Th. XII. D. STRUV.

Res, quam testamentum principaliter continere debet, est institutio μ heredis, quæ caput & fundamentum ejus dicitur §. *34. Inst. de legat.* Et parentes quidem liberos, quos habent in potestate, cujuscunque sint sexûs, ν necessariò aut heredes instituere, aut nominatim ξ exheredare debent: quòd si eos præterierint, testamentum ipso jure nullum ο est *pr. Inst. de exhered. liber. l. 30. ff. de lib. & posthum.* adeò ut nec legata nec alia in eo disposita quicquàm valeant *l. 17. ff. de injust. rupt. irr. test.* quæ nullibi reperitur correcta, licèt communis opinio refragetur, teste Gail. *2. obs. 117.*

μ *thes. 10. n. 1. & §. 24.*
ν *thes. 26. n. 1.*
ξ *thes. 32. pr.*
ο *thes. 16. pr. th. 26. th. 36. in m.*

Th. XIII.

Posthumô π suô præteritô, testamentum ab initio valet, eo vero natô, ipso jure rumpitur §. 1. *Inst.*

π *de quo vid. thes. 27. seqq.*

D.Struv. *de exhered. liber. l. 1. C. de posth. hered. instit.* Quod

ϱ v.th.29. ex L. Jul. Velleja ϱ etiam ad nepotes, qui ante mortem avi testatoris in locum sui heredis aliquo casu succedunt, & q. posthumi dicuntur, est productum §. 2. *Inst. de exhered. lib. l. 13. ff. de injust. rupt. irrit. test. l. 29. ff. de lib. & post.*

Th. XIV.

Utut autem jure civili præteritione sui heredis testamentum ipso jure nullum sit, prætoriô tamen σ

σ J.th.37. cum v.37. th.52.n.4. sustinetur *l. 12. §. 1. ff. de bon. possess. cont. tabb. l. 2. ff. de b. pos. sec. tabb. l. 12. pr. & l. 17. ff. de injust. rupt. irrit.* ut si filius post mortem patris, voluntatem ejus probando, ab hereditate abstinuerit, scriptus heres ex æquo & bono, modò testamentum 7. testium signis fuerit signatum, admittatur *d. l. 17. & ibi* Cujac. *ff. de lib. & posthum.* Bach. *ad vol. 2. Tr. D.* 11. *th. 1. lit. C.* Frantzk. *exer. Justin. 6. q. 2.* Franc. de Barry.

stator, ne quidem quoad legata sustineatur; quòd non præsumatur gravare voluisse, quem ignoravit. Ita responsum scribit Carpz. *p. 3. C. 9. d. 4. & 5.* An autem octimestris, quia vitalis non habetur, natus rumpat testamentum in quo præteritus? vid. Gerhard. *Ex. IIX. qu. 5.*

Th. XIV.

Prætoriô sustinetur] Ista annullatio fiebat à jure civ. in gratiam suorum heredum, qui hôc jure pro se introductô eò facilius jure prætoriô renunciare poterant, quô sui non erant, *§. 1. J. de her. qual. & diff.* & Prætor septem signaculis & statu testamenti incorruptô contentus erat. *§. 2. J. de Testam. ord.* Hoc superest dilui, quomodo liberis præteritis bonorum possessio contra tabb. dari, *l. 12. §. 1. de B. P. contra tabb.* & tamen bonorum possessio unde liberi esse possit? *l. 2. si tabb. null. ex tab. l. f. de lib. & posth.* Prius validitatem, posterius nullitatem præsupponit. Nim. *Si* mentem & intentionem patris spectemus, maluisset is scriptos heredes manere, & filium tacitâ vel

Barry. *tr. de success. lib.* 10. D. Struv. *tit. 3. n.* 23.

vel expressâ abstinentiâ testamentum approbare; quô sensu daretur filio possessio bonorum contra tabulas, h. e. contra voluntatem patris in tabulis expressam. *Sin* eventum & rei veritatem spectemus, filius jure suô utens planè annullat eas, & successionem ab intestato ex capite Unde liberi apprehendit. *l. 19. ff. de B. P. contr. tabb.* Frantzk. *Ex. VI. qu.* 2. conf. ex parte Riem. *dict. D. 6. qu.* 3. Gerhard. *Dec. IIX. q.* 3. 4.

Voluntatem probando] Idem de inofficiosa donatione dicitur infr. *D. 19. th. 30.* Add. &, si posthumus vivô testatore decesserit, Pac. *C. V. qu. 38.* Bronch. *C. 3. qu. 28.*

Th. XV.

Præteritio Materna & τ cæterorum, qui non habent in potestate, cùm exheredationi æquiparetur, §. *ult. Inst. de exhered. lib. l. 3. l. 15. C. de inoff. testam.* testamentum ipso jure nullum non facit, sed omni casu querelâ inofficiosi testestamenti est evacuandum, *d.* §. *ult. Inst. de exher. lib. Novell. 115. c. 3. & 5.* Bocer. *cl. 3. D. 3. th. 18.* Ita & emancipatô υ à patre præteritô testamentum ipso jure subsistit, sed Prætor ei bonorum possessionem contra tabulas concedit. §. *3. Inst. d. t. l. 4. C. de lib. præter. l. 8.* §. *ult. ff. de b. pos. cont. tab.* Donel. *6. comm.* 13. *& ad Auth. Ex caussa. C. de lib. præter. num. 4, & 5.*

τ v. D. 10. th. 14. in m. D. 32. th. 26. qu. 2. p. 224.

υ D. 10. th. 14. lin. 5. D. 32. th. 26. qu. 1.

Th. XV.

Nullum non facit] Secundùm mentē Justiniani, ut qui alleg. *N. 115. c. 3. & 5.* non loquitur de præteritione Paterna, sed Materna; Illam corrigi aut tolli necesse non erat, quia jam tum jure civ. nulla erat, vid. Frantzk. *E. 6. qu. 3. pr. ad n. 15.* Usus tamen Autoris opinionem reprobasse videtur. Ait enim Sandius *L. 4. T. 2. d. 2.* Senatum Frisicum testamentum aviæ nullum pronunciasse, sed ob clausulam codicillarem censuisse rogatum nepotem restituere jussum scriptis in testamento heredibus.

Th. XVI.

Th. XVI.

Etsi liberi jam tum vivis parentibus quodammodò domini sint rerum paternarum *l. 11. ff. de lib. & posth.* ac, q. sibi ipsis succedant, Sui heredes φ dicuntur §. *2. inst. de hered. qual. & diff.* non obstante tamen hâc suitate, jure patriæ potestatis exheredari possunt *d. l. 11. ff. de lib. & posth.* nec solùm nati, sed etiam posthumi χ seu nasci turi. Hillig. *ad Donell. 6. com. 13. lit. e.* Sed exheredatio hæc tum demum valet, si ex justa quadam caussa, ψ ab Imp. *Novel. 115. cap. 3.* expressa, vel alicui expressarum ω simili *arg. c. 1. §. sed quia. 2. F. 24.* Menoch. *in A. I. Q. cas. 267. n. 6. & 7.* Schneidevv. *ad pr. Inst. de exher. lib. num. 14.* Gomez. *var. resol. 1. c. 11. num. 13.* Gail. 2. *obs. 95. num. 17.* facta sit.

φ *de quib. v. D. 34. th. 14.*

χ *de quib. D. 32. th. 27. pr.*

ψ *v. D. 10. th. 15.*

ω *v. D. 32. thes. 33. j. D. 40. th. 15.*

Th. XVI.

Domini sunt] Dissentit cum Cujacio *Lib. 25. obs. 14.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 25.*

Posthumi] Jure civ. necesse non erat, Male meritum esse, sufficiebat voluntas & potestas patria. *Hodie*, ubi causæ requiruntur, exaudiendum hoc vel de exheredatione bona mente facta, quam in usu esse, præjudiciò probat Sande, *L. 4. T. 2. d. 3.* vel de Posthumo civili, qui jam doli capax esse potest. conf. Pac. *C. 5. qu. 86.* Gerhard. *Dec. 8. q. 6.* Ungeb. *Ex. 8. qu. 7.*

Expressarum simili] Voluit enim abusum tollere Imperator, ne ob leviores promiscuè causas, novercalibus delinimentis magè quàm liberorum erratis irritati Patres, exheredarent. vid. Ungeb. *E. 8. q. 9.* Gerhard. D. *8. q. 7.* Dissent. Bronch. *C. 5. q. 26.* Modò ne nimiùm multiplicemus causas. Sic pro patre fidejubere noluisse, Scabinis Lipsiensibus M. Dec. 1612. satis visum fuit. Berlich. *Decis. 36.* Elector Sax. novis. *Decis. 52.* declarat: Si Pater incarceratus fuisset.

Th. XVII.

Valeat præteritio] Hoc videlicet est in quæstione, An testamentum filii ob præteritionem patris de jure subsistat, querelâ inofficiosi exhauriendum? prout Autor sentire videtur, & cum eo Sandius *L. 4. T. 2. d. 4. in m.* An ipso jure nullum sit? quod Scabinis Lips. placuit, ita tamen, ut legata conserventur. Carpz. *p. 3. C. 9. d. 2. & 3.* Prius de jure videtur verius; posterius Parentibus conducibilius. Utcunque sit, postquàm semel præteritioni consenserunt, variare nequeunt, ita Senatus Frisicus *dictô* Sandeji *locô* censuit.

Th. XVII.

Ad vitandam inofficiosi testamenti querelam Parentes *a* quoque à liberis vel instituendi *l. 15. ff. de inoff. testam.* vel justis de caussis sunt exheredandi. *Novel.* 115. *c.* 4. ita tamen ut pro exheredatione illorum sola valeat præteritio. Fratrem *b* verò aut sororem instituere, vel præterire aut exheredare cuilibet liberum est, modò ne turpem *c* ei personam instituendo præferat. §. *1. Inst. de inoff. testam. l. 27. C. eod.*

D. Struv.
a v. D. 10. thes. 17. j. th. 8.
b ib. th. 9. j. D. 32. th. 32. in m.
c d. D. 10. th. 18.

Turpem personam] quid si spurium? vid. Ungeb. *Ex. 8. qu. 12.* Gerh. *D. 8. q. 9.* vid. *sup. D. 5. th. 14.*

Tit. III. de Injusto, rupto, irrito facto testam. junct. Tit. IV. de His quæ in testam. delentur. &c.

Th. XIIX.

Agnatione sui] de his vid. *sup. th. 13. hic.* & dicta ibi.

Posteriori perfectô] Secus ergò de Imperfecto. Bronch. *C. 3. qu. 77.* & longè certius de nuda voluntate. Id. *C. 2.*

Th. XIIX.

Non solùm ob præteritionem sui heredis *d* & vitia quædam alia testamentum ab initio nullum est; sed etiam jure factum interdum quadam ex caussa infirmatur, quæ contingit vel testatore invitô, ut agnatione *e* sui heredis, quâ rumpitur *l. 1. ff. de injust. rupt. irrit.* §. 1. *Inst. quib. mod. testam.* in-

d vid. D. *32. th. 36.*
e ib. th. 37.

D. STRUV. *infirm.* aut capitis deminutione, *f* etiam minimâ, putà arrogatione *l. 11. §. 2. ff. de b. poss. sec. tabb.* quâ fit irritum §. 5. *Inst. quib. mod. testam. infirm. l. 6. §. 5. ff. de injust. rupt. irrit.* vel eo volente, ut testamentô posteriori *g* eoque perfectô *h* §. 2. *Inst. quib. mod. test. infir. l. 1. & 2. ff. de injust. rupt.* rescissione quoque, resignatione ac deletione, *i* si consultò, *k* non casu facta fuerit, testamentum infirmatur *l. 1. pr. & §. §. seqq. ff. de his quæ in test. delent. l. pen. C. de testam. l. pen. §. ult. ff. de Bon. poss. sec. tabb.*

f ib. thes. 44.
g thes. 38. ibid.
h ib. thes. 41.
i v. th. 48.
k conf. th. 40.

C. 2. misc. qu. 11. Sed, quid si priori clausula derogatoria inserta, cujus in posteriori non fit mentio: an posterius, utcunque perfectum, tamē prius non tollit? Ita Senatui Sabaudico, A. Fab. *Cod. L. 6. tit. 5. d. 9.* Frisico, Sand. *L. 4. T. 1. d. 10.* Academiæ Tubingensi, Besold. *p. 2. Cons. 42.* visum. Contrarium tenet Scabinatus Lips. ap. Carpz. *p. 3. C. 5. d. 19.* quasi nemo dicere sibi legem possit à qua non recedat. Sed quis affirmaverit nobis, voluisse testatorem reverà prius mutare? Est ergò facti quæstio.

Tit. V. de Heredibus instituendis.

Th. XIX.

Extra parentes, qui liberos in potestate habent, cæteri pro arbitrio suo instituere heredes possunt quoscunque, *l* capaces tamen, seu cum quib9 est testamenti factio §. 4. *Inst. de hered. qual. & differ. l. 49. §. 1. ff. de hered. instit.* & quotquot *m* voluerint §. 6. *Inst. de hered. instit.* nec refert, personam institutam esse incertam, *n* modò possit certa reddi §. 25. *Instit. de legat.* Salic. *ad l. 24.*

l v. D. 33. th. 2.
m ib. th. 6. pr.
n th. 8. n. 4 j. D. 35. th. 4. in m. vers. Jure veteri.

Th. XIX.

Capaces tamen] An autem instituto incapaci Fiscus, an heredes legitimi succedant? v. Bronch. *C. 2. misc. qu. 19.*

Incertam] Institutio heredis non valet, quoties non apparet, quis designatus sit heres. vid. Bronch. *C. 3. qu. 62.* & ita decisum ait

ait Carpz. *p. 3. C. 9. d. 14.* quòd si persona certa quidem sit, sed sub turpi demonstratione, vitiatur institutio. Bronch. *C. 2. misc. qu. 20.*

Pauperes] Legatô pauperi relictô, quisnam pauper dicatur? Carpz. *p. 3. C. 13. d. 21.*

Posthumus alienus] vid. Gerhard. *Dec. 8. qu. 2.* sive *Ex. 4. q. 11.*

l. 24. C. de Episc. & Cler. Donel. *6. com. 17.* Civitates *o* etiam & collegia licita *l. 8. l. 12. C. de hered. instit.* item pauperes *p* penitus ignoti *d. l. 24. l. 28. l. 49. C. de Episc. & Cler.* imò & posthumus *q* alienus §. 28. *Inst. de legat.* rectè instituuntur.

D. Struv. *o ib. vers. Potest &. p ib. vers. valetquoque j. D. 33. th. 4. in f. q D. 35. th. 4. vers. Jure veteri.*

Th. XX.

Qui solus] Aliter sic exprimo: Qui Unicus heres instituitur, is, sive in re sive in parte certa institutus, ex asse heres est; ne Testator quoad reliqua videatur intestatus decessisse. Quin & Duo (vel etiam plures) Æqualiter h. e. ex certis rebus vel partibus instituti, heredes sunt, & res illæ certæ pro prælegatis habentur. *l. 35. ff. h. t.* Sed ex Duobus Inæqualiter institutis, reverâ heres est, qui in certa parte: reverâ legatarius, qui in re certa institutus. Analogicè tamen heres habetur, tum ob nomen, tum ob spem integræ hereditatis cum jure universali nanciscendæ, si alter repudiet. vid. Fachin. *L. 4. c. 15.* Vinn. *L. 2. sel. qu. 22. pr.* Brunnem. *ad d. l. 13. C. de her. inst.* Dn. Richt. *ad l. f. C. de Edict.* D. Hadr. *toll. n. 44. seqq.* Bronch. *C. 3. qu. 25.*

Th. XX.

Qui in parte quadam hereditatis, vel in re saltem certa *r* solus est institutus, ex asse heres est: mentione enim partis aut rei detractâ, uterque pro simpliciter instituto habetur §. 7. *Inst. de hered. instit. l. 1. §. 4. l. 10. l. 9. §. 13. l. 74. ff. eod.* Si verò posteriori coheres datus sit, *s* qui adeat, ille non heres est, sed legatarius *l. 13. C. de hered. instit.* Grass. *in §. hereditas. q. 3. & §. Institutio. q. 22.* Bach. *ad vol. 2. Tr. D. 12. th. 1. lit. a.*

r D. 33. th. 6. n. 1.

s ib. n. 3.

Th. XXI.

Th. XXI.

D. STRUV. Inter plures heredes conjunctim institutos, si quidam ex illis defecerint, locum habet jus Accrescendi, *t* modò re & verbis *l. un.* §. 10. *C. de caduc. tol.* §. 8. *Inst. de legat. l.* 80. *l.* 89. *ff. de legat.* 3. vel re saltem, sint conjuncti *d. l. un.* §. 10. *C. de cad. tol. d.* §. 8. *Inst. de legat.* non etiam, si verbis *u* tantùm *l.* 66. *ff. de hered. instit. l.* 1. *pr. l. pen. ff. de usufr. accresc. l.* 20. *ff. de legat.* 2. Cujac. 15. *obs.* 4. & 24. *obs.* 34. Anton. Fab. 6. *conject.* 1. Fachin. 5. *contr.* 50. Borcholt. Hotoman. Schvvanenberg. *tr. de jur. accres. c.* 8. *q.* 2. Wurmbs. *in nucl. jur. contr. ad tit. de legat. contr.* 4. quàmvis Dd. communiter dissentiant. Cæterùm jus hoc accrescendi testator in testamento suo prohibere simpliciter non potest. Salic. *in l.* 13. *C. de hered. instit.* Clar. §. *testamentum. q.* 74.

t conf. D. 12. *th.* 26. & *seqq. D.* 34. *thes.* 39. & *seqq. D.* 40. *th.* 30.

u dissent. D. 12. *thes.* 28. *j. D.* 34. *th.* 40. & *D.* 35. *thes.* 24.

Th. XXI.

Jus accrescendi] de quo vid. *sup. D.* 6. *th.* 6.

Communiter dissentiant] Cum quibus tamen faciendum videtur; quia in *d. l.* 66. non tam juris, quàm voluntatis & facti proponitur quæstio, An scil. eô casu testator Cajum & Mœvium inter se verbis conjunctos efficere voluerit: an non potius celeritatis causâ Titio primo heredi instituto jungere, & ita omnes pari modô verbis conjunctos efficere conatus sit? vid. Ungeb. *Ex.* 8. *qu. ult.* Donell. *Lib.* 7. *comm. c.* 13. & ibi Hillig. *K. N. O. P.* Gerhard. *tr. de Testam. cap.* 7. *th.* 15. 52. 58.

Simpliciter non potest] Imò prohibere utique potest; Non absolutè & simpliciter, ut partium vacantium intuitu decedat intestatus, id enim paganorum nemini licet; sed certô modô, & per indirectum, dando vacaturis substitutos. Ita Fachin. *L.* 4. *c.* 15. *in m.* & Vinn. *L.* 2. *c.* 22. *in m.* ubi contra Bronch. 2. *misc.* 14. & *C.* 3. *q.* 65. disputat.

Tit.

Tit. VI. de Vulgari & pupillari substitutione.

Th. XXII.

Fideicommissariam] pari sensu quô usufructus causalis dicitur. Nisi dextrè explices, & substitutionem generalius sumas, præscindendo à directa, ab impugnationibus vix tutus eris.

Et vice versâ] Et injuria erat & infortunium Romanis, heredem ex testamento nactum non fuisse; adeoque sollicitè & curiosè de omni eventu quô contingere id posset, prospiciebant. Sive ergò is ab initio non fieret, sive factus desineret esse, res eodem recidit, finis idem, modus & media diversa: ut adeò, qui ab uno metuit sibi, non possit & ab altero; & qui uni mederi voluisse deprehenditur, neutiquàm judicandus sit, alterum admissurum fuisse. Nam, qui Titio heredi instituto, Si talis non evadat, Cajum substituit, scopum, de herede certò habendo, non est assecutus, cùm post acceptatam hereditatem Titius impubes decedere possit; nisi ergò Cajum & hôc eventu admittat, sine herede erit, quem hiatum tamen metuit, & vulgariter substituendo,

Th. XXII.

Institutio heredis vel primô gradu fit, vel secundô, x quæ posterior dicitur Substitutio. Dividitur in Directam, quæ verbis fit directis & civilibus *l. 7. l. 15. ff. de vulg. & pupil. substit. l. 1. C. de impub. & al. substit.* & y Fideicommissariam *l. 87. §. 2. ff. de legat. 2. l. 57. §. 1. & 2. ff. ad Sc. Trebel.* Directa rursum z est vel Vulgaris α vel Pupillaris, β *t. t. ff. de vulg. & pupil. substit.* Utraque fit vel expressè, γ vel tacitè; & ita quidem, ut Vulgaris expressa tacitam Pupillarem, & viceversâ pupillaris expressa δ tacitam vulgarem contineat. *l. 4. ff. de vulg. & pupil. substit. l. ult. C. de instit. & substit. l. 4. C. de impub. & al. substit.* Donel. *6. com.* 26. Frantzk. *Ex. Justin. 6. q. 6.*

D. Stauv.
x v. D. 33. th. 9.
y ib. in m.
z v. th. 11.
α th. 12.
β th. 21.
γ th. 21.
δ ib. vers. Quaeritur autem.

declinare voluit. Unde Interpretes unam sub altera exaudire ceperunt; eò usque, ut & Titio, si heres factus impubes decedat, Cajum substituens, credatur, Titiô nunquàm herede factô, Cajum longè enixius vocâsse; quia qui cogitavit remotius, is & quod propinquius; qui voluit substitutum & sibi & filio succedere, voluit quoque, ut sibi soli: nec omisit casum illum quòd nollet, sed quod de Titii existentia & voluntate non dubitaret. vid. Vinn. *L. 2. sel. qu. 24.*

Th. XXIII.

D. Struv. Casus vulgaris substitutionis: Si heres non erit, generaliter positus, tam casum, si noluerit, quàm alterum impotentiæ comprehendit, *l. 56. ff. sol. matrim.* nonnunquàm uterque speciatim exprimitur *l. 3. C. de hered. instit.* Si tamen in unum casum v. c. impotentiæ expresse facta sit, ad alterum casum, si noluerit, non *e* extenditur. *l. 10. ff. de lib. & posthum. arg. l. 21. ff. de vulg. & pupil. substit.* Fachin. *4. contro. 61.* Hæno. 1. *disp. 8. ff. th. 13.*

e *dissent. ib. th. 13.*

Th. XXIII.

Si tamen in unum] Qui genus ponit, is indefinitè loquitur, habetque se ad omnes species perindè. Sed qui specierum unam ponit, alteram repudiare creditur. Eccur verò non & in vulgari, pupillarique sic statuitur, *th. praced?* Nim. quia prægnantes & duplicatæ sunt, seque invicem includunt ac subordinantur, non præbent locum argumento à contrario sensu. Atqui & hîc res eodem recidit, nequiverit heres, an noluerit. Nim. Testator hôc casu tantopere non curaverat. Est ergò voluntatis quæstio.

Th. XXIV.

Filiôfam. herede instituto, eique hac conditione, si heres non erit, substitutô datô, illo hereditatem repudiante, non pater, *f* sed substitutus, utpote pro

f v. th. 14. in m. j. th. 15. & 48. & D. 34. th. 16. n. 2.

Th. XXIV.

Substitutus præfertur] Equidem omne quòd filius acquirit, patris, ob identitatem personæ, est; sed, utrum filius acquirere cogatur? dubium est, quia testator substituens, adeundi necessitatem remisisse cen-

pro quo præsumpta voluntas testatoris militat, præfertur. Vigl. *ad* §. *ult. Instit. de vulg. substit. n. 3.* Donel. *6. com. 24.* Arum. *exerc. Justin. 8. th. 10.* D. Struv.

censetur. vid. Fachin. *L. 4. c. 63.* Dissent. Frantzk. *Dec. 6. coroll. 1.* ubi Autor respondentis munere functus contrarium defendit. Nec obstat §. *f. I. de vulg. subst.* quia hoc ipso dum repudiat filius, contingit casus quem cogitabat Testator, si nec ipse fiat heres, nec patrem faciat heredem. vid. Disp. nostr. de silentio. *cap. 7. num. 6. & 17.* Nisi dixeris, Patri ex æquitate legitimam deberi.

Th. XXV.

Vulgaris substitutio per aditionem hereditatis η evanescit *l. 5. C. de impub. & al. substit.* & licèt fortè minor contra factam aditionem in integrum restituatur, tamen substitutio per aditionem semel exstincta non θ reviviscit *l. 5. C. d. t. l. ult. ff. de succes. edict. l. 7. §. 10. ff. de minor.* Duaren. *ad tit. ff. de vulg. & pupill. substit. cap. 10.* Govean. *2. var. lect. c. 13.* Bocer. *cl. 3. D. 6. th. 39.* Pluribus etiam heredibus institutis, substitutio simpliciter & indefinitè, aut conjunctim omnibus facta, unius saltem aditione finitur. Grass. *in* §. *substitutio. qu. 15.*

η *thes. 17. pr.*

θ *dissent. ib. qu. 4.*

Th. XXV.

Vulgaris evanescit] Hereditatem semel aditam majorennis repudiare nequit; quare testator de herede securus, tutò substitutum dimittit. Cùm econtrà Pupillaris per nudam sui heredis existentiam potius confirmetur. vid. Frantzk. *E. 6. q. 8.*

Non reviviscit] Ita quoque Vinnio *L. 1. sel. qu. 14.* videtur. Si tamen posita *thes. 22.* hîc principia admittamus, defendi contrarium cum Pac. *C. 10. qu. 55.* posset. vid. disp. nostr. de Resuscit: mort. *sect. 2. cap. 2. membr. 1. antithes. 11. & solut. 11.*

Th. XXVI.

Th. XXVI.

D. Struv.

Ut substitutio pupillaris valeat, liberos in potestate ι substituentis esse oportet *l. 2. ff. de vulg. & pupil. subst. pr. Inst. de pupil. substit.* utrôque, tam substitutionis quàm mortis κ tempore. Vigl. *ad d. pr. Inst. de pupil. substit. num.* 7. Covarr. *in c. Raynutius. de testam.* §. 5. *num.* 2. Unde mater λ liberis impuberibus institutis pupillariter substituere non potest, *arg.* §. 10. *Instit. de adopt.* pater vero omnibus, qui adhuc sunt in sacris, etiam (cùm exheredatio jus suitatis non exstinguat, *arg.* §. 2. *Inst. de qual. hered. arg. l. 6. pr. ff. de injust. rupt. irrit. l. 7. ff. und. lib.*) exheredatis μ rectè substituit. §. 4. *Inst. de pupil. substit.* usque ad pubertatem, quâ substitutio hæc finitur, ν ita ut ultra illud tempus nec in vim fideicommissi ξ valeat. §. *ult. Inst. eod. l. 7. ff. de vulg. & pup. subst.* Govean. *in d. l.* 7. Vigl. & Wesenbec. *ad d.* §. *ult. Inst. d. t.*

ι *D. 33. th. 23. pr. j. th. 24. pr.*
κ *ib. in m.*
j. thes. 31. n. 5.
λ *thes. 23. lin. 5.*
μ *v. D. 34. th. 20. in f.*
ν *D. 33. th. 30. pr.*
ξ *ib. lin. 5.*

Th. XXVI.

Ut valeat, oportet] impuberes etiam esse. Bronch. *C. 3. qu. 33.*

Unde mater] Ne quidem Jure novissimô. Carpz. *p. 3. C. 8. d. 16.* Tabulæ E. pupillares in *l. 33. pr. ff. de vulg. & pup. subst.* Subjectivè, non formaliter ita dicuntur: sicut aliàs militis testamentum non confestim est militare, Bronch. *C. 3. q. 35.* quàmvis Riem. *Dec. 6. q. 6.* existimet, perperam tamen, matrem adoptivam ibi in potestate habuisse.

Exheredatis] Suitatem enim non tollit exheredatio. Riemer. *Dec. 6. qu. 4.* Unde & Tutor iis dari potest. vid. *sup. D. 15. thes. 2.* In plerisque Belgii provinciis pupillari substitutione non utuntur, adeoque disputationibus his non indigent. Vinn. *L. 2. q. 24. in f.*

Ut ultra tempus] Nisi clausula codicillaris inserta. Carpz. *p. 3. C. 8. d. 19.*

Tit.

Tit. VII. de Conditionibus institutionum.

Th. XXVII.

Institutio heredis fieri potest D. Struv.
vel o purè vel sub conditione. §. 9. o D. 33. th.
Instit. de hered. instit. tit. ff. de Con- 41.
dit. Instit. Et extranei quidem sub
quavis π conditione institui pos- π ibid. th.
sunt: liberi verò & parentes sal- 45.
tem sub ρ potestativa, *l. 4. pr. &* ρ thes. 46.
§. fin. ff. de hered. instit. l. fin. ff. de ibid.
cond. instit. l. 4. C. de instit. & sub-
stit. quâ tamen legitima onerari σ σ ibid. th.
nequit. *l. 32. l. 36. C. de inoff. testam.* 47.
Utrum verò liberi in conditione
positi, in dispositione quoque po-
siti censeantur? à Dd. non leviter
controvertitur. Nos Negantibus
τ adstipulamur. *l. 8. ff. si quis* τ v. D. 31.
omis. caus. testam. l. 1. C. de pact. l. 16. th. 31.
ff. de vulg. & pupil. substit. Gomez.
1. var. resol. 3. num. 23. Gail. *2. O. 136.*
n. 18. Covarr. *in d. c. Raynut. §. 3. n.*
2. extr. de testam.

Th. XXVII.

Vel purè, vel] Non ad tempus. Bronch. C. *3. qu. 31.*

Extranei sub quavis] Etiam casuali, Carpz. *p. 3. C. 9. d. 18.*

Legitima onerari] An legitima ullum gravamen recipiat? vid. Vinn. *L. 1. sel. qu. 22.*

In conditione positi] cùm in factione testamenti res haut contemnenda, Jus familiæ versetur, quilibet ita disponere debebat, ut constaret, cui dari vellet, ut exitum voluntas ejus indubitatum sortiri posset. Præprimis verò proprio sanguini certô judiciô per propositionem dispositivam & sensum plenum habentem, prospicere æquum erat. Quare, qui filium jubet hereditatem à se acceptam, si sine liberis decedat, Titio restituere, neutiquàm dici potest, Nepotes suos ex eo dispositivè heredes suos fecisse, quòd per indirectum eorum meminerit; sed præteriisse; Eruntque ipsi heredes, sed ab intestato, vid. Aut. *infr.* D. 18. *th.* 5. Dn. Richter. *ad l. f. C. d. Edict. d. Hadr. toll. num.* 73. Sande. L. 4. T. 6. d. 5. Dissent. Fachin. *L. 4. c. 51.* Unger. *ad Tit. x. de Testam. num. 33.*

Tit. IIX. de Jure deliberandi.

Th. XXIIX.

Ne præcipiti aditione *v* heredes damnô adficiantur, vel jure Deliberandi, vel beneficiô Inventarii uti possunt §. *5. Inst. de hered. qual. l. fin. C. de jur. delib.* quorum posterius longè pinguius *φ* & tutissimum. Inventariô enim legitimè confectô heres ultra vires hereditarias non *χ* tenetur *d. l. fin.* §. *4. C. d. t.* §. *5. Inst. de hered. qual.* & beneficiô L. Falcidiæ uti potest, quod eo posthabitô *ψ* amittit *d. l. fin.* §. 11. *C. de jur. delib. Nov. 1. c. pen.*

D. Struv. *v D. 33. th. 52.* — *φ ibid. th. 54.* — *χ thes. 57. in m.* — *ψ ib. & D. 36. th. 6. n. 3.*

Th. XXIIX.

Ne damnô adficiantur] An E. semel aditam repudiare non licet? v. Dn. Struv. *S. C. Ex. 34. th. 33.*

Posthabitô amittit] Sed quid si talis heres sit simul filius aut Pater, An & is Legitimam perdet? vid. Riemer. *Dec. 6. qu. 7.* add. Aut. *infr. Disp. 17. thes. 29.*

Lib. XXIX. Tit. I. de Testamento militis.

Th. XXIX.

Militare Testamentum est, in quo milites in expeditione constituti *pr. &* §. 3. *Inst. de milit. testam. l. pen. C. eod.* de rebus suis citra omnem solennitatem, *ω* quô volunt & possunt modô, disponunt *d. pr. Instit. l. 1. ff. d. t.* modò voluntas eorum vel per scripturam aliquam, vel si eam nuncupaverint, per duos testes *a* neutiquàm rogatos *b* probari possit. §. 1. *Instit. L. 24. l. 40. pr. ff. d. t.* quô privilegiô

ω D. 34. th. 2. — *a ib. th. 3.* — *b conf. ib. th. 58. n. 2.*

Th. XXIX.

In expeditione] Quod dicuntur, non solùm cùm sunt in acie & in hostico loco, verùm etiam cùm sunt in castris. Hinc cùm Rinicus Syrzma, Optio quispiam sive Vicarius Capitanei cujusdam in castris Ordinum Generalium, positis ad Trajectum Mosæ, post ejus urbis deditionem & hostium di-

giô etiam hodierni milites *c* (observató tamen locorum, in quibus sunt, discrimine juxta *d. constit. Maximil. I. d. rubr. & §.*) gaudent. Vigl. *ad pr. Inst. d. t. n.* 11. Schneidvv. *ibid. n.* 8. Bocer. *tr. de bell. & duel. l.* 1. *c.* 28. Alia etiam plura militum circa testamenta sunt privilegia, *d* quæ hôc locô referre non licet.

D. Struv. *c ib. th.* 4. *inf.*
d ib. th. 7.

discessum, d. 4. Oct. 1532. in tabernaculo commilitonis coram quatuor testibus casu ibidem inventis, nec convocatis nec rogatis testatus esset, jure militari valere Senatûs Frisicus censuit; non attentis hostium discessu & non factæ convocationis. Sande. *L.* 4. *T.* 1. *d.* 15.

Alia plura] v. g. quòd testentur utcunque filii familiarum sint. *th.* 4. *b.* Quòd testamenta eorum non subjaceant detractioni Falcidiæ. *infr. D.* 17. *th.* 28.

Tit. II. de acquirenda vel omittenda hereditate.

Th. XXX.

Aditio hereditatis & ipso factô seu gestione pro *e* herede §. 7. *Inst. de hered. qual. & differ. l.* 20. *ff. de acquir. vel omit. hered.* & nudâ voluntate *f* verbis quibuscunque declaratâ §. *fin. Instit. de her. qual.* fieri potest. Donel. 7. *com.* 8. Et per hanc aditionem dominium quidem, non tamen possessio, *g* nisi apprehendatur, in heredem transfertur, quod etiam de suo herede tam post, quàm ante immixtionem est intelligendum *l.* 23. *ff. de*

e j. th. 11. & 28.
f ib. th. 27.
g th. 30. *ib.* & *D.* 41. *thes.* 17. *j. D.* 35. *th.* 19.

Th. XXX.

Non tamen possessio] Ratio differentiæ est, quia Dominium est juris, adeoque admittit fictionem & supplementum juris. Possessio verò in acquirendo plus facti habet, & in natura vult impleri. Præprimis quia morte defuncti extincta jam non ens est, & nulla prædicata admittit, v. *th.* 1. *b.* & D. 20. *th.* 26. Nova ergò crean-

D. Struv. *de acquir. possess. l. 30. §. 5. ff. eod.* Busius 5. *subtil.* 15. Gail. 2. *O.* 129. Riem. *dec.* 5. *ill. quaest.* 4.

creanda est. Limit. *vid.* D. 20. *th.* 20.

Tit. IV. Si quis omissâ causâ testamenti &c.

Th. XXXI.

Filius à paterna hereditate, servatâ sibi legitimâ, *h* abstinere non potest *l.* 1. *&* 2. *ff. de acquir. hered.* Grass. §. *omissio. q.* 10. *n.* 7. Bach. *ad Trl. v.* 1. *D.* 13. *th.* 16. *lit. A.* Idem, repudiatâ paternâ hereditate, ab Emphyteusi Bachov. *vol.* 2. *Trl. D.* 12. *th.* 4. *lit. A.* Imò etiam *i* à feudo 2. *F.* 45. *&* 51. §. *filius.* excluditur. Covarr. 2. *resol.* 18. *num.* 4. Vult. *lib.* 1. *de feud. c.* 9. *n.* 114. Lindeman. *in synopsi Juris feudal. D.* 2. *c.* 5. *th.* 9. Nepos verò, repudiatâ paternâ, ad avi hereditatem de jure Praetorio admittitur *l. fin. & ibi* Giphan. *C. unde lib.*

h D. 34. th. 36. circa f.

i S.F. cap. IX. aph. 12. n. 8.

Th. XXXI.

Servatâ legitimâ] Tenentur quidem parentes liberis certam portionem, Legitimam dictam, relinquere, quam nec ullo onere gravare permittuntur, *th.* 27. *b.* Sed haec omnia, si de coetero aliquid bonorum relinquant, deque iis testari velint. Ut verò absolutè ab omni aere alieno abstineant, haut coguntur; sicut & liberis legitimam suam, non nisi de eo quod aere alienô deductô superferit, delibare licitum. Hinc frustra foret, qui ab hereditate debitis exhausta velit abstinere, & debitam tamen portionem praecipuam servare sibi; quasi quantitatem ejus usquàm sit inventurus, praeter bona post debitorum exsolutionem residua: (Est enim legitima solô modô pars bonorum, vid. D. 17. *th.* 27. *in f.* Vinn. *L.* 1. *sel. qu.* 22.) & si per naturam id liceret, boni tamen mores non paterentur, famam parentum post fata sic polluere. Frustra insuper diversum sentientes metuunt, ne legitimam liberi accipiant sine onere. Dum enim ne legatis & fideicommissis aut conditione gravaverint

rint legitimam parentes, satis est; si de cœtero nomina reliquerunt, patrimonium mage quàm hereditatem exhausisse dicendi. conf. Bronch. *C. 3. qu. 36.* Dissent. Riem. *Dec. VI. qu. 8.*

A feudo] vid. Constit. El. Sax. 47. *part. 2.* ibique Carpz. add. Autor *infr. D. 17. th. 12.*

Lib. VI. Cod. Tit. XXXI. de Repud. vel abstin. hereditate.

Th. XXXII.

Effectus aditionis & immixtionis (modò contra heredem negantem ab asserente fuerit *k* probata *l. 12. ff. de acquir. hered. l. 1. C. si minor. ab hered. se abstin.* Gomez. 1. *resol. 9. num. 25.* Gail. *2. O. 128.*) est, quòd hereditas adita vel per immixtionem acquisita ampliùs repudiari *l* non possit *l. 4. C. de repud. hered.* & quòd in heredem omne commodum *m* & incommodum hereditatis transeat. *l. 24. l. 119. ff. de V. S. l. 8. ff. de acquir. hered. l. 1. 2. 3. ff. de bon. possess.* Cæterùm juri adeundi longissimò tempore 30. scil. annis *n* præscribitur *l. 3. C. de præscript. 30. vel. 40. ann. l. 1. §. 1. C. de annal. except.* Gomez. 1. *resol. 9. num. 26.* Coras. *6. misc.* 21. Myns. 2. *O. 71.*

D. Struv.
k S. C. D. 34. th. 22.
l ib. th. 33.
m th. 30. ibid.
n thes. 29. ib. & D. 33. th. 52. & D. 10. th. 68.

Th. XXXII.

Repudiari] vid. not. *ad th. 28. b.*

In heredem transeat] Inde est, quòd & debita defuncti exsolvere teneatur. Bronch. *C. 2. misc. qu. 26.* Utrum verò & non adita hereditas ad heredes transmittatur? Id. *ib. qu. 23.* Riemer. *Dec. 6. qu. 9.* Frantzk. *Ex. 6. qu. 10.*

Præscribitur] Quæcunque enim solò animò non continentur & in mera facultate consistunt, sed ab aliis quoque invadi, occupari, detineri possunt, ea præscriptione quoque hinc acquiri, isthinc amitti possunt. Atqui, aditio hereditatis ita se habet. E. Neque negatur hoc in *l. 8. C. de jur. delib.* quippe quæ de longo tempore loquitur. Nec contrarium in *l. 63. ad L. Falc.* habetur, quasi mera facultas sit. vid. Bronch. *2. misc. 24.*

Tit.

Tit. VII. de Jure Codicillorum.

Th. XXXIII.

D.Struv. o D.34.th. 56. In Codicillis, quos ille demum, *o* cui testari licet, facere potest *l. 6.* §. *3. l. 8.* §. 2. *ff. de Codicil.* Grass. §. *Codicillus. q.* I. *num.* 3. nulla ordinationis solennitas *p* requiritur §. *ult. Inst. de Codicill.* licèt ad probationem 5. testes, *q* eorumque si in scriptis fiat, subnotationem *r* adhiberi sit necesse *l. ult. in fin. C. eod.*

p ib. th. 58. q thes. 57. pr. r thes. 58. n. 4.

Th. XXXIII.

Nulla ordinationis] benè! sed tamen probationis: sive, *1.* quidquid ad solennitatem eorum requiritur, non tam fit ad eos legitimandos in statu juris, quàm verificandos in quæstione facti. v. Bronch. *C. 1. misc.* *to. qu. 27.* Hinc & quando dubitatur, utrum aliqua ultima voluntas sit testamentum an Codicilli? pro posterioribus pronunciatur, teste Sandejò *L. 4. 15. T. 1. d. 12.*



DI.

DISPUTATIO XVII.
ad Lib. XXX. & V. seqq. Pandectarum.

Respondente
CAROLO Emerich/ Gotlic. Lusat.

Lib. 30. 31. & 32. de Legatis & fidei-commissis.

Th. I.

TEstamenti, de quo priori disput. actum, α Accessoria sunt Legata & Fideicommissa. Legatum est β donatio quadā γ à defuncto (verbis scil. directis) relicta, ab herede præstanda §. 2. *Instit. de legat.* Fideicommissum est, quod verbis precariis alicui relinquitur §. *fin. Instit. de sing. reb. per fideic. relict. l. 118. de leg.* 1. Ulp. *in fragm. tit.* 25. Hoc est vel Universale, δ quô tota hereditas aut pars quædam ejus, vel Particulare seu ε singulare, quô res singulæ relinquuntur §. 1. *Inst. de fideicom. hered.* Posteriori fideicommisso Legatum à Justiniano ζ per omnia est exæquatum *l. 1. ff. de legat.* 1. §. 3. *Inst. d. t. l. 2. C. commun. de legat.* Gomez. 1. *resol.* 12. *n.* 1. Donel. 8. *com.* 2.

D.Struv. α *v.D.32. th.4.seqq.* β *D.31. th.2.* γ *conf.D.40.th.22.* δ *v.D.36. th.13.* ε *Disp.31. th.25.* ζ *ib.th.26.*

Th. I.

A*Ccessoria sunt*] de hac Qu. vid. Fachin. *L. 13. c.* 73.

Ab herede præstanda] Delenda hæc verba, tanquam ab imperito sciolo assuta, censent Hotom. Baro, Duarenus, Contius, Bronch. *C. 3. qu.* 50. sed temerè! vide hæc & alia huc pertinentia apud Gerhard. *Dec. 9. qu. 1.* sive *Ex.V. qu.* 11.

A Justiniano] Nec obstat quòd Ulpianus in *l. 1. ff. de leg.* 1. id suis temporibus tribuat; quum loquatur de interdicto Quod legatorum, cujus interpretationem in laudatò *lib. 67. ad Edictum* tractabat, ut apparet ex *l. 1. ff. Quod leg.* plu-

plures verò differentias agnovit ipse in suis *fragm. tit. 24.* quas postmodùm Justinianus sustulit. v. Vinn. *Comm. ad §. 3. n. 1. J. de Legat.* Lindeman. *th. 8. ad dict. tit.* Pac. C. 6. *qu. 2.* Fachin. *L. 5. c. 30.*

Th. II.

D.Struv.

Qui jus habet testandi, idem & η legare potest *l. 2. ff. de legat.* 1. *l.* 1. *pr. ff. eod.* 3. & quidem à quovis, θ ad quem aliquid morte ejus est perventurum *l. 1. §. 6. l. 6. §. ult. ff. de legat. 3.* Grass. §. *Legatum. q. 13.* Donel. *8. com. 7. & seq.* cuicunque ι cum quo est testamenti factio §. 24. *Inst. d. t.* non tamen Miles focariæ suæ *l. 41. §. 1. ubi* glos. Br. & al. *ff. de testam. mil.* nec Clericus suæ concubinæ. Bart. *d. l. & in l. 5. ff. de donat.* Bocer. *cl. 3. D. 8. th.* 15.

η *D. 35. th. 4. pr.*
θ *ib. th. 6.*
ι *d. th. 4. per tot.*

Th. II.

A quovis] passivè hæc exaudienda, quemnam testator legatô præstandô gravare possit; non activè, quis legare possit; hoc enim jam adfuit. Ita Julianus in *l. 104. pr. ff. de leg. 1.* & Marcellus in *l. 6. pr. ff. de Aur. & arg. leg.* loqui amant.

Miles focariæ] Ita enim Antoninus Imperator 12. Kal. Mart. ipsô quartùm & Balbinô Coss. A. C. 214. Marco militi rescripsit in *l. 2. C. de Don. int. vir. & ux.* add. Gotofr. *ad l. 5. ff. de Donat. lit.* P. Everhard. *loc. 56. à milite armatæ militiæ ad mil. cœlest. n 9. & 10.*

Th. III.

Legari porrò queunt res κ omnes, quæcunque sunt in λ commercio §. 4. *Inst. de legat. l. 39. §. fin. de leg. 1.* corporales & μ incorporales §. 21. *Inst. d. t. l. 41. pr. ff. eod. 3.* præsentes ν & futuræ §. 7. *Inst. d. t. l. 24. pr. ff. eod.* 1. *l.* 17. *eod.* 3. nec solùm ξ testatoris aut heredis ο propria §. 4. *Inst. d. t. l. 67. §. 8. ff. eod.*

κ *ib. th. 9.*
λ *th. 9. pr.*
μ *th. 15.*
ν *th. 8.*
ξ *j. th. 10. & 14. pr.*
ο *ib. lin. 7.*

Th. III.

In commercio] allegatam ab Autore *l. 41. pr. de leg. 1.* explicat Bronch. *C. 3. qu. 46.* ubi plura. add. etiam *qu. 51.* ubi de rebus Hostium. vid. Gerhard. *Ex. 5. qu. 12.* sive *Decad. 10. qu. 2.*

Aliena] Nec obst. *l. 20. C. de legat.* quia testa-

eod. 2. sed & aliena *d. §. 4. Inst. d. t.* D.Struv.
l. 10. C. eod. (etiam de jure Canon. π Covarr. *in c. filium. n. 5. ext. de testam.* Grass. *d. §. q. 14. in fin.*) aut alii obligata ϱ *§. 5. Inst. d. t. l. 57. ff. eod. 1. l. 15. ff. de dot. praleg.* modò testator sciverit σ rem esse alienam aut obligatam. *d. §. 4. & 5. Inst. d. t. arg. l. 15. ff. de jurisd. & l. 67. §. 8. ff. de legat. 2.*

π *ib. paulò post.*
ϱ *ib. pag. seq.*
σ *ead. th. post. pr.*

testator res illas non pro alienis, sed propriis habuit. vid. Riem. *Dec. 7. qu. 1. pr.*

Jure Canon.] videtur Pontifex ex concessis cum illo Episcopo disputare, hôc sensu: positô, leges seculi rerum alienarum legatum permittere, non tamen rei ecclesiasticæ detentionem hoc palliô velare deceret Episcopum. vid. Fachin. *L. 5. c. 38.* it. Brandmyll. *ad verb. Legatum. p. m. 189.* aliter Mœstert. *Lib. 1. cap. 14. edit. Lugd. 1634. in 12o.*

Modò sciverit] vid. infr. *th. 19. b.*

Th. IV.

Res verò legatarii tempore conditi testamenti propria τ eidem legari non potest. *§. 10. Inst. d. t. l. 41. §. 2. ff. eod. 1. l. 66. §. 6. eod. 2. l. 1. ff. de reg. Caton.* nisi sub conditione, υ si vivô testatore legatarius eam alienaverit *l. 1. in fin. ff. de R. Caton.* Gl. Wesemb. Mynsing. *ad d. §. 10. Inst. d. t.* Don. *8. com. 13.* Pac. *6. q. 7.* Quòd si res aliena post testamentum legatarii facta sit, distinguendum φ juxta *§. 6. Inst. de Legat.* sed hoc ita, si certa species χ sit legata; si verò quantitas ψ eadem eidem duorum testamentis sit relicta, utraque ex utriusque testamen-

τ *thes. 10. pr.*
υ *ib. lin. 4.*
φ *ib. in m.*
χ *th. 11. pr.*
ψ *ib. in m.*

Th. IV.

Legatarii facta] Eum, qui rem sibi sub conditione legatam, vel per fideicommissum relictam, pendente conditione ab herede emit & pretium solvit, posteà existente conditione pretium repetere posse, decisum refert Sande. *L. 4. T. 4. d. 12.*

Species, Quantitas] de differentia inter corpus & quantitatem legatam, vid. Cujac. *L. 14. obs. 19.*

In eodem] Sic non obst. *l. 47. de leg. 2.* ubi

D. STRUV. mento peti potest *l. 34. §. 3. ff. de legat.* 1. imò & in eodem testamento sæpius relicta toties etiam est præstanda, nisi aliud testator voluerit *d. l.* 34. *§. 3. l. 14. §. 1. ff. d. t.* Bach. ad Trl. *vol.* 2. *D. 13. th. 5. lit. t.* Arum. *exer. 9. th. 7.*

ubi cùm testator unum testamentum duabus tabulis descriptum reliquisset, & in una 100. in altera 50. reliquisset, nec utramque nec majorẽ, sed solam minorẽ valere summam deciditur. vid. Bronch. *C. 3. qu. 47.* add. Id. *2. misc. qu. 32.* ubi allegatam Autori *L. 14. §. 1. ff. de leg. 1.* declarat.

Th. V.

Non solùm res quædam particularis *ω* aut quantitas, sed & Bona simpliciter legari possunt; sub quo legato etiam Nomina, *a* jura & actiones arg. *l. 49. ff. de V. S.* Grass. *d. §. q. 19.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 4. n. 13.* continentur, nec ab eo Venalia *b* excluduntur. Grass. *d. §. qu. 20.* Pinel. *ad rubr. C. de bon. mater. p. 1. num. 36.* Quòd si verò quis mobilia (sub quibus regulariter etiam pecunia comprehenditur *l. 79. §. 1. l. 44. ff. de legat. 3.*) aut immobilia, vel utraque conjunctim legaverit, eo casu nomina & actiones non *c* veniunt, utpote quæ tertiam bonorum speciem constituunt *l. 7. §. 4. ff. de pecul.* vid. *Disp. 1. th. 33.* Peregrin. *tr. de fideicom. art. 5. n. 43.* Ant. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 6. def. 14.*

ω thes. 13. lin. 3.

a conf. th. 13. in m. j. th. 36. in f. D. 40. th. 9. in m.

b D. 35. th. 36. in m. j. th. 13. q. 1.

c v. D. 26. th. 20. p. 14. pr. j. D. 3. th. 86.

Th. V.

Sed & bona] An E. legatum est titulus universalis? Hoc vult Autor, legari posse universitatem, sed non titulò universali: dist. E. inter objectum & modum.

Nec ab eo venalia] Distinguunt Dd. utrum simpliciter omnia bona legata sint; & venalia neutiquàm excludantur. An verò certus locus adjectus, v. g. quæ domi habeo; & non debeantur. Imò si alia non habeat domi præterquàm venalia; vel soleat quidem vendere, non tamen quòd venalitiariam exerceat, sed quòd fructibus illis abundet & tan-

tanquàm bonus œconomus, non ut mercator id faciat, omninò debeantur. v. Menoch. *L. 4. præsumt.* 137. Fachin. *L. 5. c. 67.*

Nomina & actiones] Tertiam enim constituunt speciem, vid. sup. D. *1. th. 33.* conf. etiam. *D. 12. th. 4. inf.* nec non infr. *D. 19. th. 26.* Legatum itaque bonorum mobilium & immobilium Annuos reditûs, ne quidem redimibiles, non continere decisum apud Sandej. *L. 4. T. 4. d. 6.* reperitur.

Lib. XXXIII. Tit. I. de Annuis legatis & fideicommissis.

Th. VI.

Conditionale] Atqui unum est legatum, in aliquot pensiones distributum, *l. 26. §. 2. ff. Quand. dies leg.* sufficiet ergò primô annô vixisse, & statim cœterorum annorum pensiones ad heredes transmittentur. R. Ita erit, si Testator voluerit. Cœteroquin tot legata distincta sunt, quot anni recurrent; nec debebitur illius anni legatum, quô non vixit. vid. infr. *th. 16. b.* Attigisse autem sufficit. uti decisum scribit Sande. *L. 4. T. 4. d. 8.* conf. Pac. *C. 6. qu. 58.*

In universum] Benè tamen per partes. Quia enim quotannis novum

Th. VI.

Legatum annuum relictum, ratione primi anni purum, *d* sequentium verò conditionale est, si vixerit legatarius *l. 4. ff. de ann. legat.* illudque cedit primô quovis die *e* sequentium annorum, adeò ut legatarius statim post annum ceptum decedens jus petendi ad heredem transmittat. *l. 8. ff. eod.* Franc. de Bar. *tr. de succ. L. 9. t. 25. num. 7.* Civitati aut Universitati *f* vel Ecclesiæ locisque sacris annuum relictum *l. 6. l. 20. §. 1. l. pen. ff. d. t.* item si nominatim heredibus *g* quoque legatarii testator id præstari voluit, *l. 22. C. de legat.* purum est & perpetuum. Donel. *ad l. 16. §. 1. de V. O.* Covar. 3. *resol. 9. num. 10.* Gomez. 2. *resol. 15. n. 20.* Cæterùm præstationi hujus legati in universum ne longissimô quidem tempore

d D. Struv. *Diss. 35. th. 29. j. th. 100. lin. 7.*

e *conf. ib. th. 30. &* *D. 12. thes. 32. inf. j.* D. 36. *th. 49.*

f *D. 35. th. 29. in f. add. th. 4. in m.*

g *conf. th. 31.*

D.Struv. h leg. D. 43. th. 9. 20. 22. & sim.

pore *h* præscribitur *l.7.* §. *ult.* & ibi glos. & Azo *in sum. n. 6. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Gomez. 2. *resol.* 11. *n.* 45. Gail. 2. *obs.* 73. *n.* 1.

vum renascitur legatum, novum quoque jus petendi exoritur, cui hactenus præscribi nondum potuit, cùm nec natum fuerit: Nihil enim mori antè potest quàm vixerit. Reliquis tamen legatis quæ 30. annis sunt antiquiora, præscribi utique potest. Accidit ergò, ut in singulos annos unum deberi desinat, aliud incipiat. de cœtero vid. sup. *D. 11. th. 10. D. 12. th. 28. inf. D. 16. th. 31. in f.*

Tit. II. de Usu & Usufructu & Reditu & Habitatione & Operis per leg. vel fideic. datis.

Th. VII.

Legatum fructuum & Ususfructûs *i* differunt. *l. 38. ff. de Usu & Usufruct. leg. l. 58.* §. 1. *ff. de Usufr.* Posterius si sit omnium defuncti bonorum, omnes etiam & singulos eorum, tam præsentium quàm posteà acquisitorum fructûs, reditûs & proventûs comprehendit *l. 7. l. 34.* §. *fin. ff. d. t.* Mant. *d. lib. 9. tit. 4. n. 2.* Si uxori relictus sit, institutis heredibus liberis, legitimâ priùs deductâ, ad alimenta restringitur, nisi testator aliud voluerit. Vid. Menoch. *lib. 4. præsum. 139.* Graff. *d.* §. *q. 24.* Gail. 2. *obs. 144. n. 1. & 2.* institutis verò extraneis, qui non sunt inter liberos, verus Ususfructus debetur. Gail. *d. l.* Mantic. *d. lib.*

i D.35. th. 34. seqq.

Th. VII.

Ad alimenta] Apparet primâ facie, quasi cum Fachin. *L. 5. c. 47.* ob *Nov. 18. c. 3.* quæ sedes est hujus quæstionis, ab Autore sit recedendum: quia Imp. ibi hoc tantùm constituit, Ne Testator uxori plurium bonorum usumfr. relinquere debeat, quàm quæ sunt ultra liberorum legitimam; Non verò illud, Quòd liberis præter legitimam etiam aliquid de reliquis bonis debeatur, ita ut sola alimenta uxori sint salva: Sed distinguen-

guenda est quæstio voluntatis à quæst. juris. Nam Menoch. *alleg. ab Autore loc.* testatur, totam hanc quæstionem esse conjecturalem. Hoc tamen negandum non est, Non valere legatum ususfructûs omnium bonorum, ad privandũ liberos legitimâ. Carpz. *p. 3. C. 12. d. 7.*

lib. tit. 7. num. 33. Sed huic legato D. Struv. Ususfructûs omnium bonorum illud incommodi adhæret, quòd ex illo tributa & collectas, *k* sine spe recipiendi, Legatarius solvere tenetur. *l. 27. §. 3. ff. de Usufr. l. 28. ff. de Usufr. leg. l. 39. §. 1. ff. de leg. 1.* Grass. *d. §. q. 37.* Klock. *de contribut. c. 11. n. 124.*

k jung. D. 11. thes. 68. D. 12. th. 24. D. 35. th. 13. post pr. D. 50. th. 91.

Collectas & tributa] Quia scil. re alienâ gratis utitur. vid. *sup. D. 6. th. 9.* secus in Conductore. vid. sup. *D. 11. th. 28.* An verò ad æs alienum solvendum teneatur? Bronch. *C. 1. qu. misc. 49.*

Tit. IV. de Dote prælegata.

Th. IIX.

Legatum uxori] Cur E. dos, quæ etiam liberis debetur, iisdem in legitimam imputatur, *l. 29. C. de Inoff. test.* Adeone Mulieri plus quàm liberis tribuimus? *An* distinguimus inter debitum onerosô vel lucrativô titulô constitutum; sive, voluntarium & necessarium. *An* ibi non sunt duo debita, quorum unũ cum altero compensetur, sed unum debitum in duas pensiones

Th. IIX.

Si Maritus uxori dotem legaverit, legatum illud, quia plenius *l* est, quàm de dote actio, valet, *§. 15. Inst. de legat. t. t. ff. de dot. præleg.* Quin & si nullam dotem maritus acceperit, tamen *m* legatum certæ rei aut quantitatis, dotis nomine relictum, uxori superstiti ab herede est præstandum *l. 6. ff. d. t. d. §. 15. Inst. de legat.* Legatum autem uxori simpliciter relictum, cum dote non compensatur; sicut nec aliàs regulariter legatum compensandi animô creditori relictum *n* censetur *l. 1. §. 3. vers. sciendum C. de rei uxor.*

l D. 35. th. 43. j. th. 12. in m.

m ib. th. 45.

n d. th. 12. post med.

D. Struv. *uxor. act.* Gomez. *1. resol. 12. num.* 27. Graff. *d.* §. *quæst.* 16. & 42. Mantic. *d. tr. lib. 10. tit. 2.*

nes distributum, quarum unam vivus pater solvit, alteram post mortem relinquit, titulô legitimæ? *Videtur* esse quæstio voluntatis. Si enim pater enixè voluit unius conditionem facere meliorem, utique debebitur. Istud notetur, portionem statutariam viduæ debitam utique cum legato compensari; sive, legatum imputari lucro quod conjugi superstiti ex statuto defertur; & conferre viduam legata, aliaque in testamento sibi à marito relicta, neque hæc unà cum portione statutaria retinere posse. Carpz. *p. 3. C. 20. d. 29.*

Compensandi animô] Regula ergò facienda: Qui legat, non tam compensat, quàm noviter donat. Scil. quia legatum est donatio. Ita decisum teste Carpz. *p. 3. C. 13. d. 29.* Exceptio: Nisi appareat, voluisse testatorem pristino debito solùm novum superaddere titulum. v. Cujac. *L 3. Obs. 16.* Menoch. *L. 4. præsumpt. 109.* Fachin. *L. 5. c. 33.* Dn. Richt. *tr. de succ. ab int. p. m. 376. n. 19 seq.*

Tit. VII. de Instructo vel instrumento legato.

Th. IX.

Domo simpliciter legatâ, suppellex vel instrumentum domûs *o* non censetur legatum *l. ult. ff. de suppell. leg.* nisi prout instructa est, legata sit. *l. 12.* §. 27. & *43. ff. de instruct. vel instrum. leg.* Ita & fundus simpliciter legatus instrumenta *p* fundi, prӕterquàm quæ infixa *q* & inædificata sunt, non continet *l. 21.*

o conf. th. 13. inf. & th. 36. in m.

p de quib. th. 55.

q thes. 56. inf.

Th. IX.

Domô legatâ] Hortum contiguum eoque pertinentem simul contineri, JCtos Jenenses respondisse Dn. Richt. *Decis. 37. n. 24.* testatur. De ædibus contiguis, variantia extant responsa apud Berlich. *Decis. 191.* Sed videtur itidem inspiciendum, utrum ad principalem pertineant, an separatæ sint.

Prout instructa] Domo legatâ cum omnibus quæ in ea reperiuntur, censentur saltem legata, quæ ad perpetuum domûs

mûs usum sunt destinata. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 28.* An statuæ affixæ dici debeant portio domûs? Pac. *C. 6. qu. 36.*

Ut instructus] Fundô instructô, sive, cum omnibus pertinentiis legatô, legata etiam censentur mancipia & instrumenta fundi, supellex, nec non cibaria & alimenta ad alenda pecora & ministros necessaria: Non tamen frumentum venale in eo reconditum. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 22. seq.* Idem, si venditum sit prædium. Id. *L. 5. Rx. 26.*

l. 21. ff. d. t. d. l. ult. ff. de suppell. legat. secus si cum instrumento, *r* tunc enim ea, quæ ad culturam fundi pertinent, insimul accedunt *l. 8. ff. de instruct. leg.* quòd si verò ut instructus *s* legetur, hoc legatum longè est uberius. *l. 12. §. 17. ff. eod.*

D. Strub.

r d. th. 55. lin. 3.

s th. 54. & 57.

Lib. XXXIV. Tit. I. de alimentis vel cibariis legatis.

Th. X.

Non continentur] Quid itaque dicendum ad *l. 6. §. 5. ff. de Carbon. Edict. l. 4. ff. ubi pup. educ. l. 2. C. de alim. pup. præst?* Istud nim. quòd eo ipso, dum ubique expressè adnecti oportuit, appareat, vi vocis comprehensa non fuisse, sed aut Prætoris edictô, ut in *d. l. 6.* aut Magistratûs officiô, ut *d. l. 4. & 2.* vid. Pac. *C. 8. enant. 74.* Fluit inde cautela pro his quibus impensæ studiorum imputantur, deducenda sc. inde esse alimenta; ut tantò minores remaneant.

Non

Th. X.

Alimenta *t* (quibus impensæ studiorum non continentur. *l. 6. ff. de alim. legat.*) sine certa quantitate *u* legata, juxta consuetudinem testatoris, quæ non ex uno actu sed pluribus *x* colligi debet, & ex aliis circumstantiis sunt determinanda. *l. pen. pr. ff. de alim. leg. l. 15. §. ult. de legat. 1.* Si testator ex certo fundo alimenta reliquerit, alimentarius in eo habet hypothe-

t v. D. 30. th. 77. D. 35. th. 66. seqq.

u ib. thes. 68.

x x. D. 2. th. 20. pr.

D.Struv. pothecam, *y* quàmvis à testatore expressè non fuerit obligatus *l. 2.* §. *ult.* ubi gl. & Dd. *ff. de alim. leg.*

y conf. D. 26. *th.* 14. *q. 9. pr.*

Non ex uno] actu] Ea enim est natura consvetudinis, vid. *sup.* D. 1. *th.* 23. Unde & in D. 9. *th.* 23. *inf.* probabilem modum *s.* explicavimus, quem Pater frequentius observare solebat.

Habet hypothecam] vid. sup. *D.* 11. *th.* 8.

Tit. III. de Liberatione legata.

Th. XI.

Legatâ, quàmvis generaliter, liberatione, debita saltem veniunt personalia: *z* quae verò actione reali debentur, eò non sunt referenda *l. 20. inf. l. 28.* §. 4. *ff. de liber. leg. l. 18.* §. 1. *ff. de acceptil.* Grass. *d. q.* 40. Gomez. *d. c. 12. num.* 82. Variis hoc genus legati relinquitur modis, inter quos etiam est, si chirographum *a* vel instrumentum debitori sit legatum *l.* 3. §. 1. *ff. de liber. leg.* Pignore verò *β* legatô, *β* debitum remissum, seu liberatio legata non censetur. *l.* 1. §. 1. *ff. d. t.* Mantic. *d. tr. lib. 9. tit.* 8. *n. 5.* Bach. *in comm. ad tit. ff. de pact. pag.* 610.

z D. 35. *th.* 77.
a ib. th. 71. D. 6. *th.* 34. *n.* 1.
β D. 35. *th.* 19.

Th. XI.

Liberatione] haec praesupponit obligationem; ex qua non alia nisi personalis profluit actio. Dubium facit *l. f.* §. 2. *h. n. t.* ubi dicitur, Nihil impedire, quò minus pecunia pupillae vel adultae penes tutorem vel curatorem existens eidem legata videatur. *Aliqui* particulam Non temere deletam volunt. *Alii dist.* quòd *d. l. f.* loquatur de pecunia, quae tanquàm residua ex rationibus & actione tutelae personali debetur; & haec utique remissa censeatur. Sed allegata Autori *l. 28.* §. 4. loquatur de ipsa pecunia pupilli apud tutorem in corpore extantem: quae tanquam individuum, corpus aut species vindicari queat.

Si chirographum] vid. sup. *D. 2. th.* 24. Quia enim cautio est fundamentum petendi, jure suô se exuit, qui istud debitori cessit.

Pigno-

Pignore verò] Nam ab eo Creditum non dependet; adeò ut amissô quantumvis pignore, creditum adhuc exigi possit. *v. D. 12. th. 28.*

Th. XII.

Etsi quidem de feudo, præsertim quod ex pacto & γ providentia dicitur, nulla valeat dispositio testamentaria 1. *F. 8.* adcò ut nec ad pias causas vel Ecclesiæ vasallus rem feudalem relinquere possit 2. *F. 9.* §. *donare.* si tamen cum enixa voluntate cuiquam feudum fuerit legatum, nec accedat consensus eorum, quorum interest, ut ipsum præstari possit, æstimatio saltem illius à successoribus venit præstanda Cothman. *vol. 2. resp. 65. num. 84.* Bach. & Hunn. ad Treutl. *vol. 2. D. 13. th. 5. lit. C.* Riem. *illust. 7. q. 1.* Emphyteusin δ verò legari posse nullum fermè est dubium *l. 71.* §. *ult. ff. de leg. 1. l. 219. ubi* Gœdd. *ff. de V. S.* Donel. *9. com. 14.*

D. Struv. γ S F. cap. 11. aph. 12. n. 9.

δ S. C. D. XI. 62. & 69.

Th. XII.

Æstimatio] Autoris hanc opinionem explicavimus cum eod. *diss. feud. 6. th. 6. pag. 224.* facitque pro eo Riemerus *Dec. 7. qu. 1. in m.* Sed dissentiunt præter ibi allegatos Bronch. *C. 3. qu. 46. circa f.* Carpzov. *L. 6. Resp. 15. n. 6.*

Emphyteusin] Tum quia procedit argumentum à feudo ad emphyteusin & vice versâ, vid. Everh. *loc. top. à feudo ad emph. n. 9.* tum, quia si vel maximè legatum feudi ne quoad æstimationem quidem toleraretur, longè liberior tamen emphyteuseos quàm feudi tractatio est.

Th. XIII.

Hactenus de Rebus, quæ legari possunt, jam paucis, posthabitâ paululùm titulorum serie, de Modo legandi. Relinqui possunt Legata verbis quibuscunque, sive in ε testamento sive alia quavis ultima ζ volun-

ε D. 35. th. 17. lin. 2.

ζ ib. lin. 4. seqq.

Th. XIII.

Sive alia quavis] Atqui legata & fideicommissa in testamento minus solenni relicta ne quidem naturaliter debentur, ex opinione Bronch. *C. 2. misc. qu. 30.* Resp.

D. Struv. q th. 26. ib. voluntate, non secus ac *η* fideicommissa, quibus exæquata *l. 2. C. commun. de legat. l. 15. C. de testam.* Schneidevv. *ad* §. 2. *Inst. de Legat.* *θ* d. th. 17. *n. 3.* modò per 5. testes *θ* probari p. 328. pr. possint *l. ult. C. de Codicil.* nec interest, utrum ante, an post heredis institutionem relinquantur §. 34. *Inst. de legat. l. 24. C. de testam.*

Resp. Testamenta minus solennia vocat ea, quæ sunt imperfecta; de quibus, quòd nequidem in foro conscientiæ ligent, docet Dn. Struv. *S. C. Ex. 32. th. 16. & D. 1. th. 58.* Aliud verò de minus solennibus, sc. quibus aliquæ solennitates sunt remissæ; de cætero verò in sua specie perfecta sunt. Sic legata etiam extra testamentum & absque heredis institutione coram quinque testibus relinqui & adimi posse, responsum refert Carpz. *p. 3. C. 4. d. 41.* Habent autem hoc legata non ex natura sua, sed ex exæquatione cum fideicommissis.

Lib. XXXIII. Tit. V. de Optione vel electione legata.

Th. XIV.

Relinquitur Legatum nonι th. 16. pr. nunquàm generaliter *ι* v. c. fundus, domus aut equus §. 22. *Inst. de legat. l. 13. ff. de legat. 3.* & tunc vel res quædam tales in individuo à testatore relictæ extant, vel non extant. Priori casu quamcunque legatarius elegerit, est præstanda *l. 71. ff. de legat. 1. d.* §. 22. *Inst. eod.* κ ib. lin. 5. posteriori, si res non habeat *κ* certos & à natura determinatos fines, veluti domus & fundus *l. 24. §. pen. ff. de legat. 1.* legatum est inutile *l. 69.*

Th. XIV.

Legatarius elegerit] Ita cum Autore sentiunt Bachov. *Tr. v. 2. D. 13. th. 5. lit. A. p. m. 308. in m.* Vinn. *ad d.* §. 21. *I. de Leg.* Frantzk. *Ex. 7. qu. 1. n. 12. & qu. 6.* Bronch. *C. 3. qu. 49.* Nec obstat *l. 4. ff. de Tritic.* de Quantitate enim secus esse, communiter fatentur.

Et fundus] vid. Fachin. *L. 12. c. 37.* Bronch. *C. 3. qu. 53.* Non

Non optimam] si legatarius optimum propriâ autoritate occupaverit, tenetur ex interdicto Quod legatorum id restituere. Carpz. *p.3.C.13.d.30 n.11.*

l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. l. 71. pr. ff. de legat. 1. *l. 115. pr. ff. de V. O.* si verò habet λ certam & determinatam naturam, valet. *l. 13. l. 37. pr. l. 108. §. 2. de leg.* 1. Ita autem legatarii est electio, ut non optimam, μ sed mediocrem eligere debeat. *l. 37. ff. eod.* Gomez. *d. c.* 11. *num.* 32. Donel. *8. com. 19.* Schneidevv. *ad d. §. 22. Inst. d. t.* in quo hæc species legati à legato Optionis ν differt. *l. 20. & seq. ff. de legat.* 1. *§. 23. Inst. de legat.* Köppen. *obs. 148.*

D.STRUV. λ *ib. lin. 2.* μ *in med. thes.* ν *paulò pôst. j. th. 48. seqq.*

Lib. XXXV. Tit. I. de Conditionibus & demonstrationibus & caussis & modis &c.

Th XV.

Licèt falsa] Hinc legatô debitô subsistit legatum, etiamsi nullum existat debitum. Carpz. *p. 3. C. 9. d. 22.* Dummodò, (1.) constet, Cui, aut quam rem legare Testator voluerit. *l. 17. pr. §. 1. l. 33. l. seq. de Cond. & dem.* (2.) Nisi quid aliud præter demonstrationis falsitatem obstet legato. Sic legatum propter certam caussam relictum, præstandum prius non est, quàm jussum testatoris impleverit legatarius. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 20.* Licèt enim cessante causâ impulsivâ non cesset legatum, cessat tamen cessante causâ finali. Id. *p. 3. C. 9. d. 20.* Inde legatum sub causa (v. g. studiorum) reli-

Th. XV.

Legatur porrò vel ξ purè, vel in diem, aut sub conditione. Ad purum legatum etiam illud, cui demonstratio, ο *l. 17. ff. de cond. & demonstrat.* vel caussa π est adjecta, *l. 17. ff. eod.* pertinet, & utraque licèt falsa sit, legato non nocet *§. 30. & 31. Inst. de legat. l. 33. pr. l. 72. §. 6. ff. de cond. & demonstr.* modò aliàs de re legata constet; quin & sub modo ϱ legatum purum est *l. 19. ff. de legat. 3. l. 40. §. ult. & l. 18. ff. de condit. & demonstrat.*

ξ *th. 96.* ο *th. 101.* π *th. 102.* ϱ *th. 103. j. D. 29. th. 8.*

relictum, tacitâ voluntate intelligitur ademptum, si causa non impleatur; adeoque expirat & adcrescit hereditati. Id *p.3.C.13.d.16.* Sed de Adempt. legat. vid. Aut. *th. 24. b.* add. etiam ad *b. th.* Pac. *C. VI. qu. 44. & qu. 32. in obj. 2.*

Th. XVI.

D.Struv. *σ D.35.th. 97. in m. p.316.* — *τ ead. th. pr.* — *υ D.36.th. 47. j. d. th. 97.* — *φ d. thes. 97. post pr. p.355.*

Conditio impossibilis, σ Legato fortè adjecta, detrahitur & pro non adjecta habetur. *l. 14. ff. de condit. instit. l. 3. ff. de condit. & demonstr.* §. 10. *Inst. de hered. instit.* Relictum sub conditione possibili τ ante conditionis impletionem aut eventum non debetur, υ nec prædefunctô legatariô ad heredes transmittitur. *l. 4. & 5. ff. quand. dies leg. vel fideic. ced. l. un.* §. 7. C. *de caduc. toll.* si conditio adjecta consistit in non faciendo, φ Legatum præstitâ cautione Mutianâ Legatario statim est repræsentandum *l. 7. l. 18. ff. de condit. & demonstr.*

Th. XVI.

Impossibilis detrahitur] Imò vitiare totum negocium videtur, per *§. f. I. de leg.* Resp. ibi turpis conditio, pœnæ nomine adjecta, ostendebat enixam testatoris voluntatem, quòd impleri & non detrahi debebat: quod, quia contra jura est, unà utrumque annullatur. v. Bronch. *C. 3. q. 66.*

Non debetur, nec] Idem Autor *th. 6. sup. & th. 20. in f. b. & D. 18. thes. 1.* tradit. add. Bronch. *C. 3. qu. 57.*

Cautione Mutianâ] Quicunque post aliquod tempus ad restituendum quidpiam est obstrictus, tenetur ei cui facienda restitutio, cavere *v. sup. D. 6. th. 16.* atqui cui conditio negativa injuncta, cùm per totum vitæ tempus nihil petere possit, si statim præstetur, obligatus est in casum contrafactionis ad restituendum. E. conf. etiam Bronch. *C. 1. enant. 70.*

Th. XVII.

Interdum conditio, quæ non ex casu, sed facto quodam nostro dependet, jure pro impleta habetur, quàmvis non sit impleta, χ quo-

Th. XVII.

Non ex casu] h. e. Potestativa conditio habetur pro impleta, quoties debitor legati implementum impediit:

χ quoties scil. per eum, cujus interest conditionem impleri vel non, fit, quò minus impleatur *l. 24. ff. de condit. & demonstr. l. 28. pr. l. 81. §. ult. ff. eod. l. 5. §. 5. ff. quand. dies legat. vel fideicom. ced. l. 161. ff. de R. I.* Non autem sufficit per legatarium non stare, quò minus conditio impleatur, ut habeatur pro completa, sed etiam stare oportet per eum, in cujus persona erat implenda *l. 31. l. 94. pr. l. pen. pr. ff. de condit. & demonstrat.* Donel. *8. com.* 34. Cujac. *16. observ. 22.*

D. Struv. χ *d. th. 97. circa f. 5. th. 104. & D. 33. th. 49. seq. & D. 47. th. 18.*

diit: quia enim possibilis legatario fuit, non dubitatur de ipsius voluntate: adeoque in culpam imputatur heredi, modò illicitò præstationem ejus declinasse. *Secus E. si* fatò s. casu legatarius impediatur quô minus impleat: absolvendus enim tunc & heres.

Non sufficit] sive, cùm neutri quid potest imputari, par utriusque est causa, & melior conditio possidentis, sc. heredis debitoris. Ita legatum pro dote vel nuptiarum causâ relictum, defunctô legatariô antequàm nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 25.* add. *l. 4. C. Condit. insert.*

Th. XIIX.

In alterius, Legatarii fortè, heredis, aut extranei voluntatem an conferri legatum possit? Non satis est expeditum. Sanè si in Legatarii ψ voluntatem conferatur, valet, q. sub conditione voluntatis declarandæ relictum *l. 65. de legat.* 1. ante quam declarationem nec ipsi aliquid debetur, nec præmoriens ad heredes quicquam transmittit *l. 69. ff. de condit. & demonstr.* In Heredis ω verò volun-

ψ *D. 35. th. 98. in m.*

ω *d. th. 98. lin. 4. 5. D. 47. th. 19.*

Th. XIIX.

In heredis] Dist. inter rem & rei modum: Inter obligationem & solutionem: Inter arbitrium & decisionem. Priori modô valet; posteriori inutile est legatum, Nec obst. *l. 4. C. de Fideic. lib.* ubi Ulpianus modò asserere modò negare videtur. Resp. Favore libertatis recipitur, ut voluntas per arbitrium reddatur, nisi verba legati

D.STRUV. voluntatem conferri nequit *l.* 43. §. *pen. ff. de leg.* 1. *arg. l.* 8. *ff. de O. & A.* nisi quoad præstationem *l.* 7. §. 1. *ff. de reb. dub. l.* 11. §. 6. *ff. l.* 41. §. *pen. ff. de legat.* 3. nec Extranei *a* meræ voluntati commissum valet *l.* 52. *ff. de cond. & demonstr.* valet tamen si in ejus arbitrium conferatur *l.* 1. *pr. ff. de legat.* 2. vel sub conditione aliena potestativa relinquatur *d. l.* 1. *de legat.* 2. *d. l.* 52. *ff. de condit. & demonstr.* Vide præter cæteros Gomez. *d. cap.* 12. *num.* 47.

a d. th. 98. *circa f. j. D.* 33. *th.* 8. *pr.*

gati ita manifestè refragentur. v. Fachin. *L.* 5. *c.* 59. Pac. *C.* 8. *qu.* 78.

Nec extranei] Autor sic conciliat *l.* 52. *h.* cum *l.* 1. *pr. de Leg.* 2. quòd legatum non tam in arbitrium sit collatum, quàm ad factum alicujus sit suspensum; ut tempus magis & factum spectetur, quàm voluntas & debitum ipsum. vid. Bronch. *C.* 3. *qu.* 48. Fachin. *L.* 5. *c.* 58. Gerhard. *Ex.* 5. *qu* 13.

Lib. XXXVI. Tit. III. Ut legatorum seu fideic. servandor. causâ caveatur.

Th. XIX.

Finis legati est ejusdem præstatio, *b* quæ regulariter fieri debet ab herede §. 1. *Inst. de legat. l.* 1. §. 2. *ff. ut legat. serv. caus. cav.* Et quidem si res generaliter *c* legata sit, oportet illam facere legatarii *d* ne avocari possit *l.* 45. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 29. §. *pen. ff. de legat.* 3. sin species aliqua, talis, qualis est, venit præstanda *d. l.* 45. §. *ult. l.* 116. §. *ult. ff. de legat.* 1. non enim ampliùs, quàm in re habuit, testator legasse cen-

b conf. D. 35. *th.* 20. *pr.*
c conf. th. 16.
d v. D. 23. *th.* 106. & *D.* 47. *th.* 73. *inf.*

Th. XIX.

Facere legatarii] hoc officium omni incumbit debitori, ut rei solutæ dominium transferat in creditorem. *vid. infr. D.* 23. *th.* 28.

Alienam sciens] ignorantis enim nulla voluntas est: Si scit, enixum legandi ostendit propositum. Posse autem alienam vel oppignoratam rem legari;

gari, jam *sup. th.* 3. *b.* dixit Autor.

Si propriam] testatoris scil. nam de propria heredis, *sup. thes.* 4. *b.* est locutus.

censetur *l.* 6. *ff. de legat.* 1. Si alienam sciens *e* legavit, eandem heres redimere §. 4. *Inst. de legat.* si propriam pignori obligatam, *f* idem luere & obligatione liberare tenetur. §. 5. *Inst. eod. l.* 57. *ff. de legat.* 1.

D. Struv. *e* D. 31. th. 14 p. 325. *f* th. 5. 326. j. th. 82. in m.

Tit. II. Quando dies legatorum vel fideic. cedat.

Th. XX.

Dominium transit] Ast, quomodo legatum, si hereditas non adeatur, retrò extingui potest, si dominium à morte statim testatoris in legatarium transiit? Extingui autem patet ex *l.* 69. & 86. §. 2. *de leg.* 1. ubi dicitur, Ab adita demum hereditate acquiri. Resp. Dominium fictione quadam à tempore mortis: veritate à tempore agnitionis; cum effectu ab adita hereditate quasi irrevocabiliter acquiritur. Cedit E. à tempore mortis: Venit tempore aditionis. vid. Bronch. C. 2. *misc. qu.* 8. Riemer. *Dec. VIII. qu.* 4. Frantzk. *Ex.* 7. *qu.* 1.

Th. XX.

Et quia dominium rei legatæ in legatarium à morte *g* testatoris rectà transit *l.* 80. *de leg.* 2. *l.* 64. *in fin. de furt.* licèt antequàm præstetur, mortuus sit legatarius, legatum tamen ad heredes transmittit: purum scil. & *h* ad certum diem relictum *l.* 5. §. 1. *ff. quand. dies legat. vel fideic. ced.* petitioni verò locus non est, antequàm hereditas adita, *i* ac dies venerit *l.* 7. *pr. ff. d. t. l.* 32. *pr. ff. de leg.* 2. *l.* 213. *ff. de V. S. l.* 45. *ff. de man. vind.* Sub conditione relicta *k* ut supr. dictum, ante eam impletam non debentur; & ita præmortuô legatariô non transmittuntur *l.* 4. *pr. l.* 5. §. 2. *ff. quand. dies legat. vel fideic. ced.* Donel. 8. *com.* 30. Franç. de Barry *d. tr. lib.* 12. *tit.* 3.

g thes. 18. *pr.* & *th.* 20. *in f.* D. 36. *th.* 45.
h D. 35. *th.* 100. j. D. 36. *th.* 46.
i D. 35. *th.* 22. *circa f.*
k v. th. 97. *pr.* 1. *Disp.* 34. *th.* 37. *seqq.* & D. 36. *th.* 47. *seq.*

Ante

Ante mortuus] Si legatarius ante ipsum Testatorem moriatur, legatum fieri caducum, nec legatarii heredibus deberi, decisum scribit Sande. *L. 4. T. 4. d. 11.*

Certum diem] legatum in diem incertum relictum, mortuô antè legatoriô, in heredem non transmittitur. Carpzov. *p. 2. C. 45. d. 9. num. 2.*

Ut supra] *th. 6. h.* add. D. *18. th. 4. & 7.*

Lib. VI. de Cod. Tit. 47. de Usur. fruct. legatorum. Lib. 36. ff. tit. 3. & 4.

Th. XXI.

Non solùm res ipsa legata, sed & ejus *l* accessiones *l. 39. de leg. 2. l. 44.* §. 4. *de leg.* 1. item fructûs post mortem *m* testatoris percepti legatario præstari debent Glos. *in l. Herennius. ff. de usur. & in l. 86.* §. 2. *ff. de legat.* 1. Grass. *d.* §. *q. 71.* Gomez. *d. cap.* 11. *num. 5.* Post aditam hereditatem, à tempore moræ *n* ab herede commissæ, non solùm fructûs percepti, sed etiam percipiendi, Grass. & Gomez. *dd. ll.* imò & usuræ velut in actionibus bonæ fidei, debentur *l. 3.* §. *fin. ff. de Usur. l. 34. ff. eod. l. 87.* §. 1. *ff. de leg. 2. t. t. C. de Usur. & fruct. legat. & fideicom* Quod si etiam in diem *o* vel sub conditione legatum est relictum, vel propter aliam caussam legati solutio differtur, interim de eo suâ die præstando satisdari debet, & nisi

D. Struv.
l D. 35. th. 20. n. 1.
m dissent. ib. inf.
n ib. in m.
o D. 36. th. 50. seqq.

Th. XXI.

Accessiones] Sicut auctô legatô quod accedit, pertinet ad legatarium; Ita eo deminutô, solùm quod superest debetur. vid. Bronch. *C. 3. qu. 51.*

Fructûs percepti] Fundô legatô, etiam in foro Sax. fructûs tempore mortis testatoris in eo pendentes legatario cedunt. v. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 1.*

Post aditam] Ex quo tempore fructûs debeantur in legato? v. Riemer. *Dec. 7. qu. 5.* Quòd autem hic & percipiendi debeantur, ex majori heredis cunctatione est, qui postquàm agnitũ fuisse legatum rescivit, tamẽ non præstitit. *Usu-*

Usura velut in B. F.] Usuræ & fructûs legati puri debentur à die moræ, sive, factæ petitionis. In diem verò relicti, ex die agniti & petiti legati, non verò diei constituti: sin Minori relictum sit, ab adita hereditate. Carpz. *p. 2. C. 30. d. 24. seqq.* add. Aut. *sup. D. 13. th. 6. in m.*

nisi satisdetur, legatarius vel fideicommissarius in possessionem *p* rerum hereditariarum mitti solet. *l. 1. pr. ff. ut legat. nom. cav. l. 14. pr. & l. seq. ff. ut in possession. legat. vel fideicom. t.t. ad quem vid. Anal.* Pac. *& comm.* Perez. *C. eod.*

p ib. thes. 54. seqq. D. Struv.

In possess. mitti] vid. infr. *D. 19. th. 14. D. 20. th. 18. & 26. D. 21. th. 11.*

Lib. VI. Cod. tit. 43. Communia de legatis.

Th. XXII.

Legatario competit] Ille agit ex legato, cujus potissimum interest; licèt verba legati ad illum non sint directa. Bronch. *C. 3. qu. 59.*

Modò certa species] sive: datur vindicatio earum rerum, quarum dominium ad heredem transire potuit, & antè apud testatorem fuit: si res aliena vel quantitas aut genus legatum sit, dominium transire nequit, consequenter nulla vindicatio competit. An verò

Th. XXII.

Pro legato ratione possessionis consequendo legatario competit actio, *q* tum Personalis ex testamento §. 2. *Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat.* quæ ex aditione hereditatis & q. contractu nascitur §. 5. *Inst. de oblig. qua q. ex contract. nasc.* tum realis *r* seu Rei vindicatio ex dominio *d.* §. 2. *Inst. de legat. l. 80. ff. de legat. 2. d. l. 2. C. commun. de legat.* modò certa species, & res testatoris propria fuerit legata. Schneidevv. *in d.* §. 2. *Inst. de legat. num. 20.* Hisce duabus (quarum unâ tamen electâ altera consumitur *l. 76.* §. 8. *de legat. 2. l. 84.* §. *ult. l. 108.* §. 2. *de legat. 1.*) adjecit Justinianus

q v. D. 35. th. 22. n. 1.

r ib. n. 21

D. Struv. 1 *ib. n.* 3. nianus tertiam, scil. 5 Hypothecariam, per quam in quascunque res à defuncto relictas adversùs quosvis earum possessores agi potest *d.* §. 2. *Inst. de legat. d. l. 2. C. commun. de legat.*

verò pro omnibus legatis vindicatio competierit? vid. Riemer. *Dec. 7. qu. 3.*

Jus repræſ. loc. non hab.] Eo ſcil. ſenſu, ut cum proximioribus remotiores ſuccedant. Aliàs enim nullis in primo gradu exiſtentibus, v. g. parentibus, avus & avia utrique admittentur. Nam illi demum ad jus repræſ. opus habent recurrere qui cum propioribus volunt concurrere.

Diverſæ lineæ] Annon ad patrem paterna, ad matrem materna relabentur? Ita aliquibus videtur: quia & in fratribus ita obtineat. *th. 19. in f. h.* Sed vid. Ungeb. *Ex. XI. qu. 3.* Fachin. *L. 6. c. 4.* obiter etiam Vinn. *L. 2. ſel. qu. 11.*

Th. XXV.

Si cum Parentibus fratres *y* & ſorores utrinque con-

y th. 27. ingr.

Th. XXV.

Cum Parentibus] Si E. Pater non exiſtat, avus locò ipſius admittitur. *Nonobſt.* (1.) quòd inter

D. Struv. conjuncti concurrunt, hereditas inter eos æqualiter δ dividi debet. *d. Novel.* 118 *c.2.* ita ut pater vel avus paternus nec usumfructum ε in iis bonis, quæ fratribus defuncti obvenerunt, consequatur *d. Nov.* 118. *c. 2. vers. nullum.* Eorum verò liberi concurrentes ζ (non etiam nepotes) licèt soli, in stirpes admittuntur. *Nov.* 127. *c.1.* Qui ab uno saltem latere η defuncto sunt conjuncti, ab ascendentibus indistinctè excluduntur. *d. Nov.* 118. *c.2. pr.* Rittershus. *d.p.* 7. *c.* 10. *n.* 11. Bocer. *cl.3. D.* 10. *th.* 26. & 27.

δ *ibid. imm.* ε *ib. lin. 6.* ζ *th. 29. pr. & §. 3. Feud. c. 9. aph. 6.* η *conf. th. 28. vers. fratres verò*

inter adscendentes non habeat locum jus repræs. *vid. not. ad thes. 28. verb. Jus repræs. loc. non hab.* (2.) Quòd in *N.* 118. *c. 2.* Soli PROXIMI vocentur, qualis non sit AVUS. v. Fachin. *L. 6. c. 7.*

Nec usumfr.] An E. jure meliori frater fratri, quàm filio Mater succedit? in Matris enim portione patri usumfr. concessit Autor *thes. prec. inf.* Fortè restringendum hoc ad bona defuncti castrensia, quasi castrensia & adventitia extraordinaria, quæ plenô jure ipsius fuerunt, & ad heredes transmitti potuerunt. Ordinarii enim peculii ususfr. patri semel constitutus, morte filii neutiquàm extinguitur, sed apud patrem remanet.

Non nepotes] fortè propter *th. 27. in m. b.* vid. Riemer. *dec. 8. qu. 5.* Frantzk. *Ex. 8. qu. 9. n. 18.*

Ab uno saltem] Dissentienti Cassaneo satisfacit Fachin. *L. 6. c. 8.*

Th. XXVI.

In tertio ordine succedentium ab intestato sunt Collaterales: θ quos inter primò vocantur fratres ι & sorores defuncto utrinque conjuncti, & quidem soli in capita *d. Novel. 118. c.* 3. prædefunctorum verò fratrum aut sororum liberi cum

θ *D. 38. th. 32.* ι *ead. th. lin. 2.*

Th. XXVI.

Non in stirpes] Vetus est hæc quæstio, Azonis & Accursii nominibus nobilitata. Prioris opinio fuit, in capita succedi, quia non datur repræsentatio: & fuit hæc in Imperio publi-

publicâ autoritate firmata. vid. Fachin. *L. 6. c. 3.* Ungeb. *Ex. 9. qu. 7. in Ajo* Riem. *Dec. 8. qu. 4. in m.* Bronch. *C. 3. qu. 69.* Vinn. *L. 2. sel. qu. 30.* Hotom. *Ill. qu. 14.* Hillig. *D. E. L. 9. cap. 4. lit. H.* Jure Sax. nunquàm dubium hoc fuit, ut sc. non nisi in capita succederetur; utp. cui nulla in hoc ordine repræsentatio cognita. v. Carpz. *p. 3. C. 18. d. 3.*

cum iis concurrentes in stirpes. x *Auth. cessante. C. de legit. hered. d. Nov. 118. c. 3.* Forst. *d. tr. lib. 8. c. 2.* Rittershus. *d. p. 7. c. 13. num. 4. & 5.* Quòd si liberi hi soli extent, non in stirpes sed capita λ succedunt. §. 4. *in fin. Inst. de legit. agnat. succes. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. l. fin. §. 3. C. de legit. hered. Recess. Imper. de an. 1529. §. item.* als bißher. Rittershus. *d. c. 13. n. 13. & c. 14. per tot.*

x D. Struv. x ib. lin. 4. & Synt. J. Feud. d. l.

λ thes. 33. v. Quando igitur. circ. fin.

Th. XXVII.

Sine ulla bonorum] quia semel confusio facta. Idem ubi Parentes liberis succedunt *th. 24. inf. b.* Secus ubi diversi matrimonii liberi parentibus succedunt. *th. 9. b.* vid. Vinn. *L. 2. sel. qu. 31.* & Fachin. *Lib. 6. c. 5.*

Utpote quod ultra] vid. sup. *th. 25. in m.* & Riemer. *Dec. 8. qu. 4.*

In infinitum] Idem Autor *infr. D. 25. th. 19.* & cum eo Gerhard. *Dec. 11. qu. 10.* Ungeb. *Ex. 9. qu. 9.* Nec diversum obtinet Jure Sax. in Landr. *L. 1. a. 3.* ser-

Th. XXVII.

Fratribus ex utroque latere conjunctis non μ extantibus, fratres & sorores ab uno latere conjuncti & prædefunctorum liberi, vel cum illis concurrentes vel soli, eodem modô, quo utrinque conjuncti eorumve liberi, sine ulla bonorum paternorum aut maternorum distinctione succedunt *d. Novel. 118. c. 3.* Fachin. *6. contr. 5.* Rittershus. *d. c. 13. n. 10.* Ungep. *exer. 9. q. 7.* Lindeman. *d. exer. & tit. th. 39.* Hos denique cæteri ν juxta gradûs prærogativam sine ullo discrimine sexûs, aut agnationis, non habitâ quoque ratione repræsentationis aut duplicis vinculi (utpote quod ultra fratres ξ eorumve liberos

μ ib. in pr. & S. F. c. 9. aph. 6. in f.

ν S. C. D. 38. th. 35.

ξ th. 29. in f. j. th. 32. vers. ultim. v. inf.

D. Struv. o th. 31. in m. π rad. th. 9. princ.

beros non attenditur) cognati sequuntur, iique pariter in capita o (etiam in infinitum π §. 3. *Inst. de legit. agn. succes.* §. *fin. Inst. de servil. cognat. l.* 2. §. 1. *ff. de suis & legit. d. Novel.* 118. *c.* 3. §. 1. *ibi: omnes deinceps à latere*) admittuntur *d. Novel. c.* 3. Forst. *lib.* 8. *c.* 9. Rittershus. *d. c.* 13. *num.* 16.

fermè in fin. verb. Die Sippe endet Sich in dem siebenden Gliede Erbe zu nehmen vid. 5. Riemer. *Dec.* 8. *qu.* 3.

Lib. XXXVII. Tit. I. de Bonor. Possess.

Th. XXIIX.

Hactenus de successione civili tam ex testamento quàm ab intestato: sequitur Prætoria, ę quæ dicitur Bonorum possessio, σ eaque definitur jus τ persequendi retinendiq; patrimonii seu rei, quæ cujusque, cùm moritur, fuit *l.* 3. §. 2. *ff. de bonor. posses.* cujus usum adhuc, quàmvis jus succedendi per *Novel.* 118. valdè sit immutatum, esse, neutiquàm est ambigendum *pr. Instit. de bon. posses.* Grass. §. *bonorum possessio. q.* 5. Sichard. *ad rub. C. qui admit. ad b. pos.* Oldend. *cl.* 5. *act.* 6. *num.* 10. Donel. 7. *comm.* 14. *inf.*

ę *Disp.* 37. *th.* 1.
σ *ibid. pr.* eum *D.* 32. *th.* 2. *in m.*
τ *D.* 37. *th.* 3.

Th. XXIIX.

Usum adhuc esse] Quod tamen aliquibus secus videtur: (1.) quia non amplius creantur Prætores, nec Magistratus nostri Prætoribus assimilantur. Treutl. *v* 2. *D.* 15. *th.* 5. *d. in f.* (2.) quia Jus prætorium cum jure civ. compilatione Pandectarum confusum. (3.) quia Justinianus successionem antiquam interpolavit. *Ad* (1.) *Resp. Neg. conseq.* sufficit durante Prætore tantum hujus juris semel introductum esse, quantum sufficit. *ad* (2) *sufficit* naturam utriusque juris & principia adhuc distincta manere, ut unum alterum corrigat, emolliat, suppleat. *ad* (3.) *sufficit* ad Juris prætorii hodiernam durationem, quòd Justiniana interpolatio non sit universalis, ut ex *th. seq.* apparebit. vid. Ungeb. *Ex.* 9. *qu.* 10. Frantzk. *Ex.* 8. *qu.* 1. *in f.*

Th. XXIX.

Th. XXIX.

Universis deficientib.] Jure civ. conjuges invicem regulariter non succedunt; sed uxor dote contenta esse tenetur. Ita quoque Jenenses JCtos M. Jul. 1566. respondisse scribit Coler. *p. 1. de is. 61. n. 44.* Nisi agnati intra decimum gradum deficiant; Ita Scab. Lips. teste Carpz. *p. 3. C. 18. d. 31.*

Auth. Præterea.] Juxta eandẽ & in provinciis Saxon. inter plebejos vidua defuncto marito tres, pauciores vel nullos liberos relinquenti in quartam; quatuor verò vel ultra, in virilem portionem succedit. Sed in Electoratu si liberi quotcunque adsint, in quartam; in tertiam verò si nulli extent. vid. Carpz. *p. 3. C. 26. d. 15. & 16.*

Th. XXIX.

Præcipuum autem usum adhuc habet in successione conjugum ex edicto υ Unde vir & uxor, quô cognatis universis deficientibus conjuges ad successionem mutuam vocantur *l. un. ff. unde vir. & ux.* idque ab Impp. confirmatum in *l. un. C. eod.* Cothman. *vol. 2. consil. 1.* Rittershus. *p. 7. expos. Novel. c. 10. num. 2.* Jure verò novô uxor inopiâ φ laborans extantibus liberis, marito pro numero liberorum vel in quartam, vel virilem partem ususfructûs succedit *Authent. præterea. C. d. t. Nov. 117. c. 5.* Nullis autem liberis extantibus, quartam χ illam plenô jure accipit *d. Nov. 117. c. 5. d. Auth. præterea. in fin. C. unde vir. & ux.* Fachin. *10. contr. 72.* Et id similiter de marito ψ est intelligendum *Novel. 53. c. 6. in f. pr. & fin. Gl. in d. auth. præterea. C. d. t. & ibid.* Salic. Gail. *2. O. 98. n. 5.*

D. Struv. υ *D. 38. th. 38. & S. F. c. 9. aph. 8.*

φ *S. C. th. 14. n. 2. in f. & th. 38. n. 2. in pr. & p. 450. vers. paupertatem.*

χ *d. thes. 38. p. 440. vers. Posteriori casu.*

ψ *ib. vers. obtinet hoc*

Tit. VI. De Collat. Bonor.

Th. XXX.

Emancipati] conf. Pac. *C. 9. emant. 99.*

Multò minus] Introducta quippe collatio pro conservanda

Th. XXX.

Attingendum hîc aliquid est de Collatione. ω Conferre tenentur Liberi cujus-

ω *conf. D. 37. th. 22.*

D. Struv. † th. 23. * th. 22. & 26. † d. th. 26. * th. 27. pr. j. D. 10. th. 35. † d. D. 37. th. 31. p. 405. vers. Alia est ratio. * th. 28. n. 1. & 2. D. 10. th. 35. † D. 37. th. 30. p. 403. vers. Hinc etiam.

cujuscunque sexûs aut gradûs, nec solùm emancipati, † verùm etiam sui. *l.* 12. *l.* 17. *C. de collat.* in Ascendentibus * autem collatio locum non habet Jas. *in l. ult. C. und. lib.* Nemaus *tr. de collat. c.* 2. *n.* 19. *& quaest.* 20. multò minus inter cognatos lineae transversae † Dd. *commun. ad l.* 9. *C. de collat.* Conferenda sunt bona tantùm profectitia * *d. l.* 17. *C. d. t.* inter quae dos † & donatio propter nuptias *t. t. ff. de dot. collat. d. l.* 17. *C. de collat.* non etiam donatio * simplex *l.* 18. *C. fam. ercisc. l. pen. C. de collat.* Gail. 2. *O.* 38. nec sumptûs, quos pater † studiis filiorum impendit, *l.* 50. *ff. fam. ercisc.*

da inter hos aequalitate, quibus principaliter hereditas debetur: At verò Parentibus ex gratitudine solùm; fratribus ex commiseratione debetur. Liberi verò suô quodam jure poscunt bona paterna, & aequaliter quidem dividenda, quia paria omnium jura.

Non etiam simplex] Opponitur ex *l.* 9. *pr. C. h. t.* Quaecunque filiis in legitimam imputantur, ea collationi sunt obnoxia. Atqui & simplex donatio. E. R. (1.) ad Maj. per Instant. quòd & legata & fideicommissa in quartam imputentur. Dn. Struv. *S. C. Ex.* 10. *th.* 35. nec tamen conferuntur. Id. *Ex.* 37. *th.* 34. quia non vivô, sed mortuô patre fuerunt quaesita. Id. *ib. th.* 26. (1.) Neg. Min. per eund. *Ex.* 37. *th.* 27. *n.* 1. add. Bronch. *C.* 3. *qu.* 68. Riemer. *Dec.* 5. *qu.* 9. Brunnem. *in d. l.* 9. Autor *infr. D.* 19. *th.* 25.

DISPUTATI

ad Lib. XXXIX. & XL. Pandectarum.

Respondente

ANTHON-BURCHARD Reichen/ Saxenhag. Westph.

Tit. I. De Novi operis nunciatione.

Th. I.

L*Egitima prohibitio*] Est igitur species defensionis, ex jure naturæ pro conservanda possessione, cuilibet, etiam privatâ autoritate permissa: Imò si turbationibus & attentatis ne quidem contradicere liceret, sequeretur, quò quis turbulentior & audacior sit, eò plus licentiæ habere. Quàmvis nemo prohibeatur Magistratûs etiam auxilium implorare: vid. de Modo & Usu hujus beneficii *th. 7. b.* Nihilô tamen minus ab interdictis differt, de quib. D. *21. th. 20. seqq.*

Remissio] vid. *th. 10. b.*

Th. I.

NUnciatio novi operis est *a* legitima prohibitio *l. 1. §. 17. & seq. & passim. ff. de oper. nov. nunc.* facta ædificanti, *b* ne in novo quodam opere ædificando pergat, *c* donec de jure ipsius constiterit, vel alio modô nunciationis facta sit remissio. *d* Novum autem opus dicitur, *e* quô pristina facies operis vel soli mutatur *l. 1. §. 11. & seqq. ff. d. t.* Bocer. *cl. 4. D. 18. th. 65.*

a D. Struv. a D. 39. th. 2.
b th. 6. ib.
c th. 7. ib.
d th. 10. ib.
e th. 7. lin. 5.

Th. II.

Opus futurum] quia hoc edictum est prohibitorium, non potest alia quàm futura pro objecto habere negocia. *vid. sup. D. 1. th. 18. & ibi not.* Unde non modò Scabini Lips. M. Jun. 1634. in

Th. II.

Nunciatio hæc directa est ad opus futurum *f d. l. 1. §. 1. l. 5. §. 2. ff. eod.* adversus jam factum *g* autem non hoc remedium, sed inter-

f th. 1. ib.
g th. 7.

terdictum Qu[illegible] clam *h* est pr[illegible]situm *d. l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Imò licèt nihil dum sit ædificari cœptum, ipsa tamen destinatio *i* ad ædificandum, modò ad aliquem actum processerit, in hoc edicto sufficere videtur *l. 5.* §. 2. *l. 8.* §. *1. l. 20.* §. *2. ff. d. t.* Bachov. *ad vol. 2. Trl. D. 18. th.* 1. *lit. d.* Hillig. ad Don. *lib. 15. c. 45. lit. A.* Refectio *k* verò huc non pertinet *l. 3.* §. *pen. ff. de itin. & act. priv.* nisi talis sit, quâ pristina ædificii forma *l* in præjudicium vicini immutatur *l.* 1. §. 11. *h. t. l. 83.* §. *5. circ. fin. ff. de V. O.* Duar. *ad h. t. c.* 2. Arum. *disp. pand. 19. th. 8.*

D. Struv *b th. 3. in f. & Disp. de ædific. privat. th. 73. & seqq.* *i th. 6. pr. & th. 7. pr.*

k dict. th. 7. pr.

l th. 8.

in puncto muri jam perfecti; cessare hoc remedium responderunt, sed & in alia causa supremum Appellationis judicium Elect. Sax. Term. Mart. 1628. eodem modò definivit. Teste Carpz. *L. 1. Resp. 6.*

Modò ad aliquem] Sicut in delictis de corpore delicti, ita in aliis quoque negociis de facti veritate & intentione ejus de cujus facto quæritur, constare antè debet, quàm conqueramur, ne risui nos exponamus, & Judicis indignationem incurramus: Cæteroquin tamen licitum & consultum est, præcavere magis, quàm post vulneratam causam remedium quærere: possessione enim amissâ, vel ad possessorium ordinarium vel petitorium remittemur.

Pristina forma] Quæ vetus ædificandi forma sit habenda? elegantì casu & decisò adductò ostendit Mœv. *addit. ad art. 1. Lib. 3. tit. 12. Jur. Lub. p. m. 226.*

Th. III.

Opus novum, quod in publico *m* fit, nunciare potest quivis è populó *l. 3.* §. *ult. & l. seq. h. t.* modò sit idoneus, qualis non est (1.) ser-

m th. 4. in m. vers. similiter.

Th. III.

Quivis è populo] An itaque extranei excludentur? Petr. Greg. Tholos. *IV. Syntagm. 27. n. 9.* adeò absolutè hoc remedium distribuit, ut etiam viatoribus & alienigenis concedat. Sed Gomez. *ad Leg. Tauri. 45. n. 30.* sub hac restrictione concedit, si opus in via publica fiat, non si in alio loco publico: propter *l. 1.* §. *f. ff. de*

de via publ. & itin. publ. refic. verb. Omnibus & in omnes. Verùm, Duarenus *ad l. 3. §. f. h. p. m. 690.* Tò Omnibus limitat, scil. quibus de cœtero populares actiones competunt; quia verba generalia recipiant restrictionem ex subltrata materia. *Nec movetur,* Quòd & extraneorum possit interesse, ut quibus liceat viâ publicâ ire. Cùm ex hoc non consequantur jus, publicam de via causam defendendi. vid. Hillig. *D. E. XV. 45. J.* Utrum heredibus competat? ex eò constat, quia popularis est, atque sic non ut talibus, sed ut Reip. membris tribuatur. vid. Pac. *C. 6. qu. 75.*

Aut servitutem] *v. thes. 5. h. j. D. 6. thes. 14.*

servus *n l. 5. §. 1. eod.* (2.) pupillus *o* (cui addimus minorem) *l. 5. pr. eod.* (3.) fœmina *l. 4. & l. 6. ff. de popul. act.* Duar. *ad d. t. cap. 3.* In caussa vero privata opus novum nunciare licet illi, qui aut *p* dominium aut servitutem habet *l. un. §. 3. ff. de remiss.* Bocer. *d. D. 18. th. 78.*

D. Struv. *n th. 5. in f.*

o th. 4. c. fin.

p dict. th. 4. pr.

Th. IV.

Superficiario] cùm & hic dominium utile videatur habere. *v. D. 20. th. 3. in f.*

Non Colono] Quia simplex hic conductio est; nullum jus in re competit: cùm tamen ex contextu Autoris pateat, aut proprietatem, aut servitutem, aut pignus requiri. Excipitur conductor, sive redemptor vectigalium, *arg. l. 1. ff. de loc. publ. fruen.* plura vid. apud Duaren. *h. pag.*

Th. IV.

Ad similitudinem domini *q* jus nunciandi conceditur etiam (1.) b. f. possessori *l. 1. §. 19. ibi: ad quem res pertinet. ff. de op. nov. nunc. arg. l. 48. ff. de A. R. D.* (2.) Superficiario *l. 3. §. pen. de op. nov. nunc.* (3.) Emphyteutæ *l. 12. in fin. C. de fund. patrim. Lib. 11. l. 16. ff. de servit.* (4.) Vasallo *2. F. 8. §. rei autem.* (5.) Usufructuario *r* saltem procuratoriô nomine, non suô *l. 1. §. fin. ff. de op. nov. nunc.* (6.) Creditor quoque ratione rei pignoratæ *l. 9. ff. d. t.* non etiam Colonus aut *s* inquilinus *l. 3. §. pen. & ibi*

q th. 4. c. fin. vers. ideò omnes.

r dict. th. 4. vers. usufructuarius.

s D. 39. th.

D.Struv. Br. *n. 2.* Jason. *n. 5. ff. eod.* nisi Domino absente *l. 1. C. si per vim. aut alio mod. l. 18. §. 1. ff. de judic. l. 17. ff. de R. C.* novum opus nunciare queunt. Duaren. *ad l. 3. §. 3. ff. h. t.*

Th. V.

t thes. 4. post pr. ib. An autem ob servitutem quamcunque *t* operis novi nunciatio locum habeat, non satis liquidi est juris, quippe in *l. 14. ff. de op. novi nunc.* id negatur: è contrario autem in *l. 5. §. 9. ff. eod. l. 6. §. fin. ff. si servit. vind. l. 1. §. 3. ff. de remiss.* adseritur. Remotis variis conciliationibus cum Vaud. *1. quæst. 53.* Hillig. *in Donel. d. L. 15. c. 45. lit. H.* distinguimus inter nunciationem quæ fit directò, & quæ fit per vindicationem servitutis in consequentiam: cui etiam adstipulatur Anton. Fab. *19. conject. 5.* Bacho. *ad vol. 1. Tr. D. 17. th. 11. lit. D.*

Th. VI.

u th. 6 pr. & th. 9. ib Quia nunciatio in rem fit *u* non in personam, *l. 10. ff. de oper. nov. nunc.* seu operis est non personæ *l. ult. ff. eod.* ideoque nihil inter-

ter-

pag. 689. Utrum Colonus interdictum retinendæ possessionis possit impetrare? Sande. *L. 5. T. 4. d. 2.*

Th. V.

Ob servitutem] Atqui ex Jure servitutis agnasci jus novum opus nunciandi, dixit Autor *thes. 3. in f. h.* Ipsam verò distinctionem hic subjectam, jam *sup. D. VI. th. 14.* suppeditavit.

Variis concil.] Duarenus *in comment. h. t. cap. 3. & ad l. 14. h. t. it. Lib. 2. Disp. 17.* duodecim diversas opiniones in aliorum libris super hac controversia se reperisse scribit. Ipse verò inter urbanas & rusticas distinguit; quod, utrum legib. nostris conforme, dubitant alii. Alter respondere Vaudum & A. Fabr. refert. Hillig. *D. E. dict. loc.* add. Pac. *C. 3. qu. 57.* Bronch. *C. 1. enant. 94.* Cujac. *L. 1. obs. 17.*

Th. VI.

Operis est] quia gravamen vicino infertur per hoc opus, ideò non tam personam quàm opus increpat, impugnat,

gnat,

terest, utrùm domino fiat, an alii, D.Struv.
x qui domini nomine vel operis x dict.th. 6.m.
gratiâ in loco est *l. 5. §. 3. l. 10. & 11. ff. d. t.* nec enim oportet dominum præsentem esse, sed adversus absentem & ignorantem cuicunq; intelligenti, y qui renunciare possit, facta tenet *l. 1. §. 5. d. l. 11. ff. d. t.* Duar. *ad h. t. prælect. 8.* Perez. *in Cod. h. t. num. 8.* Socio z verò in communi loco facienti nunciari nequit *l. 3. §. 1. ff. eod.* Donel. *d. c. 45.* Bacho. *ad vol. 2. Tr. d. D. 18. th. 2. lit. b.* Hun. *ibid. quæst. 15.*

y ead. th. 6. m.

z th.3 inf.

gnat, & destructum it; Cum persona ipsi non aliter, quàm cum rei protectore, negocium est: planè ut in noxalibus actionibus. Quæ de cœtero ex diversa dictæ *l. f. ff. h. n. t.* lectione dubia oriuntur, vid. ap. Hillig. *D. E. XV. 45. M.*

Socio verò] Equidem in re communi potior conditio est prohibentis, Dn. Struv. *S. C. Ex. XV. th. 26.* Nunciatio tamen non quadrat antè, quàm communi dividundo judiciô cujuslibet portio ab alterius fuerit separata, ut sciri queat, cui damnum ex ædificatione immineat. vid. Fachin. *L. 8. C. 46.*

Th. VII.

Modus nunciandi est, quòd fieri debeat in re præsenti α *l. 5. §. 2. ff. de op. nov. nunc.* & expediatur vel mediatè β per Magistratum *l. 16. ff. d. t.* vel immediatè ab ipsa parte, γ idque vel per manum seu jactum lapilli *l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 5. §. 10 de oper. no. nunc.* vel nudis verbis *d. l. 20. § 1. ff. quod vi aut clam.*

α th.6. in m. ib.

β th. 3.

γ ibid.

Th. VII.

In re præsenti] quia sc. juxta *th. præced.* Nunciatio operis est, non personæ; ideò opus ipsum quoque increpandum; adeò, ut licèt ipsi personæ, sed extra locum operis fuerit nunciatum, nullius sit efficaciæ, ac tutò sperni possit.

Ab ipsa parte] Atqui nemini licet in propria causa sibi jus dicere. *vid. sup. D. 2. th. 12. E.* nec propriâ autoritate destruere. Resp. ex *D. 1. th. 9. D. 7. th. 7. D. 21. th. 30. & D. 24. th. 21.*

D. Strauv. quæ in specie dicitur Nunciatio *l. 5. §. 10. ff. eod.*

th. 11. add. quæ ad *th. 1. b.* notavimus.

Manum seu jactum] Non sunt Synonyma. Manus enim actualem ipsius operis destructionem denotat: Jactus est quasi Symbolica destructio. vid. Dn. Strauch. *diss. de Nov. op. nunc. th. 18. pr.*

Th. IIX.

Causa nunciationis ut insimul exprimatur in ipso nunciandi actu, non est necesse δ; tum quia extrajudicialiter fieri potest; tum quia nihil interest, jure sit facta nunciatio an injuriâ *l. 1. pr. & ibi* Zasius *n. 13. ff. d. t.* In prosecutione tamen ejus apud Prætorem, ipso exigente, juramentum calumniæ nuncians ε præstare tenetur *l. 5. §. 14. ff. d. t.* Duar. *ad h. t. c. 4.* Donel. *d. c. 45.*

δ th. 9. & 10.

ε thes. 10. post pr. n. 1.

Th. IIX.

Causa exprimatur] sponte scil. & propriô motu: sicut & Scabini rationes decidendi sententiæ inserere non tenentur, ne ansam præbeant cavillandi. Sicut autem ad instantiam condemnati tales proferre solent, ac tenentur, Ita credo & nunciantem teneri rogantibus mercenariis vel Domino causam promere, ut sciant an cedendum sit, an contendendum, Alioquin pœnis dictatis eos subjicere vix poterit. vid. Dn. Mœv. *ad Jus Lub. Lib. 3. Tit. 12. art. 15. num. 15.*

Juram. calumn.] Jure civ. qui inique nunciavit, injuriarum tenetur. *l. 13. §. 7. ff. de Injur.* Jure Lubecensi arbitrariè punitur. Quocirca denunciatus antequàm ullam de demoliendo cautionem realiter præstet, exigere potest, ut nuncians juret prius, se non calumniæ causâ nunciare.

Th. IX.

Effectus nunciationis est, quòd factâ nunciatione ædificator statim necesse habeat ζ abstinere ab ipso,

ζ th. 9.

Th. IX.

Effectus] Jure Lubecensi cui à Consule in regimine constituto ædificare inhibetur, parere debet: Si contrà agitur, ipse soli dominus mulctam, sub qua

qua inhibitio indicta, solvere; opifices verò jura sui collegii perdere jubentur. *Lib. 3. Tit. 12. art. 15.* ibique Dn. Mœv. *n. 11.*

Inutilis impunè sperni] Dissentit Fachin. L. 8. *c. 44.* propter *l. 1. §. 2. l. 20. §. 1. & 3. ff. h. n. t.* Cui astipulatur Carpz. L. 1. *Resp. 6. n. 7. 8.* Verùm, ad *l. 1. pr.* Resp. eam procedere quidem regulariter, ut ab initio non attendatur, Jurene an injuriâ fiat opus, quia demum ex cognitione Judicis de eo constabit. Aliud E. est, quando injustitia nunciationis ab initio statim ita manifesta est & notoria, ut apertissimè de jure utriusque constet. Sic & ad *l. 20. §. 1.* Resp. Licèt ex eventu & à posteriori appareat, injustam fuisse nunciationem, quia tamen tempore nunciationis id nondum apparebat, & tamen contra prohibitionem ædificavit, conscientiam habuit dubiam, tenetur destruere. E. iterum secus est, quando ab initio patuit, jure ædificari.

ipso, quod instituit, opere D. Stauv. *l. 8. §. 4. d. t.* nisi fortè inutilis sit nunciatio, quæ impunè sperni potest, ut si η certum sit, nunciantem jus nunciandi θ non habere *l. 1. pr. l. 5. pr. eod.* Ferrar. *in libel. h. act. in pr. n. 4.* & aliis casibus, de quibus *vid. d. l. 1. §. 12. & seqq. d. l. 5. §. 4. 11.* Pet. Frid. *de mand. c. 31. n. 3. & 4.* Gail. 1. *obs. 16. n. 3.* Utilis autem sperni non debet, sed si fiat, adversus ædificantem mandatis pœnalibus, ι de destruendo propriis impensis opere *l. 16. inf. ff. quod vi aut clam.* & ab eodem interim abstinendo, ad nunciantis supplicationem proceditur. *l. 1. §. 1. l. 20. §. 1. 3. & 4. l. 21. § 1. in fin. ff. de op. nov. nunc.* Pet. Frid. *d. tr. c. 32. num. 1. & 3.* Gail. *d. obs. 16. num. 12.*

η *th. 11. c. fin. n. 1. & 2.*

θ *D. V. th. 14.*

ι *D. 39. th. 11. in pr. & th. 9.*

Aliis casibus] de quib. conf. etiam Dn. Mœv. *d. l. n. 14. seqq.*

Th. X.

Conventione partium] quò pertinent verba juris Lub. Wenn Sie sich unter sich selbst nicht

Th. X.

Cessat Nunciatio legitimè facta per Remissionem, κ quæ fit vel (1.) conventione privatâ & nudâ par-

κ *thes. 10. pr. ib. & D. 45. th. 156.*

D. Struv. partium *l.* 1. § *10. ff. de oper. nov. nunc.* vel (2.) autoritate Prætoris causâ cognitâ λ (aliàs enim simpliciter nunciationem invitô nunciante Prætor remittere nequit. Hun. *ad Tr. d. D. q. 26.* Pet. Frid. *d. c. 31. n. 5.* Bocer. *d. D. 18. th. 106.*) vel (3.) præstitâ aut saltem oblatâ de opere, si contra id judicatum fuerit, restituendo μ satisdatione *l. 5. §. 17. ff. d. t.* ad quam nunciatum Prætor etiam admittit, ubi intra spacium ν trium mensium causa terminari non potuit, ut præstitâ satisdatione in opere exstruendo pergere possit *l. un. C. eod.* Denique & (4.) morte nunciantis, non etiam nunciati, nunciatio tollitur. *l. 8. §. pen. & ult. ff. eod.*

λ *dict. th. 10. n. 3. & th. 9.*

μ *thes. 10. vers. aut 3.*

ν *thes. 12. vers. quæritur.*

nicht vertragen wollen oder können.

Præstita satisdatione] Moribus nostris, inquit. Mœv. *d. l. in addit. ult.* non modò pignoratitia, sed aliquando nuda de demoliendo cautio ex Judicis arbitrio admittitur. Istud quæstionis est, utrum cautio statim, non expectatô trium mensium lapsu admittenda: &, Num inhibitio statim post præstitam cautionem remissa & perempta existimetur? affirmativè definierat A. 1627. Senatus Zwikkaviensis. Cùm verò appellaretur, Term. Trin. 1629. confirmata fuit sententia. Carpz. L. 1. *Resp.* 7.

Trium mensium] Mediolani deductio juris à nunciante intra tridium fieri: Jure Lubecensi intra XIV. dies causa proponi & finiri debet. Mœv. *d. l. n. 24. seq.*

Morte nunciantis] quia sc. facti & personalis est, debent E. heredes de sua quoque displicentia testari: Quia tamen rei facta, non personæ, hinc morte nunciati non finitur.

Tit. II. De damno infecto, & de suggrundiis & protectionibus.

Th. XI.

Hactenus de novi operis nunciatione: Sequitur de

Th. XI.

Damno infecto] Tam sanctæ ac providæ sunt leges, ut nec in

de Damno infecto, quod ex alieni ædificii, vel operis cujuscunque vitio ξ futurum veremur *l.* 2. *l.* 19. §. 1. *ff. de damn. infect.* cujus nomine petitio ad ο cautionem, quam Prætor promittit *l.* 7. *pr. ff. d. t.* impetrandam, quæ actionis π instar est, *l.* 37. *ff. de O. & A.* timenti datur, quæ & per tropum Stipulatio damni infecti dicitur. *l.* 18. *pr. de dam. infect.* Donel. 15. *com.* 46.

D. Struv. ξ *th.* 13. *ib. it. th.* 1. ο *th.* 14. π *ibid.*

in damno quenquam relinquere velint, nec admittere ut in istud quis incidat, sed quantum possibile est, præcavent; uti ex hoc & edicto de Posito & suspenso, sup. *Disp.* 7. *th.* 12. apparet.

Actionis instar] Est enim persecutio magis extraordinaria & remedium subsidiarium, *th. seq.* & imploratio officii Judicis, citra libellum, litis contest. *th.* 14. Nec movet, quòd in *l.* 33. *d. t.* vocatur Damni infecti Actio: quia actiones non ex nominibus sed causis suis æstimandæ: latius enim est vocab. Actionis, per alleg. *l.* 37. *pr.*

Per tropum] fortè Metonymiam effectûs pro causa.

Th. XII.

Remedium hoc cautionis de damno infecto est subsidiarium, ϱ nec competit illi, qui ordinariâ actione experiri potest *l.* 18. §. 7. *l.* 32. *in fin. ff. de dam. infect.* hinc nec inquilinis ædium adversus earum dominum datur, quibus ex conducto experiri licet *l.* 13. §. 6. *l.* 33. *d. t.* Bach. *ad Tr. d. D.* 15. *th.* 5. *lit. a b.* Regulariter autem datur cuilibet damnum ex ædibus, agro, σ aut opere alieno metuenti, sive in τ ejus bonis res sit, sive ejus sit peri-

ϱ *dict th.* 14. σ *th.* 13. *in f.* τ *th.* 15. *in m. & th.* 16.

Th. XII.

Non competit illi] Sicuti Autor *sup. D.* 4. *th.* 16. de Doli actione: Et de actione funeraria Dn. Struv. *D.* 15. *th.* 35. tradit.

Nec inquilinis] His neque opus novum licet nunciare. *sup. th.* 4. *in f. h.* Neque furti actio competit, si messem quis abstulerit. *l.* 60. *§.* 5. *Locat.* Aut. *sup. D.* 9. *th.* 9.

Damnum ex ædibus] sive

D. STRUV. periculo. *l. 18. pr. h. t.* Bocer. *d. D. th. 15.*

sive ex vitio ædium, agri: non quidem intrinseco & naturali ejus imperfectione, quòd locus arenosus, palustris, &c. sit, sed contra vitia ex vetustate oriunda.

Th. XIII.

Peti potest hæc cautio non solùm à vero domino rei, *l. 9. §. ult. l. 10. l. 13. §. 1. ff. de damn. infect.* Sed etiam à B. F. *υ* possessore *d. l. 13. pr. ff. d. t.* Superficiario *d. l. 9. §. pen.* Fructuario *d. l. 9. §. ult. eod.* Emphyteuta *l. 15. §. 26. ff. d. t.* Vasallo *2. F. 8. c. un.* Creditore rem pignoratam tenente *l. 11. in pr. l. 19. pr. ff. d. t.* q. possessore *φ* servitutis, viæ, aquæductûs *d. l. 13. §. 1. ff. eod.* ac denique omni, qui in publico ædificat, ratione operis quod fecit, *l. 24. pr. ff. eod.* cum hoc discrimine, ut si quis suô *χ* nomine cavet, verbô saltem stipulanti repromittat; qui alienô, datis fidejussoribus *ψ* caveat de damno, quod dari potest, resarciendo *l. 7. pr. l. 13. ff. h. t.*

[Margin: *υ dict. th. 16.* — *φ D. 42. th. 10.* — *χ D. 39. th. 17. in m.* — *ψ D. 47. th. 35. & seqq.*]

Th. XIII.

Peti potest] Et quidem passivè, ut præstet, non activè, ut sibi præstetur; de his enim jam *th. præced.* est actum. Nec movet, quosdam ex his Dominos non esse, adeoque frustra cautionem ab illis peti, cùm pœna non præstitæ cautionis sit immissio, quæ ex secundo decreto facta dominium transferre debeat, *th. 15. h.* quod tamen Vasallus, Emphyteuta, quin & B. F. possessor non habent. Unde & Bach. missionem ex primo decreto non competere putat. Sed enim, sufficiet misso, fructûs feudi percipere; tantum enim cuilibet executionē in feuda obtinenti conceditur. *v. Ord. proc. El. Sax. T. 40.*

Servitutis] Sc. si damnum respectu ipsius servitutis, & immediatè ex ejus exercitio immineat. *l. 30. eod.* Si namque à vitio rei, extra servitutem consideratæ, damnum timeatur, tunc is qui servitutem habet, non suô, sed proprietarii nomine cavebit. *l. 9. §. 4. & 5. h.*

Th. XIV.

Th. XIV.

Coram Prætore] Missio quippe ad Magistratûs inferiores non pertinuit. conf. Aut. *sup. D. 4. th. 3. & D. 25. th. 29.* Pac. *C. 6. qu. 76.*

Cavere jubetur] Pertinebit E. hoc ad judicia arbitraria. conf. sup. *D. 4. thes. 12. in med.*

In possess. mittitur] frequens hoc est remedium, ut patet ex collatione locorum in *D. 17. th. 21. inf. D. 20. thes. 18. & 26. D. 21. th. 15.*

Non veram poss.] vid. Bronch. *C. 3. qu. 90.*

Pignus prætorium] conf. sup. *Disp. 12. th. 3.*

Th. XV.

Judicis arbitrio] quæ leges non determinant, Judicis arbitrio relinqui dixit Autor *D. 3. th. 6.*

Verè possidere] gradatim E. proceditur, à territione ad rem ipsam,

Th. XIV.

Petitâ coram Prætore (citra libellum & litis contestationem Treutl. *d. D. 18. th. 5. lit. d. & ibi* Bacho.) cautione, ac præstitô prius à petente juramentô *a* calumniæ *l. 7. pr. d. l. 13. §. 3. ff. d. t.* adversarius intra *a* statutum tempus cavere jubetur; cui jussui si non paret, is cui cavendum erat, in possessionem *b* ædium vitiosarum, & vel totarum vel alicujus partis mittitur *l. 15. §. 11. & seq. l. 38. §. 1. eod.* ex primo *c* decreto *l. 15. §. 16. ff. d. t.* quô non veram possessionem, sed saltem custodiam & detentionem rei *l. 3. §. ult. ff. de acquir. poss. l. 5. in pr. ff. ut in possess. legat. & fideicom.* etiam pignus aliquod prætorium *d l. 15. §. 30. ff. de damn. infect. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 114. §. 12. ff. de legat. 1.* consequitur.

Th. XV.

Hac missione si nihil proficitur, intercedente aliquo temporis intervallô *l. 15. §. 21. ff. de dam. infect.* (cujus quantitas in jure non expressè determinata Judicis arbitrio *e* relinquitur. Menoch. *de A. I. Q. cas.* 6. Donel. *15. com. 46.*)

D. STRUV.

a D. 39. th. 15. pr.

a th. 17. in m.

b th. 21.

c th. 23. it. D. 4. th. 65. & D. XLIV. 8. 39.

d D. 26. th. 9. & 11.

e D. 39. th. 24. m.

D.Struv. f dict. th. 24. & D. 44. th. 40. g dict. th. 34. inf.

missus ex justa caussa per secundum *f* decretum verè possidere jubetur, ita ut dominus possessione decedere teneatur *d. l. 15. §. 23. ff. d. t.* & ulteriori cautionis oblationi *g* locus non sit *d. l. 15. §. 33. ff. eod.* sed possidere jussus fiat dominus *d. l. 15. §. 16. & seq. §. 33. ff. eod. l. 1. ff. de fundo dot. l. 5. l. 7. §. 9. ff. comm. divid. l. 3. §. 1. in fin. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 2. in fin. ff. si ex noxal. caus. ag.* Donel. *d. l. c. 46. & ibi* Hillig. *lit. L. cum pluribus ab eo allegatis.*

ipsam, ne obrutum sequeratur reus, & processum ab executione inchoatum.

Fiat Dominus] scil. si & ipse reus talis fuit. Nec enim plus juris in alium transferre quis potest quàm ipse habuit. Nam & rei legatæ dominium ex juris dispositione transit in legatarium, præsupposito hòc, quòd testator id antè habuerit: Cœteroquin usucapiendi solùm conditio, eritque intereà dominus Prætorius. add. Bronch. *d. qu. 90. C. 3.*

Tit. III. De Aqua & aqua pluvia arcenda.

Th. XVI.

h D. 39. th. 1. i thes. 29. pr. th. k th. 28. & th. 33. l th. 30.

Ratione damni, *h* quod metuitur ex aqua pluvia, (quæ quid sit *i* vid. *l. 1. pr. ff. de aq. & aq. plu. arc.*) specialis competit actio, *k* quæ civilis est, *l. 21. ff. de statu lib.* Oldendorp. *cl. 6. act. 11.* & personalis in rem scripta, cùm non solùm adversùs *l* illum, qui opus in agro fecit, ut aqua aliter flueret, sed & in quemvis agri dominum ac possessorem detur *l. 4. §. 2. l. 12. l. 16.*

Th. XVI.

Opus in agro] Actio de aqua pluvia arcenda datur, quando ea nocet, non suâ naturâ; hanc enim servitutem agri inferiores superioribus naturâ debent. *l. 2. §. f. h.* sed opere manu factô, quando sc. facimus, ut aqua major, citatior & vehementior in vicinos influat. *l. 1. §. 1. ff. eod.* Quando itaque Smallinganis longô quidem tempore competierat Jus aquam palustrem per tubulos & fistulas ex agris suis exonerare, & per viam publicam ad flumen deducere, nunc verò catar-

catarrhactam tam amplam, ut naves onustas eò ad flumen transmittere possent, machinabantur, ac vicini intercederent, contra illos Senatus Frisicus d. 29. Dec. 1627. pronunciavit. Sande *L. 5. T. 5. d. un.*

l. 16. ff. de aq. & aq. pluv. D.Struv. Duar. *ad d. t. c.* 1. Oldendorp. *d. l. n.* 2.

Tit. IV. De Publicanis & Vectigalibus & Commissis.

Th. XVII.

Vectigalia populi] Vectigal etiam dicebatur pensio municipiis annuatim pro prædiis emphyteuticis solvenda; sicut quod privatis præstabatur, Canon. Dn. Struv. *S. C. Ex. XI. th. 67.*

Onus reale] Atqui in *l. 21. pr. ff. de Don. int. vir. & Ux.* Maritus solvit vectigal pro uxore. &c. Pro rebus & supellectile quam secum vehebat dum maritum sequebatur.

Th. XIIX.

Inter regalia] locum hunc iisdem Autor *in sua* Disp. *feud. 4. th. ult.* reliquit, ubi vid.

Pœna ambitûs] fortè quòd arroget sibi & am-

Th. XVII.

Tradenda nunc quædam sunt de Publicanis & Vectigalibus. Publicani propriè hîc sunt, qui *m* vectigalia populi Romani, quæ publica dicuntur *l. 16. & ibi* Gœd. *ff. de V. S.* conducta habent *l. 12. §. fin ff. de publican.* quò nomine hodieque illi, qui nomine Principum vectigalia saltem exigunt, & acceptorum rationem iis reddunt, appellantur. Vectigal *n* autem est onus aliquod reale, quod pro *o* mercibus, quæ transvehuntur, fisco solvitur. Klock. *discept. de jur. vectigal. th. 7.*

m th. 35. ib.

n th. 44. & S. F. c. 6. aph. 24. p. 214.

o th. 47.

Th. XIIX.

Vectigalia constituere *p* supremi est magistratûs *l. 3. C. de vectigal.* Clar. *in §. feudum. q. 29. n. 1.* Mynsing. *5. O. 29. n. 1.* unde & inter Regalia connumerantur *c. un. 2. F. 56.* Inferior autem aliquis sine per-

p th. 45. & D. 49. th. 45.

D. STRUV. permissu illius, qui summum habet imperium, vectigalia instituens pœnâ ambitûs punitur *l. un.* §. *3. ff. de L. Jul. amb.* nisi potestatem illam præscriptione tanti temporis, cujus non extat memoria, *q* sibi acquisiverit *c. super quibusd. 26. §. præterea. ext. de V. S. l. ult. C. vectigal. nov. instit. non pos. arg. l. 3. §. 4. ff. de acq. quotid. & æstiv.* Mynf. *d. obs. 29.*

q D. 43. th. 23. & seq.

ambiat munus neutiquàm competens, & modô quoque planè non competente: dubiô procul enim vi compellit vectores. Unde & Dn. Struv. *S. C. Ex. 49. th. 45. n. 5.* Lege Juliâ de vi publicâ teneri ait. Potest utriusque sententia vera esse: sicut & in puncto monetæ corruptæ & falsi crimen & læsæ Majestatis committi statuunt.

Th. XIX.

Publica utilitas *r* vectigalium impositionem & exactionem tuetur. Klock. *d. D. th. 76. lit. a.* modò etiam sint moderata nec nimis gravia. Et olim *s* quidem octava pars ejus rei, pro qua solvendum, locô vectigalis præstari debebat *l. 7. C. de vectigal. junct. l. 2. C. de Eunuch. l. 7. C. de locat.* Sed hodie *t* per consuetudinem, quæ in vectigalibus spectari solet. *l. 4. §. fin. ff. de public.* ab ea quantitate est recessum. Sixtin. *lib. 2. de regal. c. 6. n. 77.* quantumcunque verò sit, in pecunia *u* non

r D. 39. th. 45. pr.
s th. 46.
t eâd. th.

Th XIX.

Publica utilitas] sunt enim nervi Reip. Teste *Cic. pro Leg. Manil.* & Remp. conservant. Hinc cùm Neroni primô sui regiminis quinquenniô voluntas eorum remittendorum incessisset, laudarunt quidem magnanimitatem Patres, sed restiterunt, dissolutum iri imperium arbitrantes. vid. Tacit. *Lib. 3. annal.* Klock. *de Ærar. L. 2. c. 69. n. 1.* & de Contrib. *Cap. 1. n. 56.*

Non rebus ipsis] Num qui vinum aut cerevisiam per loca vectigalium transvehunt, ipsa aperire dolia, & partem vini aut cerevisiæ, vectigalis locô, ex iis præstare cogi possint? Dn. Joh. Marquart. *tr. de Jure mercator. sing. Lib. 2. cap. 3. n. 52.* add. Or-

Ordinatio vinaria Maximiliani Friburgi Brisgoæ 24. Aug.1498. Tit. Von den Fuhrleuten der Wein.

u non rebus ipsis est præstandum. *l.5. ibi, pro rebus. C. de vectigal.* Sixtin. *d. l.* — D.Struv. *u dict. th. 46. & seq.*

Th. XX.

Principes, Comites] add. etiam *Ord.Regim. Wormat. 1521. §. 39.*

Academici & Scholares] De moribus exterarum Nationum testatur Quir.Cubach. *c.3. dec.9. qu.4. p.584. pr.* quod scrinia vel arcas aperiant, & ne Fisco fraus fiat, diligenter inquirant, si quid illiciti inveniant, omnia fisco vindicent. Hinc svadet Limnæus J. *P. Lib. 8. c. 9. n. 18. p. m. 137.* quia consvetæ inscriptioni, quòd bona sint studiosorum, non semper credatur, ut Studiosi literas testimoniales à suo Rectore sigillatas impetrent, quò aurigæ vel nautæ ab ulteriori apertura liberentur, sed in eventum juramento illorum stetur. Quanquàm Ferrarienses contrà

Th. XX.

Vectigal legitimè constitutum pro rebus *x* invehendis & evehendis ab omnibus *y* præcisè est solvendum *l. 7. C. de vectigal.* nisi quis ab illius præstatione sit immunis *z* uti (1.) fiscus *l. 9. §. ult. ff. de public. & vectigal. l. 5. C. eod.* (licèt alii illud locaverit *arg. l. 6. ff. de pignor. l.30. §. fin. ff. locat.* Klock. *d. D. th. 34.*) (2.) Principes, *α* (3.) Comites, & (4.) Nobiles immediati imperii. *Ordin. Regim. August. de an. 1500. tit.* Alle so in des Reichs Regiment. Sixtin. *d. c. 6. n. 100.* (5.) Legati *l. 8. C. de vectigal.* (6.) Clerici *β Auth. item nulla. C. de Episc. & Cler. l. 5. C. de SS. Eccles.* (7.) Academici & (8.) Scholares *γγ Auth. habita. C. ne fil. pro pat.* Sixtin. *d. c. 6. num. 122.* Dantur & res quædam immunes, inter quas olim erant, quæ proprii usûs *δ* caussâ portantur vel vehuntur *l.16. §.9. ff. de publican. l. 5. C. eod.* hodie verò per consuetudinem contrarium observatur. Köppen *decis. 50. n. 34.* Gylman. *decis. 8. n. 5. lib. 1.*

x th. 47.
y th. 48. pr.
z th. 48. n. 2.
α ead. th. n. 1.
β ib. n. 6.
γ ib. n. 7.
δ th. 47. inf.

trà fecerint. Et aliquoties in Italia inverecundiam illorum expertum se conqueritur. add. Dn. Richt. *ad Auth. Habita. part. 3. membr. 2. pag. 48.*

Res immunes] Commeatus militiæ christianæ adversus Turcas mittendus ab omni vectigali immunis declaratus R. J. Ratisbon. 1532. *in pr. §. 8.*

Th. XXI.

D.Struv. Qui nullâ gaudet immunitate nec tamen merces profitetur, sed vectigal defraudat, incidit in pœnam ε commissi, ut res quas vehit, fisco committantur, & dominium ζ earum ipso jure in dominum vectigalis transeat *l. 14. l. 16. §. 10. ff. de publican. l. 2. C. de vectigal.* ad possessionem η tamen consequendam declaratoriâ opus esse Judicis sententiâ, communiter statuitur *l. 7. ff. de jure fisci.* Gail. *2. obs. 51. n. 5. & de p. p. lib. 2. c. 3. n. 11.* Coler. *in process. execut. p. 1. c. 31. n. 84.* Si tamen partem θ saltem earum reticuit, non omnes, sed duntaxat illa pars committitur. *arg. l. 58. ff. ad Trebell. 2. F. 38.* Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 41. ad lit. a.* Pet. Frider. *de mand. c. 43. n. 8.* Persequi ι verò commissa vectigalium Dominus potest institutâ vindicatione *d. l. 14. ff. de publican.* Sichard. *ad tit. C. de vectigal. n. 11.* quæ lapsu quinquennii exstinguitur. *l. 2. C. de vectigal.*

ε *th. 49.* ζ *ib.* ζ *th. 51. pr.* η *th. eâd. in m.* θ *th. 50.* ι *th. 51. pr.*

Th. XXI.

Pœna commissi] Jure Sax. qui ex ignorantia vel negligentia vectigal terrestre sive forense defraudat, triginta solidis; qui aquaticum, quadruplò mulctatur, Landr. *L. 2. a. 27.* qui verò dolosè peccat, arbitrariè punitur, carcere aut mulctâ pecuniariâ. Carpz. *p. 4. C. 41. d. 15.*

Declaratoriâ sententiâ] Quæ non privet, sed retrò eos cecidisse declaret. An verò processus hic coram ipso Domino vectigalis possit institui? Si J. dictione polleat, non dubitandum. *Conf. sup. D. XI. th. 26. n. 2.* Quid si legitimè puniti ad Cameram Imper. Spir. confugiant, & de fracta pace profana conquerantur? *vid. R. J. Aug. 1530. §. 92. circa fin.*

Lapsu quinquennii] Ejusmodi quinquennales præscriptiones obtinent in querela inoff. test. sup. D. 5. th. 17. j. th. 33. inf. h. Separatione bonorum. D. 21. th. 17. Adulterio. v. D. 24. th. 17.

Th. XXII.

Damnum resarc.] Idem Autor inculcat *Disp. feud. IV. th. 21.* ubi vid. & quæ nos *p. 161. seq. ib.* annotavimus.

Actio in factum] Et quidem pura, non noxalis. *l. 1. in f. pr. ff. h. n. t.* vid. Pac. *C. VI. qu. 78.*

Th. XXII.

Pro onere hoc vectigalium & ob tantam in eorum fraudatores pœnam constitutam, etiam transeuntibus securitas κ est præstanda, & damnum à prædonibus illatum à Domino territorii ac vectigalis resarciendum *arg. l. 3. ff. de off. Præs. junct. l. 44. ff. mandat. l. 2. C. de administr. rer. publ. Lib. 11.* Gail. 2. *obs. 64.* Henr. Klock. *d. D. th. 78.* Quin & adversus injurias & avaritiam publicanorum eorumque familiæ & ministrorum illicitum vectigal, licèt citra vim exigentium, edictô Prætoris λ actio in factum est constituta, quâ intra annum alterum tantum seu duplum ejus quod iniq; exactum, cui simplum inest, *l. 5. §. 1. l. 9. §. 5. ff. de public.* post μ annum simplum repetitur *l. 1. pr. ff. eod.* si per vim extortum, ν ipsi extra ordinem plectuntur. *d. l. 9. §. 5. ff. d. t.*

D. STRUV.

κ *S. F. c. 6. aph. 23. p. 213. in f. & p. 214. pr.* It. *in paru. lipom. 4. ad hoc cap. 6.*

λ *D. 39. th. 40. pr.*

μ *th. 40. inf.*

ν *th. 43. ib.*

Tit. V. De Donationibus.

Th. XXIII.

Donatio actus] scil. quia genus omnibus quadrare speciebus debet, aliquando autem ipsâ traditione statim absolvitur, definiri relativè per conventionem & obligationem non potuit, utcunque frequenter in promissionibus subsistat. vid. Gerhard. *Dec. VI. qu. 7.* quæ

Th. XXIII.

Superest in *lib. 39. ff.* materia de Donationibus, quam paucis etiam expediemus. Est autem Donatio actus, ξ *arg. l. 19. de V. S.* Quô donum ο *l. 35. §. 1. ff. de donat. mort. caus.* in aliquem volentem, π *arg. l. 65.*

ξ *D. 40. th. 2.*

ο *th. 9. ib.*

π *th. 8.*

D.Struv. *l. 69. ff. de R. J. l. 19. §. 2. ff.* ρ th.5.pr. *de donat.* volentes ρ *arg. l. 29. ff. eod. l. 82. ff. de R. J.* conferimus. Hæc origine & essentiâ suâ non juris civilis est, sed gentium σ th.1.in m. σ §. 40. *Inst. de R. D.* Hillig. ad Donel. *lib. 5. com. 2. lit. b.* & si fit per traditionem, est modus acquirendi dominii *d.* τ th.11.ib. §. 40. si per τ conventionem, modus acquirendæ obligationis. Bocer. *tr. de donat. c. 3. n. 4.*

quæ tamen in postrema edit. omissa. Riemer. *Dec. V. qu. 6.*

Et si fit per] Conatur sic Autor dubium, quod ex collatione textuum in §. 41. *I. de R. D. & pr. I. de Donat. j. §. f. de Usu & Hab.* resultat, conciliare. Ubi priori locô Donatio juri naturæ, posterioribus juri civ. attribuitur: Ibi pro causa acquirendi; Hîc pro modo, sive acquisitione ipsa habetur. vid. eleg. Frantzk. *Ex. V. qu. 8. n. 13.* add. Gerhard. *VI. 5.*

Th. XXIV.

υ th. 3. Dividitur υ in Donationem Propriam, simplicem & absolutam, quæ ex mera fit liberalitate *l. 1. l. 29. ff. de donat. l. 38. ff. de R. J.* & Nonpropriam seu Relatam, quæ sub certa caussa & conditione in aliquem confertur *l. 1. l. 19. pr. §. 1. pen. & ult. l. 27. l. 34. §. 1. ff. de donat.* Cæterùm cùm certum sit, neminem suum facilè jactare *l. 25. pr. ff. de probat.* In genere de donatione tenendum, eam regulariter non φ φ th.5.in m. præsumi *l. 26. pr. ff. de Donat. c. super hoc. extr. de Renunc. c. quia verisim. in pr. extr. de Præsumpt.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 88. n. 1. 2. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 554.*

Th. XXIV.

Mera liberalitate] An Remuneratoria sit propria donatio? vid. Riemer. *coroll. 5. ad Decad. 5.* Gerhard. *Dec. VI. qu. 8.* quæ tamen itid. in postrema edit. omissa.

Non præsumi] Est enim stricti juris. *th. 26. in f. h.* & donationis conjectura tunc demum capitur, quando alia sumi non potest. Carpz. *p. 2. C. X. d. 28. n. 2.* & *p. 3. C. XI. d. 15. n. 6.* it. *p. 2. C. XII. d. 38. n. 2.* Exceptionem vid. *sup. D. 3. th. 28.*

Th. XXV.

Donare possunt χ omnes, quibus licet alienare; & quibuscunque, nisi prohibeantur. Ita enim donatio à patre ψ in filiumfam. collata non est efficax. *l. 11. C. de donat. l. 25. C. de donat. int. vir. & ux.* Gail. *2. obs. 38.* Nisi juramentô ω de non revocando, *arg. c. quamvis: de pact. in 6.* Clar. *lib.* 4. §. *donatio. q. 8. num. 8.* Mynſ. *2. obs. 33.* Gail. *d. ob. 38. n. 7.* vel morte *a* patris *l. 25. C. de donat. int. vir. & ux.* fuerit confirmata, aut sit renumeratoria. Glos. *in l. 13. C. de collat.* Clar. *d. §. q. 8.* Gail. *d. c. n 5.* Fachin. 3. *contr. 74.* vel etiam studiorum causâ facta. Horat. Lut. *privil. stud. 22.* Sic etiam donatio inter *b* virum & uxorem facta non, nisi certis casibus, de quibus suprà, subsistit. *t. t. ff. & Cod. de donat. int. vir. & uxor.* Filiumfam. autem non solùm de *c* castrensibus & q. castrensibus, sed etiam illis adventitiis, in quibus plenam habet proprietatem, donare posse, non est ambigendum. *Novel. 117. c. 1. §. 1.* Bach. *ad Tr. vol. 2. D. 19. th. 3. lit. c.*

D. Struv. χ *th. 6. pr.*
ψ *th. 7. n. 1.*
ω *ib. circ. fin.*
a dict. th. 7. in m. n. 1.
b ead. th. 7. in f. & D. 30. th. 23.
c D. 40. th. 6. pr.

Th. XXV.

Possunt omnes] An capitis reus? Bronch. C. 3. *qu. 72.*

Nisi juramentô] Alia quoque exceptio est, si pater emancipaverit filium, & quod antè donaverat, non ademerit. *l. 17. C. h. t.* ubi deciditur, si ademturo patri filius resistat, & ipso invitô retineat, nihilominus Patrem dominium retinere: Nam stante patriâ potestate donatio non valebat, quia donari non poterat: tempore emancipationis non subsistit, quia non volebat hoc Pater. Actus autem agentium non operantur ultra eorum intentionem. Carpz. *p. 3. C. 1. d. ult.* Dixeris, Patrem in præjudicium filii pœnitere, ac donationem semel factam revocare non debere. Resp. ex *d. l. 11. C. h.* magis destinationem, quàm perfectam donationem fuisse.

Vel morte] vid. Riemer. *Dec. V. qu. 9.* De jure tamen Sax.

inter vivos statim valida est donatio rerum mobilium. Carpzov. *p.* 2. *C. XII. d.* 22. Mater verò, quia in potestate non habet, validè donat. Id. *ib. d.* 23.

De quibus supra] *Disp. XIV. th.* 26. conf. Bronch. *C.* 3. *qu.* 75.

Th. XXVI.

D.STRUV. Donari possunt res quælibet, quæ sunt in commercio, *d* seu quæ ejus cui donantur, fieri possunt *l.* 9. §. *ult. ff. de Donat. pr. Inst: de Inutil. stipul.* & non solùm pars aliqua bonorum, sed etiam universa *e* bona *l.* 35. §. 4. *C. de donat. l.* 8. *C. de revoc. donat.* sub quibus etiam veniunt jura, *f* nomina & actiones *l.* 21. *ff. de V. S. l.* 49. *eod. l.* 4. *C. quæ res pign. oblig. l.* 37. *ff. de usufr. leg.* Pinel. *ad rubr. Cod. de bon. matern. p.* 1. *n.* 1. Tiraquel. *in l.* 3. *C. de revoc. donat. verb. Bona. num.* 8. & 9. non verò futura, *g arg. l.* 7. *ff. de aur. & arg. leg. l.* 49. *in fin. de R. V.* præsertim cùm donatio stricti sit juris *l.* 22. *de donat. Gl. in l. fin. C. quæ res pign. oblig.* Covar. 2. *var. resol.* 12. *n.* 4. Clar. *d.* §. *donatio. q.* 19. *n.* 2.

d th. 9. *ib.*

e ib. & *th.* 14. *pr.*

f ib. vers. non tamē & D. 35. *th.* 13.

g dict. th. 9. *in m.*

Th. XXVI.

Res quælibet] Sed quid si appareat aliena, tenebiturne donator de evictione? Neg. Bronch. C. 3. *qu.* 70. Idem est de Jure Sax. Landr. *L.* 3. *a.* 4. Secus si res tradita nondum fuisset, tunc ad interesse tenetur. Carpz. *p.* 2. C. 34. *d.* 23.

Universa bona] Utcunque scil. donatio sit titulus particularis. *v. D.* 17. *th.* 5. Bronch. C. 3 *qu.* 71. Ungeb. *Ex. VII. qu.* 5. Riemer. *Coroll.* 6. *ad Dec.* 5. Nec movet, quòd vel majoris bonorum partis donatio præsumatur fraudulenter facta, Carpz. *p.* 2. *C.* 14. *d.* 18. *n.* 10. nedum si omnia bona. ℞. (1.) eliditur ea contrariis præsumptionibus: erat (2.) ibi donatio geradæ, alioquin non facilè permittendæ: omissæque erant solennitates; ex quo suspicio oritur. *Opp.* quòd sic libera testandi facultas pereat donatori. ℞. testabitur utique de pòst quæsitis: Futura enim non continentur. *D.* 14. *th.* 21. non obstante *D.* 12. *th.* 4. Si & hæc donata sint, donatio erit nulla. Carpz. *p.* 2 C. 12. *d* 26.

Stricti juris] *v. th.* 24. *b.* & Pac. *C.* 6. *qu.* 8.

Th. XXVII.

Th. XXVII.

Factum est legitimum] Cujus natura explicatur sup. D. 2. *th.* 13. Effectus verò, quòd scil. obligationem efficacem ad agendum producat, traditur *infr.* D. 22. *th.* 17. Datur autem Condictio ex *lege*, *scil.* 35. C. *h. n.* 1. quòd si stipulatio intervenerit, ex eadem quoque agetur Carpz. *p.* 2. C. *XIV. d.* 8. *n.* 4. 5.

Th. XXVII.

Porrò donatio perficitur vel per *h* traditionem, quà res, quæ donatur, statim traditur; vel per conventionem, quæ olim tantùm erat stipulatio; Justinianus *i* verò eandem quoque vim tribuit nudo pacto *l.* 35. §. 5. *C. de donat.* quod exinde factum est legitimum *k arg. l. 6. ff. de pact.* & necessitatem *l* tradendi rem donatam continet *d. l.* 35. §. 5. *C. de donat* § 2. *Inst. eod.* modò non in futurum, sed præsens tempus fuerit conceptum. Donel. 13. *com.* 22. *in fin.* Vinn. *ad d.* §. 2. *Inst. de donat. n.* 2.

h D. Struv. *th.* 12. *pr.*

i ib. vers. jur. nov.

k D. 6. *th.* 20. *n.* 2.

l ib. vers. utroq; & D. 13. *th.* 107.

Th. XXIIX.

Insinuanda] vid. Gerhard. *Dec. VI. qu.* 9. quæ exulat tamen ab edit. noviss. Solidus autem de Ducato explicatur, ita decisum vid. ap. Carpz. *p.* 2. C. *XII. d.* 12. In jure Sax. Solidus aliquando idem est, quod grossus. vid. Id. *pr. Cr. qu.* 34. *n.* 21. *Qu.* 78. *n.* 23. *seqq. Qu.* 83. *n.* 8. *Qu.* 111. *n.* 73.

Modum excedit] Nam utile per inutile non vitiatur. ita M. Dec. 1612. responsum scribit Carpz. *p.* 2. C. 12. *d.* 17.

Ad pias causas] Donatio enim Ecclesiæ, vel ad pias causas alias

Th. XXIIX.

Interdum vel traditio vel conventio ad donationis perfectionem non sufficit, *m* sed ipsa insuper actis est insinuanda, ubi scil. quantitatem 500. solidorum excedit *d.* §. 2. *Inst. de donat. l.* 34. *l. pen.* §. *ult. C. eod.* quâ insinuatione non factâ, illud tamen saltem, quod legitimum modum excedit, non tota *n* donatio vitiatur. *d. l.* 34. *princ.* & *l. seq.* §. *sin autem* 3. C.

m D. 40. *th.* 10. *pr.*

n ib. circ. fin. vers. quod si.

D. Struv. *3. C. d. t.* Excipiuntur etiam *per l. 36. C. d. t.* nonnulli casûs, *o* quibus insinuatio hæc impunè omitti potest, inter quos non referenda est donatio ad pias *p* caussas *d. l. 35. in fin. C. eod.* præterquàm quæ facta est in *q* redemtionem captivorum, vel in eum, cujus domus incendiô aut ruinâ *r* periit. *d. l. 36. pr.* & §. 2. *C. d. t.* Bocer. *cl. 2. disp. 19. th. 28.* & *d. tract. c. 3. num. 69.*

o th. 11. ib.
p ib. n. 3. vers. non verò.
q ib. n. 3. pr.
r ibid.

alias ultra 500. solidos facta, nihilominus insinuationem requirit: uti M. Febr. 1625. Scabini Lips. responderunt, test. eod. *ib. d. 13.* Absque ullo solido fundamento contrarium decidit Senatus Sabaudicus apud Ant. Fab. Cod. *Lib. VIII. Tit. 36. d. 11.*

Lib. 8. Cod. Tit. 56. de Revocand. donationib.

Th. XXIX.

Donationem ritè perfectam quibusdam ex caussis *s* revocare licet, quas inter potissima est Ingratitudo, *t* cujus quinque species recensentur in *l. ult. Cod. de revoc. donat.* ex quibus si una fuerit perpetrata, locus est revocationi: quæ tamen soli *u* donatori; non etiam ejus heredibus tributa *l. 1. in fin.* & *d. l. ult. C. de revoc. donat.* (cùm quædam vindicta sit injuriæ, quæ heredibus injuriam passi dari non solet §. *1. Inst. de perpet. & temp. act.*) nec adversùs successorem *x* donatarii fortè ingratum extenditur *arg. d. l. 1. l. 7. in f. & l. ult. C. de revoc. donat.* Bachov. *ad* §. 2. *vers. fin. Inst. de donat.*

s th. 14.
t th. 15. pr.
u eâd. th. in m. n. 1.
x D. 40. th. 15. post m. n. 2.

Th. XXIX.

Species recensentur] Ob ingratitudinem donatio revocatur non nisi ex causis in *l. f. C. de revoc. don.* expressis Carpz. *p. 2. C. XII. d. 31.* An & propetereà, quòd donatarius donatori inopi non præstet alimenta? vid. Bronch. C. *2. misc. qu. 36.*

Successorem donatarii;] Cùm is non ut beneficium à donante, sed ut delatam sibi à donatario hereditatem possideat & agnoscat.

Th. XXX.

Th. XXX.

Inofficiosa donat.] Filiis per donationem in legitima gravatis, competit querela inofficiosæ donationis. Carpz. *p.* 3. *C. X. d.* 9. *num.* 4. de differentia autem inter querelam inofficiosæ donat: & inofficiosi testamenti, vid. Id. *p.* 2. *C. XII. d.* 33. *n.* 7.

Usq; ad legitimam] Cur verò non ad exemplum querelæ inoff. testam. tota vitiatur donatio, quæ tamen ad ejus imitationem introducta? prout ex *l. f. C. de inoff. don.* argumentatur Hillig. D. *E. d. l. lit. I.* Ratio differentiæ est, quòd ultimæ voluntates revocabiliores sunt, quàm contractûs, quibus donatio æquiparatur. Vel quod melius puto: Ne defunctus ex parte testatus & intestatus decedat. vid. Frantzk. *Ex. V. qu.* 9. Vinn. *L.* 2. *sel. qu.* 33. Bronch. *C.* 3. *qu.* 73.

Semel probaverit] conf. Aut. *sup.* D. *XVI. th.* 14.

Th. XXX.

D.STRUV.

Revocationi etiam obnoxia est donatio immodica *y* parentum & liberorum, quibuscunque sive extraneis sive quibusdam liberorum, in deminutionē legitimæ facta *l.* 4. & *t. t. C. de inoff. donat.* quæ per *z* querelam inofficiosæ donationis non quidem in totum, sed sive consiliô sive solo eventu legitimam imminuat, saltem *a* usque ad legitimam rescinditur. *d. l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. *C. d. t.* Gail. 2. *obs.* 38. Donel. 19. *com.* 11. Menoch. *consil.* 496. Tulden. *in Cod. d. t. n.* 3. Cessat *β* verò hæc querela, si donatio ipso jure nulla sit *l.* 2. *C. eod.* aut læsus illam semel probaverit. *l.* 6. *C. eod.* vel quinquennium effluxerit *l. ult. C. eod.* Perez. *in Cod. d. t. n.* 9.

y th. 14 *pr.*

z ib. in m. vers. ponitur.

a th. ead. pr. vers. revocatur.

β ib. inf.

Th. XXXI.

Superven. liberorum] Si judiciorum usum & practicam respicias, hodierna Cameræ

Th. XXXI.

Denique donatio magnæ quantitatis ab illo facta qui posteà liberos suscepit, ob nativitatem aut super-

D.Struv. γ *th. 16. pr.* — superveniențiam γ liberorum meritò revocatur *l. 8. C. de revoc. donat.* Tiraquel. *in d. l. 8.* Mynſ. *5. obſ. 63.* Cujac. *20. obſ 5.* Bocer. *tr. de donat. c. 3. num.* 110. Tulden. *in Cod. d. t. num. 3.* Fachin. *3. contr. 85.* quæ ſententia quoque in donatione Eccleſiæ δ facta locum habet. *c. ult. XVII. q. 4.* Rittershuſ. *lib. 4. de different. jur. can. & civ. c.* 21. Et ſi fortè liberi vivô donatore deceſſerint, ob eorum tamen obitum donatio ſemel infirmata non ε redintegratur *arg. l.* 114. §. *6. ff. de legat.* 1. *l. 98.* § *8. ff. de ſolut. l. 77.* §. *1. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. 87.* §. *3. ff. de legat. 2.*

δ *ead. th. in m. verſ. quæ ſanè.*

ε *ib. circ. fin. verſ ſed quid ſi.*

merę interpretatio hæc eſt, quam & communiter admittunt Dd. vid. Bronch *C. 3. qu. 74.* & qui cæteroquin diſſentiunt Riemer. *Dec. V. qu. 18. in f.* Frantzk. *Ex. V. qu. 10. n. 3. ubi n. 4.* pergit, Si veritatem theoricam reſpiciamus, Negativam veriorem videri. Et in ea deprehendi quoque Gerh. *Dec. VI. qu. 10.* ſive *Ex. 3. qu. 26.* eleganțiſſimè verò Vinn. *L. 2. ſel. qu. 32.*

Non redintegratur] Juxta naturale iſtud principium: Mortua non reſurgunt: de quo eſt *diſſ. noſtra de* Reſuſcitatione mortuorum. add. Aut. ſup. D. *XVI. th. 25.*

Tit. VI. De mortis causâ donationibus & capionibus.

Th. XXXII.

ζ *th. 17.* — Donatio non-propria & relata ζ eſt, *v. gr.* Mortis cauſâ donatio, quæ η mortis intuitu & cogitatione fit §. *1. Inſt. de donat. l.* 1. *in*

η *th. 21.*

Th. XXXII.

Mortis intuitu] Non E. ſubjectivè ita dicitur, quaſi à moribundo factam eſſe oporteat; Cùm & is inter vivos donare poſſit: Sed formaliter, quòd ſub recordatione & commemoratione mortis; & ſic à ſano quoque fieri poteſt. Attamen, ſi quinque teſtes non adhibiti, mortis cauſâ donatio, licèt ſub commemo-

moratione mortis facta. Carpzov. *p.* 3. C. *I. d.* 41. Sed in dubio pro donatione inter vivos potius præsumitur Sande. L. 2. *T.* 2. *d*, 4.

Insinuationem] Mortis causâ donationes ratione formæ & modi ineundi, magis contractibus æquiparantur: quoad solennitates judiciales, testamentis judicialibus: Quoad effectum, instar ultimarum voluntatum valent. Carpz. *p.* 3. C. 2. *d.* 1. *num.* 3. 5. 7. Unde & coram Notario & quatuor testibus factæ valent. Id. *ibid.* C. 1. *d.* 32. tempore pestis, coram duobus *ib. d.* 33. & *p.* 3. C. 4. *d.* 3. Quin, licèt ob defectum 5. testium irritæ, jure tamen fideicommissi sustinentur. *dict. d.* 33. *num.* 7. Si tamen insinuentur, non per Procuratorem, sed donatorem ipsum fieri debet. *dict.* C. 1. *d.* 27.

in fin. princ. l. 2. *l.* 35. §. 4. *ff. de mort. caus. donat.* & nullo casu insinuationem, δ sed 5. testes ι requirit *l. fin. C. de don. c. m. l. fin. C. de codicil.* actis tamen à volente sine testium præsentia insinuari poterit, *arg. l.* 19. *C. de testam.* Giphan. *ad l. ult. C. de don. c. m.*

D. STRAUC.

δ *th.* 24. *in m.*
ι *th.* 25. *n.* 2.

Th. XXXIII.

Statim à morte] vid. Aut. sup. *Disp. XVII. th.* 10. & Carpz. *p.* 2. C. 1. *d.* 37. *n.* 1.

Pœnitentia] propter affinitatem cum ultimis voluntatibus. vid. Carpzov. *p.* 2. C. 43. *d.* 10. *n.* 4. & *p.* 3. C. 1. *d.* 23. *n.* 3.

Minus frequentatur] Quantum hujus ma-

Th. XXXIII.

Mortis caussâ donatum, instar legati, κ statim à morte donantis λ fit donatarii *l.* 1. *in fin. l. seq. ff. de publ. in rem act.* ante mortem verò liberatione μ à periculo §. 1. *Inst. de donat l.* 10. *l.* 29. *ff. de m. c. donat.* pœnitentiâ ν donantis *d.* §. 1. & *l.* 30. *ff. d. t.* & denique morte donatarii ξ ante obitum donantis contingente revocatur *d.* §. 1. *Instit. l.* 23. *l. fin.*

κ *th.* 22. *pr.*
λ *ib. n.* 2.
μ *th.* 27. *n.* 1.
ν *ib. n.* 2.
ξ *ead. th.* 27. *n.* 3. & *th.* 22. *in f. n.* 4.

D.Stauv. *fin. ff. eod. l. 19. ff. de R.C.* Hæc etiam de Donationibus: accedendum nunc esset *ad lib. 40.* & materiam Manumissionum; ᵒ quia verò illa usu ᵖ minus frequentatur, eandem studiô brevitatis nunc omittere visum est.

ᵒ *th. 32.*
ᵖ *th. 69. & seqq.*

materiæ servet usus hodiernus, passim admonuit Schulz. *in sua Synops. Inst.* Videtur autem præter scopum Autoris fuisse, id huc congerere.



DISPUTATIO XX.
ad Lib. XLI. Pandectarum.

Respondente

JOH. DANIELE Schäfer / Hanov. Wetterav.

Tit. I. de Acquirendo rerum Dominio.

Th. I.

ACcedimus *ad lib. 41. ff.* in quo nobis materiæ difficiles juxtà & utilissimæ de Acquisitione Dominii, *a* Possessione, *b* & Usucapione *c* proponuntur, quas ordine pertractabimus. Dominium *d* est jus, *e* quô res, præsertim corporalis, nostra est, Wesemb. *in parat. ff. de A. R. D. n. 3.* Bachov. *ad vol. 2. Tr. D. 20. th. 1. lit.* 1. Bocer. *cl. 5. D. 3. th. 1.* dicitur à re quæsita eodem sensu Proprietas *l. 9.* §. 3. *junct.* §. *6. & 7. l. 36. d. t.* Donel. *9. com. 9.* Giphan. *in rubr. ff. de A. R. D. n. 8.*

D. Struv.

a D. 41. th. 1.
b D. 42. th. 1.
c D 43. th. 1. it. D. 41. th. 6.
d D. 11. th. 3. it. D. 10. th. 44. & D. 3. th. 88.
e D. 11. th. 4.

Th. I.

PRæsertim corporalis] Non E. excluditur rerum incorporalium dominiũ, utcunque sint qui negant: exsertim enim Usufructuarius in §. *37. J. d. R. D.* Dominus vocatur; non quidem ratione corporis & proprietatis, sed ratione juris & dominationis. *Nil facit* argumentum ab etymologia in contrarium adductum: Dominus à Domo, quæ est res corporalis, dicitur, E. dominia sunt tantùm rerum corporalium. Nam plus est in conclusione quàm præmissis. Damus instantiam: Domus est res immobilis, E. dominium est tantùm rerum immobilium. Pariter *non sequitur:* Dominia ceperunt à possessione, quæ propriè tantùm est corporum, *v. th. 11. b.* Nam & servi à servando dicuntur, non ratione status, sed ratione originis. vid. Ungeb. *Ex. V. qu. 4.* Gerhard. *Dec. 4. qu. 1.* Diss. Donell. *L. 9. c. 8.* ibique Hillig. *lit. B.* ubi alios pro & contra allegat.

Eodem sensu] Scil. quia dominium dixit jus quô res nostra

 est,

est, non potest non sequi, idem sensu haud absimili proprietatem vocari; à re sc. quæsita, quam nobis tribuat. Aliis tamen distinguere placet, ut Dominium significet actum; Proprietas statum: Hæc rem cum personâ jungat, Illud personam instruat. Ita Riemerus Dominium describit: Jus dominandi rei suæ.

Th. II.

D. Struv.

Dominium docendi causâ (ratione graduum tamen, non essentiæ suæ) dividitur in plenum *f* & minùs plenum *l. 17. inf. ff. de R. V. l. 11. C. de act. empt. l. 126. §. 1. ff. de V. O. l. 17. ff. quib. mod. usufr. vel us. amit.* Illud est, quod conjunctum habet usumfructum *d. l. 17. d. t. d. l. 126. §. 1. ff. de V. O.* Hoc, quod ab usufructu est separatum, vocaturque Dominium proprietatis *d. l. 17. ff. quib. mod. Usufr. vel us. amit.* Quod aliàs passim à Dd. communiter Directum *g* dicitur, quatenus opponitur utili, in quo præter jus utendi fruendi aliquid amplius est; quale habet Emphyteuta, *h* Vasallus, *i* Superficiarius *i* &c. Corasf. *6. misc. 20.* Gœdd. *ad l. 27. n. 18. ff de V. S.* Wesemb. *par. ff. si ag. vectig. vel emphy. pet. n. 1. & ibi* Bach. *in not.*

f ib. th. 55. in m. it. S. F. cap. 2. aph. 3. p. 55. in m. & seq.

g dict. D. 11. th. 55. in pr.

h ib. th. 53.

i S. J. F. c. 2. aph. 3. & c. 12. aph. 1.

i D. 13. th. 44. & D. 55. th. 129.

Th. II.

Quòd conjunctum] Vocatur etiam plena potestas, in §. *f. J. de Usufr.* Quanquàm & istud plenum dici potest, quod conjunctum habet liberum disponendi arbitrium: prout enim privatio diversa est, ita habitus quoque diversus erit. conf. Dn. Struv. *S. C. Ex. XI. th. 55.*

Directum] Cùm actiones in gratiam certi actoris, contra certum reum, pro certa re consequenda, ex certo fundamento dentur, sequitur, strictum earum esse usum, & in eo statu nec alii posse actori applicari, nec contra alium reum; & ita conseq. Quòd si necessitas id fieri exposcat, utiles dicuntur, ac describi commodius non possunt quàm Quæ extra nativum statum constitutæ vel alii actori, vel contra alium reum &c. dantur. Idem Vindicationi contingit, ut quandoque alii quàm vero, ut in publiciana; vel pleno Domino, ut in emphyteuticaria detur: Liceatq; sic ab effectu retrò ad causam arguere, Quoties vin-

vindicatio utilis datur, toties pro dominio utili dabitur. Quid enim opus foret, pro verò plenoque & regulari dominio non veram regularemque dare, sed mutuatitiam & præternaturalem vindicationem? Ac licèt ratio hæc rejiciatur, aliis tamen divisio hæc probari potest. Dissent. Riemer. *Dec. IV. qu. 2.* Gerhard. *Dec. IV. qu. 2.*

Th. III.

Ignoranti & invito] Ignorantia hic opponitur scientiæ distinctæ, quâ sc. nescimus, an, quando, ubi, cum quo, quibus legibus contrahat servus: Confusa verò scientia nobis non potest negari, dum utique ad acquirendum comparavimus & constituimus ipsum. Hoc solùm dubium restat, quomodo invito beneficium, contra *l. 69. ff. de R. J. l. 19. §. 2. ff. de Donat.* possit obtrudi. Sed enim, sola protestatio, cui factum contrariatur, nil potest operari. Quamdiu servum retinet, animum quoque acquirendi reverâ retinet, licèt invitum se simulet: Si enim seriò dissentiret, alienare vel manumittere posset. v. Pac. *VI. 96.*

Non tam. indistinctè] conf. sup. *D. IX. th. 24. seqq.*

Procurator] vid. *th. 19. inf b.*

Th. III.

Acquisitio dominii tribus *k* constat: Persona acquirente; Re, quæ acquiritur, & Modis acquirendi. Donel. *4. com 5.* Acquirere sibi potest quisque vel *l* per semetipsum vel per alium. Hic est vel in potestate, ut Servus *m* qui domino ipsô jure, & sic etiam ignoranti & invito acquirit. *l. 10. l. 32. l. 37. ubi* Giphan. *ff. de A. R. D. §. 4. & seq. Inst. per quas person.* item Filiusfam. *n* non tamen *o* indistinctè. §. *1. & 2. Inst. d. t. l. 6. l. ult. pr. & §. 1. C. de bon. quæ lib.* Novel. 117. *c. 1. de quo sup. D. 9. th. 28. & 2. seqq.* vel non est in potestate, ut Procurator, *p* per quem quis possessionem, & ita quoque dominium acquirere potest. §. 5. *Inst. per quas person. nob. acquir. l. 1. C. eod. l. 53. ff. de A. R. D. l. 42. §. 1. l. 49. §. 1. ff. de acq. poss.* Donel. *9. com. 7.* Bach. *ad d. §. 6. Inst. d. t.*

D. Struv. *k D. 41. th. 3.* *l ib. th. 4.* *m ib. n. 1.* *n ib. n. 2.* *o D. 20. th. 62. & seqq.* *p D. 41. th. 5.*

Th. IV.

D.Struv. Res subjectæ acquisitioni debent esse tales, quæ usibus privatorum & *q* commercio vel naturâ suâ, ut liber homo *l. 83. §. 5. ff. de V.O.* vel jure gentium, ut res communes *r* & publicæ *s* *§. 1. 2. 3. Inst. de R. D. l. 2. & 3. seqq. ff. eod. l. 6. pr. ff. de contr. empt.* vel moribus civitatis, ut res divini *t* juris *§. 6. & 7. seqq. Inst. de R. D. l. 1. ff. eod. l. 6. pr. l. 22. ff. de contrah. empt.* non sunt exemptæ *l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt.* Donel. 4. *com. 6.*

q D.3. th. 69. it. S.F. c.6. aph.5.
r dict. D.3. th.75.
s th.74. & 76. ib.
t th.70. & S. F. cap. 6. aph. 5.

Th. IV.

Commercio] Patet hoc ex *D. XI. th. 6. b.* Istud verò, quòd liberum corpus non recipiat æstimationem, vires suas perdit Jure Sax. quod singulis membris hominum certam tribuit æstimationem pecuniariam. Landr. *L. 2. a. 13. & 16.* Quanquàm Carpz. *pr. Cr. qu. 99. n. 29.* aliter etiam respondeat, inter æstimationem corporis, & doloris operarumque impeditarum distinguens.

Communes] quales sunt (1.) Aër: qui aliquibus venalis esse videtur, eò quòd pro molendino alato erigendo licentia impetretur præstitâ pecuniæ summâ. Inde: Wind und Wasser verkauffen. (2.) Umbra: & tamē vectigalis est. vid. Cujac. *L. 10. obs. 7.* (3.) Mare: & tamen occupabile, privatique dominii receptivum esse propugnat Seldenus, contradicente Grotiô: inter quæ summa ingenia definitionem mihi arrogare non audeo: si tamen adstipulandum sit uni, ad priorem accederem.

Th. V.

Modi acquirendi sunt *u* vel juris gentium vel juris civilis *§. 11. Inst. de R. D. l. 1. ff. de A. R. D.* Juris gentium *x* modi præcipui; ad quos cæteri omnes referri queunt, sunt Occupatio, *y* Accessio, *z* Specificatio *α* & Traditio. *β* Gœdd. *ad*

u D.41. th. 6. & D.43. th.2. pr.
x th.7.
y ead. th.
z th. 23.
α th. 36.
β th.55.

Th. V.

Specificatio] Ad tres modos alii reducunt, ut Accessio alia sit naturalis, *§. 19. seqq. J. de R.* D. alia industrialis. *§. 25. seqq.* cui accensent ipsam specificationem. Alia deniq; casua-

ad l. 23. n. 4. ff. de V. S. Ad occupationem pertinet Captura ferarum, γ Captivitas & prædatio bellica, δ ac denique Inventio ε §. 12. *& 6. seqq. Inst. de R. D.*

D. Struv. γ *th. 8.* δ *th. 18.* ε *th. 21. th. 7. & 53.*

Th. VI.

Capturæ species sunt Venatio, ζ Piscatio, η Aucupium. θ Jure naturali feras bestias venari cuilibet licet, non solùm in fundo proprio, ι verùm etiam alieno *d. §. 12. Inst. de R. D. l. 3. ff. de A. R. D.* Sed moribus hodiernis κ Principes ac Magnates jus hoc justis de caussis, quas vid. ap. Wesemb. *in parat. ff. de A. R. D. n. 7.* Ungepaur. *exer. Justin. 5. q. 4. in Nego.* subditis ademerunt & ad se transtulerunt, ita ut privatis ne in proprio quidem fundo venari liceat *c. un. §. 5. vers. nemo retia. 2. F. 27.* idque jure Superioritatis *arg. l. 15. §. 2. ff. de R. V. l. 11. ff. de evict.* non præscriptionis *arg. l. 45. ff. de Usucap. junct. l. 13. ff. de injur.* Bachov. *in not. ad Tr. d. D. th. 3. lit. A.* Hug. Grot. *lib. 2. de jur. bel. c. 2. num. 5.* Franizk. *exerc. Justin. 4. q. 2.*

ζ *th. 9. & S. F. cap. 6. aph. 28. it. aph. 11. n. 3.* η *th. 13. & th. 7.* θ *th. 7. & th. 11.* ι *th. 9.* κ *th. 10. it. D. 12. th. 16. & S. F. c. 6. aph. 7. n. 3.*

casualis s. fortuita. §. 40. *eod.*

Ad occupationem] Quæ sint requisita & quomodo res nullius fiant occupantis? Riem. *Dec. 4. qu. 3.*

Th. VI.

Piscatio] conf. Gerhard. *Dec. IV. qu. 8.* sive *Ex. 3. qu. 8.* Pac. *C. 7. qu. 1.* De Piscatione in provinciis Sax. variæ extant ordinationes, v. g. Augusti, Christiani I. & II. Electorum, Friderici ... Wilhelmi Pro-Electoris & Tutoris, Joh. Georgii I. & II. diversis annis publicatæ, quas vid. in *nov. corp. jur. Sax. part. 1. pag. 49. & 167. part. 3.* de rebus cameralibus *p. 116. seqq.*

Aucupium] hujus quoque curam habuisse Saxoniæ Duces, ex *dict. tr. part. 1. p. 49. p. 166. & fin.* apparet.

Jure naturali feras] Ita B. Ungeb. *Ex. V. qu. 5. in Ajo.* Bronch. *C. 3. qu. 76.* & quòd in alieno quoq; Gerh. *d. l. qu. 7.* An hodienum competat? Ungeb. *ib. in Nego:* negat. An rectè id factum? plurimi negant: Affirmat Gerhard. *d. l. qu. 4.*

Th. VII.

Th. VII.

D. STRUV.

λ *S.F. cap. 6. aph. 11. num. 3. it. aph. 28.*

De venatione subditis nunc ademptâ duo imprimis quæri solent (1.) An Venatio inter Regalia λ sit connumeranda? Id quod asserendum putamus *per d. c. un. §. 5. vers. nemo retia. 2. F. 27. c. un. 2. F. 56.* Vid. Pruckman. *de Regal. §. venatio. c. 1. n. 8.* Sixtin. *lib. 2. de regal. c. 18. num. 47.* Pet. Heig. *p. 1. q. 15. num. 46.* (2.) An venantes contra edictum Principis pœnâ mortis affici possint? Quod negamus. Wesemb. *in parat. ff. d. t. n. 7.* Schneidevvin. *ad §. 12. Inst. de R. D. n. 10.* Köppen. *lib. 1. obs. 72. n. 20.* Hillig. ad Don. *4. com. 8. in fin.*

Th. VII.

Inter Regalia] Scil. quia Principibus jure superioritatis competere cepit, iique jura regalia & majestatica, v. g. dispositionem supremam & legumlationem circa eandem exercent. Quàmvis autem D. Fiebigius *Disp. de Venat. §. 62.* Negativâ nihil putet esse verius aut manifestius, per *l. 9. §. 5. l. 62. ff. de Usufr. l. 26. ff. de Usur.* Autoris tamen affirmativæ vel ex eo pondus accessit, quòd idem sentiat Illustris Dn. Sekkendorff. *delineat. Stat. Princ. Germ. part. 3. cap. 3. Tit. 5. §. 4. p. m. 445.* & ita decisum scribit Carpz. *p. 3. C. 32. d. 17.* add. Autor *Disp. feud. IV. th. 12.* & nos *ibid. p. 147.*

Pœnâ mortis] Cum Autore negat quoque Frantzk. *Ex. IV. qu. 3.* Nec malè tamen certâ ratione admittit Fachin. *L. 1. c. 1.* atque confirmat *L. 6. c. 96. pr.* posse & capitali pœnâ indictâ prohiberi; prout in nostra *Disp. de Sabbatho. cap. 6. num. 18.* defendimus.

Th. IIX.

μ *D. 41. th. 18. & D. 50. th. 38.*

ν *dict. D. 41. th. 18. in m.*

Quæ in bello ab hostibus capta sunt, jure belli fiunt μ capientium *§. 17. Inst. de R. D. l. 5. §. fin. l. 7. pr. l. 51. §. 1. ff. de A. R. D.* Observatô tamen discrimine ν inter res mobiles

Th. IIX.

Sed adde Grot.] Hunc loquendi modum observabis *D. 10. th. 28. inf.* D. 11. *th. 5.* D. 14. *th. 16. post. med.* D. 17. *th. 24. post. med.*

D. 18.

D. Strauv.

les & immobiles, quarum illæ capientibus singulis acquiruntur *d.* §. *17. d. l.5.* §. *fin.* hæ ξ verò publicantur *l. 20.* §. *1. ff. de capt. & postlimin. l. 31. ff. de jur. fisci.* Sed adde Grot. 3. *de jur. bel. c. 6. num. 10.* nec solùm res aliæ, verùm etiam homines servituti ο capientium subjiciuntur *d.* §. *17. Inst. de R. D. l. 7. pr. ff. de A. R. D. l. 36. ff. de religios. & sumpt.* Quod tamen in bellis Christianorum π non ampliùs obtinet, in quibus capti vel permutatione utrinque factâ, vel datô λύτρῳ conventô dimittuntur. Boër. *decis. 178. n. 2. & 3.* Damhoud. *in prax. rer. crimin. c. 82. n. 7. & 8.* Vinn. *ad* §. *2. Inst. de jur. person.*

ξ *th. 19. ib.*

ο *th. 18. post pr.*

π *D. 3. th. 20. & seq. it. D. 40. th. 70.*

D. 18. th. 17. Inf. Istud verò hîc vult Autor, in hac de rerum hostilium acquisitione, distinctionem Grotii inter actûs publicos & privatos huic, rerum mobilium & immobilium, addendam esse: ut tum demum privatis mobilia quærantur, ubi privatus actus occasione belli fiat. Tales actûs, tum privatas velitationes intelligit, tum deposita eorum, qui postmodùm hostes declarantur §. *12. ibid.* Vereor tamen, ut hæc distinctio rem omnem absolvat. Cùm omnis privatorum acquisitio, utrobique fiat ex connivEntia ejus cujus auspiciis bellum geritur, qui res viliores, quales plerumque privatis & injussis velitationibus occupantur, negligit, & militibus animandis relinquit: Ne, si absolutè hoc verum sit, eveniat, ut immobilia quoque & castra fatô ab iis occupata, eorum sint. Cùm tamen ubique Reip. ministri sint & alieni negotii procuratores; non sibi, sed domino operantes. vid. Autor *th. 19. in f. b.* add. Ungeb. *Ex. V. qu. 6.* Gerhard. *Dec. IV. qu. 5.* Bronch. *C. 3. qu. 77.*

Th. IX.

Inventio ϛ est vel rerum, quæ jam antè nullius fuerunt, ut lapillorum & gemmarum in littore maris, §. *18. Inst. de R. D. l. 3. ff.* *de*

ϛ *D. 41. th. 7. & 21.*

Th. IX.

Non prius videnti] Sc. quia certant invicem: Secus si consentiant, ut in *l. 1.* §. *2. ff. de Acquir. poss.*

Totus

D.Strauv. ς dist.th. 7.inf. — *τ th.53.m.* — *υ ead.th. vers. & quidem. it.D.12.th. 15.circ.fin.* — *φ th.54. in m.* — *χ ead.th. c.fin. it. S.F. cap. 12. aph.5. n.3.*

de A. R. D. quæ non priùs videnti sed ς apprehendenti cedunt *arg.* §. 13. *Inst. d.t. l.3.* §.3. *ff. de acquir. possess.* Donell. *4. comm. 10.* vel talium, quæ alicujus fuerunt, ut Thesaurus, §. 39. *Inst. de R. D.* & res habitæ pro derelicto §. 47. *Inst. d.t.* Thesaurus quid sit, τ describitur *l. 31.* §. 1. *ff. de A. R. D.* Hic in suo υ (citra magicas tamen artes) vel fortuitò vel datâ operâ inventus totus fit inventoris §. 39. *Inst. de R. D. l. un. C. de thesaur.* quod & ad locum religiosum φ extenditur *d.* §. 39. modò sit privati non publicus *l.* 3. §. 10. *ff. de jur. fisc.* Pac. *8. ἐναντ. q. 88.* Bronch. *cent. 3. Ass. 80.* Lyckl. *3. membr. ecl. 7.* Quandocunque verò ad fiscum pertinet thesaurus, regalibus χ accensetur. *c. un. 2. F. 56.* Sixtin. *lib. 2. de regal. c. 21. n. 32.*

Totus fit inventoris] Idem in foro Sax. obtinere ac responsum esse, testis est Carpzov. *p. 2. C. 53. d. 6.*

Modò fit privati] Atqui loca religiosa divini juris & nullius sunt, §. 7. *I. de R. D.* Nim. & Romanis & Ebræis usitatum fuit, in suo suos sepelire & sepulchra familiaria habere: fundum itaque ut integrum & conjunctim considerando, quatenus sepulchrum saltim portio ejus est, totus noster est, & ita in ejus accessione sepulchrum quoque: quemadmodum tignô alienô ædibus nostris junctô non minus adhuc totarum ædium domini dicimur. Seorsim verò abstrahendo, sepulchrum divini juris est. vid. de hac Qu. Gerhard. *Dec. IV. qu. 10.* Riemer. *Dec. IV. qu. 5.* Ex parte Ungeb. *Ex. V. qu. 14.*

Ad fiscum] conf. Aut. infr. *D. 25. th. 21. in m.*

Th. X.

ψ D. 41. th. 59.

Res pro derelicto habitæ ψ statim prioris domini esse desinunt & fiunt occupantis §. 47. *Inst. de R. D. l. 1. l. 5.* §. 1. *ff. pro dereli.* quibus ta-

Th. X.

Domini esse desinunt] Atqui solâ voluntate dominium non amittitur. *l. 17.* §. 1. *ff. de Acqu. poss.* R. Factum sepa-

separationis non ad dominium amittendum, sed ad voluntatem manifestandam pertinet; quàmdiu enim separatio non contingit, voluntas non apparet, videtur adhuc dominus esse, quamdiu possidet, quia licèt alienô nomine possidere possim9, non tamen nisi nostrô nomine domini esse. Possessio facti est, & à destinatione pendet, sive, solô constitutô potest mutari, *vid. th. 25. b.*

Navis levanda] vid. Aut. sup. *D. IX. th. 11. p.* 323. Dn. Marquart, *tr. de jure merc. sing. L. 3. c. 4. n. 44. seqq.*

tamen non annumeranda, quæ navis levandæ *a* caussâ in tempestate ejiciuntur §. *fin. Inst. de R. D. l. 8.* D. Struv. *a th. 60. pr.*
ff. de L. Rhod. de jact. vel de rhedâ currente *a* non intelligentibus dominis cadunt *d.* §. *ult. Inst. de R. D.* Utpote quorum dominium à pristino domino non abscessit, adeoque inventor lucri faciendi caussâ ea detinens, & non restituens, vel inventionem publicè non significans *b* furti tenetur *d.* §. *ult. Inst. d. t. l. 43.* §. *4. & seqq. de furt. arg. l. ult. C. und. vi.* Treutl. *d. D. 20. th. 2. lit. h.* & ibi Bachov. Adde Coler. *p. 1. dec. 149.* Schultzen. *in Synops. Inst. ad tit. de R. D. lit. n.*

a th. eád. in m. vers. multo magis.
b th. eád. circ. fin.

Th. XI.

Non est in fructu] Non tam ob rationem ab Imperatore in *d.* §. 37. & Gajo JCto in *l. 28.* §. *1. ff. de Usur.* quàm ab Ulpiano in *l. 27. ff. de Pet. her.* allatam: quæ tamen hactenus solùm militat, ne fructuarius aut B. F. possessor partum sibi arroget, Cùm de cætero

Th. XI.

Accessio *c* est vel Naturalis, vel industrialis: Illa contingit aut occasione rei nostræ, fœturâ *d* animalium §. *19. Inst. de R. D. l. 6. ff. de A. R. D. l. 5.* §. *2. ff. de R. V.* quò pertinet etiam partus *e* ancillarum *l. 7. C. eod.* §. *4. Inst. de jur. person.* qui tamen non est in fructu §. 37. *Inst. de R. D. l. 28.* §. *1. ff. de usur.* aut aliunde (1.) per *f* alluvionem *l. 7. f*

c th. 23. eád. Disp.
d eád. th. in m.
e D. *12. th. 15. inf.*
f D. *41. th. 24.*

D. Struv. §. 1. *ff. de A. R. D.* §. *20. Inst. de R. D.*
g th. 28. (2.) Insulam *g* in flumine natam §. *22. Inst. eod. d. l. 7.* §. *3. ff. d. t.* (cujus
h eâd. th. inf. tamen usus æquè ac fluminis, *h* est publicus *l. pen.* §. 1. *& ult. ff. d. t.*
i th. 31. seqq. Lyclam. *6. memb. 2.*) (3.) alvei *i* mutationem *d. l. 7.* §. *5. ff. d. t.* §. *23. Inst. eod.* Donell. *4. com. 28.* & (4.)
k th. 52. add. D. 11. th. 21. & D. 43. th. 9. circ. fin. fructuum ex re aliena *k* bonâ fide (quæ est possidenti pro dominio *l. 136. ff. de R. J.*) possessâ perceptionem §. *36. Inst. d. t. l. 25.* §. 1. *l. 28. ff. de usur. l. 48. ff. de A. R. D.* observatô tamen inter extan-
l D. 11. th. 22. tes & consumptos *l* discrimine *d.* §. *36. Inst. de R. D.* §. *2. Inst. de offic. Jud. l. 4.* §. *2. ff. fin. reg. l. 22. C. de R. V.* quà de re, ne actum agamus, *vid. sup. diß. 5. th. 25.*

tero in fructu s. reditu utique computetur *l. 8. & 14. de Usur. l. 24.* §. *1. ad L. Falc. l. 91.* §. *f. de Leg. 1.* Vinn. *Comm. maj. ad. d.* §. *37.*

Alluvionem] vid. Bronch. *C. 1. enant. 77.*

Usus publicus] Ratione J. dictionis verò ad eum pertinet, cujus & flumen est: quin & quoad proprietatem attribuere sibi futuras insulas potest Princeps. Carpz. *p. 3. C. 31. d. 12. 13.* de cœtero add. Pac. *C. 6. qu. 93.* Ungeb. *Ex. V. qu. 8.* Gerhard. *Dec. IV. qu. 6.*

Alvei mutat.] conf. eleg. Sande. *L. 5. T. 2. d. 1. & 2.* de Alvei mutatione & exsiccatione. Add. etiam Pac. *C. 6. qu. 88.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 40.*

Fructuum percept. vid. Aut. *sup.* D. *5. th. 24.*

B. F. quæ est possid.] De commodis possessionis vid. *th. 24. b.*

Th. XII.

m D. 41. th. 36. Accessio Industrialis *m* est, quæ merô fit hominum factô per aliquam conjunctionem, ut accidit
n th. 40. (1.) in Textura *n* §. *26. Inst. de R. D. l. 23.* §. *2. ff. de R. V.* & similibus,
o th. 36. & seqq. th. 2. de A. R. D. l. 41. seq. *o* de quibus *vid. l. 26.* §. 1. *l. 27.* §. *2. de A. R. D. l. 23.* §. *3. ff. de R. V.* Do-

Th. XII.

In ædificatione] Ædificans scienter in fundo alieno ædificium & materiâ perdit. Carpz. *p. 3. C. 31. d. 10.* Utrum impensas recuperet? Vinn. *L. 1. sel. qu. 24.* conf. etiam Pac. *C. 6. qu. 90.* Va-

Varias conciliation.] It. apud Ungeb. *Ex. V. qu. 11. it.* Frantzk. *coroll. 3. ad Ex. 4.* Nobis Paulus JCtus *in d. l. 23.* Regulæ insistere: Imperator verò exceptionem adferre videtur, dum in *d. §. 35.* rationem universalem, quâ totum Pauli principium invertat, non adducit, sed solùm ab absurdo aliquo metuit; id quod tamen ubique non imminet.

Donel. 4. *com. 37.* item (2.) ædificatione *p* §. *30. & 32. Inst. de R. D. l. 7.* §. *10. ff. de A. R. D.* (3.) implantatione *q* §. *32. Inst. d. t. d. l.* 7. §. 13. *ff. de A. R. D.* (4.) satione §. *32. Inst. d. t. l. 9. pr. ff. de A. R. D.* (5.) scripturâ *r* §. *34. Inst. d. t. l. 23.* §. *3. ff. de R. V.* (6.) Picturâ *s* §. 35. *Inst. d. t. l. 9.* §. *2. ff. de A. R. D.* in qua tamen hoc est peculiare, quòd ipsa non tabulæ, sine qua esse non potest, sed tabula illi cedat *d.* §. *35. Inst. d. t. d. l. 9.* §. 2. *ff. de A. R. D.* quàmvis obstare videatur *l. 23.* §. *3. ff. de R. V.* Vid. varias conciliationes in *concil.* LL. Nicol. de passer. *p. m. 150. & seqq.*

D. Struv. *p tb. 45. seqq. it. tb. 36.* *q tb. 48.* *r tb. 50.* *s tb. 51.*

Th. XIII.

Quasi mista] Actualis tigni alieni ædibus nostris juncti exemptio tum ipsi domino nullatenus proficua, cùm ad certum usum accommodatum, nusquàm aliò quadret, nisi denuò aptetur, quâ ratione multa ipsi decedunt & debilius redditur: tum verò nobis maximè damnosa est, quia citra concussionem ædificii neque hæc, neque aliûs tigni surrogatio potest fieri, ut tempus & molestias taceamus. Utrique itaque æstimatio, etiam ad alterum tantum aucta, expedit: Domino ædi-

Th. XIII.

Circa inædificationem etiam notandum, quòd ædificans ex aliena materia in suo *t* solo, quàmvis bonâ fide, actione de tigno juncto *u* in duplum à materiæ domino conveniri possit *l. 23.* §. *pen. ff. de R. V.* §. *30. Inst. de R. D.* quô casu tamen actio hæc est rei persecutoria *x* & q. mista, ut illi duplo insit simplum; quæ adversus m. f. ædificatorem est merè pœnalis *l. 1.* &

t tb. 45. pr. *u tb. 46. ib. it.* D. *48. tb. 26.* *x eâd tb. 46. in m.*

D. Struv. & 2. *ff. de tign. junct.* Sutholt. *diss. 4. aphor.* 43. Potest tamen is qui b. f. y tignum junxit ædibus suis, ad evitandam dupli præstationem tignum, si velit, ædibus suis eximere, & domino restituere *l. 7. §. 10. ff. de A. R. D. l. 2. §. 17. & l. ult. ff. ne quid in loc. publ.* Donel. *4. comm.* 33. Vinn. *ad* §. 29. *Inst. de R. d. n.* 3.

y dict. D. 48. th. 28. & seqq.

ædiū, qui tempus lucratur, sumtûs, molestias & ædium ruinam declinat: Tigni autem domino, re suâ hactenus caruisse, in ædificando impeditum fuisse, & pretia rerum intereà aucta, duplicatâ rei suæ æstimatione sufficienter compensantur. Quemadmodum autem actio de eo quod interest, propterea quòd ad duplum detur, vid. *infr.* D. *21. th. 7.* nec Autori mixta dicetur: Ita hæc nostra, licèt adversus M. F. possessorem detur, naturam suam, quâ merè rei persecutoria est, neutiquàm amittet; Cùm, si delicta coërcenda sint, remediis tamen ad id non quadrantibus abuti non erit necesse, præsertim aptioribus non deficientibus: Superest furti nec manifesti actio.

Potest tamen] Ex antè dictis contrarium colligendum videtur: Cùm nulli usui futurum sit domino tignum ad alios usûs aptatum. Accedit, quòd exemptio tigni non concedatur. add. Ungeb. *Ex. V. qu. 10.* Autor infr. D. *24. th. 6. pr.*

Th. XIV.

Specificatione z quomodo juxta materiæ, ex qua species est facta, diversitatem α fiat acquisitio *vid. in §. 25. & 26. Inst. de R. d. l. 7. §. 7. ff. de A. R. D.* ubi hæc traditur regula, β Quòd species non-reducibilis ad pristinam materiam, fiat specificantis: unde sequitur, navem ex alienis tabulis factam, esse illius qui eam fecit, non domini materiæ *l. 26.*

z D. 41. th. 37. pr.
α th. 38. & seqq.
β ead. th. in m.

Th. XIV.

Specificatione] conf. D. *XVII. th. 24.* verb. Mutatione.

Navem] Neque Julianus Minicii opinionem in *l. 61. ff. de R. V.* laudavit, sed potius correxit; Id quod vocula Notat innuere communiter creditur. vid. Connan. *Lib. 3. comm. jur. civ. cap. 6. n. 3.*

n. 3. quem sequitur Ungeb. *Ex. V. qu. 9. in Ajo.* Idem in effectu, quàmvis ratione debiliori, sentit Bronch. *C. 3. qu. 79.*

Vinum aut oleum] de Frumento excusso vid. Pac. *C. 6. qu. 89.* Nec allegata in fine.

l. 26. pr. ff. d. t. γ & vinum ex alienis uvis aut oleum ex alienis olivis factum itidem ad facientem seu specificantem pertinere §. *25. in fin. Inst. de R. D. l. 7. §. 7. ff. de A. R. D.* licèt utrumque exemplum non careat difficultate, ob *l. 61. ff. de R. V. & l. 12. §. 3. ff. ad exhib.*

D. Struv. γ *eád. th. post pr. ib. non obst.*

l. 12. §. 3. ff. ad Exbib. quidquàm movet, cùm ex ejus verbis: Sciret aliena, pateat mala possessoris fides, omnem acquisitionem impediens. vid. Frantzk. *Ex. IV. qu. 4. n. 15.*

Th. XV.

Traditio ficta] Sed quid est, quòd Dominia nudis pactis citra traditionem actualem transferri posse, in *l. 20. C. de Pact.* negatur? vid. Bronch. *C. 2. misc. 39.* an fictio potentior conventione? Nim. in fictione non tam actus tradendi, quàm tempus & titulus finguntur & aliter applicantur; ita, ut quod olim ex titulo v. g. commodati traditum, fingatur hodie, & quidem ex emptione factum. *vid. sup. D. 5. th. 6. inf.*

Error non obest] Dominia

Th. XV.

Ultimus acquirendi modus est Traditio δ sive vera sit sive ε ficta §. *40. 44. Inst. de R. D. l. 9. §. 5. ff. de A. R. D. l. 20. C. de pact.* modò fiat à Domino ζ rei *l. 20. pr. ff. de A. R. D. l. 54. ff. de R. J.* vel ejusdem voluntate η ab alio §. *43. Inst. de R. D.* caussâ quadam justâ ac titulô θ habili praecedente *l. 31. pr. ff. de A. R.* circa quem error ι fortè interveniens non obest, quò minùs tradita res transferatur *l. 36. ff. d. t.* modò utrinque affectus, & in tradente & in accipiente concurrat *l. 55. ff. de O. & A.* Ut autem acquisitio haec procedat, vacuam κ oportet accipienti tradi possessionem *arg. l. 26. ff. de donat. int. vir. &*

δ *th. 55.*
ε *th. 57.*
th. 11.
ζ *thes. 55. requis. 1.*
η *ib. vers. nihil autem.*
θ *th. 56.*
ι D. *16. th. 10.* D. *41. th. 55. requis. 2.* D. *23. th. 9.*
κ D. *41. th. 55. requis.* D. *42. th. 11. n. 2.*

D. Struv. & uxor. l. 3. §. 5. & 7. l. 6. §. ult. l. 22. ff. de acquir. possess. Cont. lib. 1. disp. 8. Hotom. ill. quaest. 11. Bronch. 3. ass. 81. Goedd. ad l. 188. ff. de V. S. & si ex caussa venditionis res tradita sit, pretium λ esse numeratum §. 41. Inst. de R. D. l. 19. l. 53. ff. de contrah. empt. vid. Donel. 4. com. 19.

λ D. 23. th. 110. 11. S. F. c. 8. aph. 9. n. 4.

minia traditione transferuntur, utcunque titulus aliquando non existat. vid. Dn. Struv. S. C. Ex. 8. §. 30. XI. 8. XVI. 10. XXIII. 29. 49. XL. 13. Autor. sup. D. 5. th. 3. add. Vinn. L. 2. sel. qu. 35.

Vacuam] add. th. 21. in m. b.

Pretium numeratum] conf. Aut. sup. D. XI. th. 16.

Tit. II. De acquirenda vel amittenda possessione.

Th. XVI.

Hactenus de Dominio ejusque acquirendi modis: sequitur Possessio, μ quam definimus ν detentionem ξ l. 19. ff. ex quib. caus. maj. l. pen. §. 1. C. de praescript. 30. vel. 40. ann. Theophil. in pr. Inst. de interd. rei ο corporalis l. 3. pr. ff. de acquir. poss. l. 14. l. ult. ff. de servit. Oldend. cl. 2. act. in pr. Donel. 5. comm. 6. cum affectu eam sibi habendi, l. 1. §. 3. 9. 19. 20. l. 3. §. 1. & 6. l. 18. pr. ff. de acquir. possess. Donel. ad l. 9. §. fin. ff. de R. C. Goedd. ad

μ D. 42. th. 1. 11. D. 41. th. 1. ν d. D. 42. th. 3. ξ th. 22. ο D. 41. th. 57. pr. D. 42. th. 10. in m. & th. 16. in m.

Th. XVI.

Definimus detentionem] Possitne dari plena possessionis definitio, quae species omnes complectatur? vid. Vinn. L. 2. sel. qu. 36. Detentio locô generis ponitur, & vicem materiae sustinet: atque aliquando satis est detinere. vid. sup. D. V. th. 23. Quia tamen Detentio factum est, miraberis, quare Autor sup. D. 6. th. 1. juribus in re annumeraverit. Nim. sicuti consuetudo ex meris factis oritur, & tamen ubi ad perfectionem venit, jus evadit; quidni idem in possessione? Quemadmodum enim animalia ἀμφίβια dantur, ita actûs & negocia qua-

quædam in jure dantur, de jure & facto participantia, quæ collecta vid. apud Ungeb. *Ex. VI. qu. 5. in Neg.* add. Fachin. *Lib. 8. cap. 5.* Pac. *C. 6. qu. 95.* Bronch. *C. 3. qu. 96.*

ad l. 115. num. 8. ff. de V. S. D. Strur. Ant. Matth. *disp. pand. 45. th. 10.*

Rei corporalis] vid. paulò infer. *th. 21. b.*

Th. XVII.

Naturalis, Civilis] Possessio aliquando materialiter accipitur, otiosè & *absolutè* pro ipso nudoque insistendi actu, citra intentionem acquirendi per eam dominii, quod tamen naturaliter ex ea resultare dicitur: & quia solâ rei sive corporis detentione contenta est & absolvitur, corpore quoque dicitur consistere, quòd sc. non intret penitius in rei jura. Ita creditorem pignus naturaliter possidere perhibent. v. Bronch. *C. 3. qu. 89.* & Aut. sup. *D. XII. th. 12. in f.* Nec minus Conjux à conjuge stante matrimoniô donata sibi sic possidet. Bronch. *C. 3. qu. 95.* Quid si idem de Misso ex primo decreto asseramus? v. sup. *D. 19. th. 14. & 15.* Aliquando sumitur formaliter & *activè* pro jure; quatenus jus civ. illi facto se associat, intentionem detinentis approbando, sustinendo, certis effectibus instruendo, ita ut ex facto jus resultet; quod non est novum: sicut

Th. XVII.

Dividitur π Possessio in Naturalem & Civilem *l. 3. §. fin. ff. ad exhib. l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi armat. l. 38. § 7. ff. de V. O.* Naturalis ρ est, quando quis rem detinet non animô & cogitatione domini *l. 22. §. 1. ff. de noxal. act. l. 13. §. 1. ff. de public. in rem act. l. 12. pr. l. 49. ff. de acquir. poss.* Civilis σ est detentio rei cum opinione domini aut jure dominii *d. l. 22. §. 1. ff. de noxal. act. d. l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. pen. vers. cùm igitur. C. de furt.* Cujac. *9. obs. 33.* Bocer. *cl. 5. D. 2. th. 16. & 17.* Anton. Matth. *ad §. 5. Inst. de interdict.* Fachin. *8. contr. 5. pr.* dicitur hæc aliàs juris civilis *l. 38. §. 7. ff. de V. O.* item jure consistere, uti natura-

π *th. 5. ib.*
ρ *ib. th. 7.*
σ *th. 6. ib.*

D.Struv. τ dict. th. 5. pr. turalis τ corpore *l. 49. ff. de acquir. poss. l. 10. C. eod.*

sicut in consvetudiene accidit, & in ædium exaltatione. *vid. not. D. 6. th. 22.* Hæc non, ut prior, otiosa est aut extremitatem lambit, sed rem penetrat, afficit, eam detinenti annectit, & singulis momentis de dominio quid adjicit; Unde & in jure consistere dicitur: vel, quòd esse ejus in eo consistat, quòd jus sit, non factum; vel, quòd jus eam introduxerit & conservet, non natura; Sicut servitutes. Animus nimirum & intentio, quæ facto hic conjuncta est, & à jure sustinetur, priorem speciem à posteriori discriminat.

Th. XIIX.

Ratione qualitatis dividitur possessio Naturalis in justam υ & injustam *l. 3. §. 5. ff. de acquir. poss. l. 2. l. 3. pr. ff. uti possid.* Illa est, quando quis rem ex justa caussa possidet, ad quam etiam pertinet, si quis Prætore autore φ possideat *l. 11. ff. de acquir. possess. l. 137. l. 167. §. 1. ff. de R. J.* Hæc, quando ex injusta, qualis est violenta χ & clandestina *l. 6. pr. & §. 1. ff. de acquir. poss.* non etiam ψ precaria *l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. d. l. 22. §. 1. ff. de noxal. act.* Giphan. *ad d. l. 6. ff. de acquir. possess.* Est etiam possessio vel bonæ ω vel malæ fidei *d. l. 3. §. 22. ff. eod.*

υ *th. 18. ib.*
φ *D. 39. th. 24.*
χ *D. 42. th. 18. in m. n. 1. D. 45. th. 100. seqq. th. 150.*
ψ *th. 157.*
ω *D. 42. th. 18 add. D. 10. th. 54 seqq D. 11. th. 18. seqq.*

Th. XIIX.

Prætore autore] qui sc. misit in possessionem. vid. sup. *D. 19. th. 14. seq. th. 26. b. & D. 21. th. 15.*

Non etiam precaria] Precarium est species contractûs commodato proxima, hôc tamen differens, quòd ad nutum concedentis res sit restituenda, licèt usui nondum sit adhibita; quod, si in commodato contingeret, contrariæ actioni ansam daret. Postquam itaque licitô quôdam titulô res transfertur, nulli vitio obnoxia est hæc detentio, quamdiu dependentiam agnoscit is, qui accepit. Quàm primùm verò inficiatur, possessione autorem suum dejicit, ac verè quidem, sed vitiosè possidere incipit. Hinc etiam est, quòd Cujacius *L. 9. obs. 33. in m.* reliquis possessionis vitiis, violentiæ & clandestinitati precarium quoq; adnumerat. *Na-*

Malæ fidei] Hujus fecit mentionem *sup. D. 5. th. 24.* Posset alia, ab objecto desumpta, addi, in Veram, rerum corporalium; & Quasi, rerum incorporalium.

Th. XIX.

Intuitus oculi] Videtur absurdum inde sequi, Quasi plures in solidum queant possidere, quia plures in solidum possunt intueri: quicunque enim se non impediunt in intuitione, illi nec in possessione; si scil. verum hoc est, Intuitionem esse pro possessione. Respondet Duarenus *ad l. 3. §. 5. ff de A. vel A.P. pag. 745. col. 1. in med.* quòd non sit hæc vera ratio aut fundamentum adæquatum; sed à JCto pro similitudine adductum. Ea verò sit ratio, quòd plures non possint eandem rem TENERE; quòd latius sit, quàm Stare aut Sedere. Adde, quòd aliud sit modus nanciscendi, aliud modus retinendi, tuendi, exercendi possessionem.

Modò nostrô nomine] Servus, quia nihil sibi habere potest, non potest nisi Domino acquirere. Liber homo, quia sibi habere potest, alii non antè acquirit, quàm susceptô mandatô procuratoriô facultatem hanc alii quasi locaverit: quod tamen diutius haut durabit, quàm in ea voluntate perstiterit.

Th. XIX.

Acquiritur possessio animô simul *a* & corpore *l. 3. §. 1. l. 8. ff. de acquir. pos. l. 153. ff. de R.J.* Quoad corpus autem nihil interest, quonam corporis utamur ministeriô, *b* adeò ut intuitus *c* oculi *l. 1. §. 21. de acquir. poss.* acceptio clavium *d l. 74. ff. de contrah. empt.* appositio custodis *l. 51. ff. de acquir. poss.* sufficiant; Imò & animô saltem nostrô, corpore autem alienô *e* acquisitio possessionis fieri potest, non solùm eorum, qui potestati nostræ sunt subjecti *l. 1. §. 5. & seqq. l. 3 §. 13. l. 4. ff. eod. §. 4. Inst. per quas pers. nob. acquir.* Sed & procuratoris *f* nostri *§. 5. Inst. d. t. l. 49. §. ult. ff. de acquir. pos. l. 1. C. per quas pers. nob. acq.* modò nostrô nomine eis res fuerit tradita *g* & accepta *h d. l. 1. §. 20.* ubi

D. Struv.
a D. 42. th. 13.
b D. 41. th. 55. in m.
c th. 57. ib. in m. vers. cum lon-ga.
d ib. in f.
e th. 55. circ. fin. n. 3.
f ib. th. 5.
g ibid. in med. q. 1.
h ib. qu. 2.

D.Struv. Duaren. *ff. de acquir. possess.* *l.37.§.ult.l.59.ff. de A.R.D.* Donel. 5. *com.10.*

rit. Quare si tradita ut nobis acquirat, acceptet animô sibi acquirendi, quæsitum: Cui id quæratur, Nobis, an ipsi, an penes tradentem maneat? Nihil agi, quartâ vice inculcat Julianus, *d. l. 37. ff. de A. R. D.* & aliquid tamen agi Ulpianus in *l. 13. ff. de Donat.* statuit. Pacius *C. 7. qu. 90.* conciliat, ut aliquid, â parte sui principalis: nihil, ex parte sua vel extranei agat. arg. cor. quæ Aut. *sup. D. VI. th. 12.* habet. Sed Donellus *alleg. loc.* & ibi Hillig. *lit. C.* dist. ut in dubio, quando voluntas procuratoris non manifestè sit contraria, principali acquiratur. *d. l. 13.* sin apertè ad extraneum vel se directa, nihil agatur. *d. l. 37.* add. Bronch. *C. 3. qu. 91.* Pac. *C. 8. qu. 80.*

Th. XX.

Qui potestati nostræ sunt subjecti, *i* ex caussa peculiari *d. l. 1. §. 5. l. 4. l. 44. §. 1. de ac. vel am. poss. l. 44. §. ult. ff. de usuc.* item procuratores, tutores, curatores, *d. l. 1. §. 20. l. 1. l. 3. C. de acq. poss. l. 27. ff. de admin. tut.* etiam ignorantibus nobis possessionem acquirunt, extra caussam verò peculiarem illi non nisi scientibus *d. l. 1. § 5 d. l. 4. d. l. 44. §. 1. ff. d. t. l. 31. §. 3. ff. de usucap.* Duaren. *in d. § 5. ff. de acquir. pos.* Connan. 3. *comm 8. n. ult.* Cæterum statutô aut consuetudi-

i th. 4. ib.

Th. XX.

Etiam ignorantibus] quoad scientiam scil. distinctam. Hôc ipso tamen, quô peculium demus, & quidem, ut occasionem & instrumentum acquirendi, confusam notitiam habemus; Secus tamen est in dominio. *th. 3. b.*

Induci posse] In Galliis vigere jam tum, asseritur. Commentariô suô consuetudinem quâ *Le mort saisit le vif.* illustravit Andr. Tiraquellus. Quidni E. & alibi possit! Inquias: Possessio plus facti habet, requirit veritatem, oportet eam apprehendi: quomodò enim effeceris, ut patre mortuô vel suus heres possideat ante apprehensionem? *vid. sup. D. VI. th. 30.* &c. Hoc ipsum est officium & effe-

effectus omnium fictionum, ut suppleant id reputatione, quod deest veritate. Senatus Romanus cautione fructuariâ inventâ verum usumfr. rebus fungibilibus attribuere nec voluit nec potuit: effectum tamen eundem concessit. vid. *th. 26. b. verb. Morte.*

tudine *k* induci posse, ut D. STRUV. possessio solo animô absque corpore acquiratur communiter statuitur *c. ex literis. 2. extr. de consuetud. l. 1. C. de donat. l. 28. C. eod.* Coras. *6. misc. 13.* Gail. *2. obs. 152. n. 18.* Hillig. ad Donel. *5. com. 8. lit. A.* Clud. *rer. quotid. 3. per tot.*

k D. 42. th. 17. post m.

Th. XXI.

Incorp. propr. non poss.] add. *th. 1. b. verb.* præsertim corporalis. & *th. 16. in m. b.* Quia sc. non sunt entia per se existentia, sed aliorum affectiones & qualitates, ideò nec immediatè ac per se tenentur, sed subjectum suum insequuntur, ac vel mediante illo tenentur; unde & aliqua de iis possessio prædicatur, in *l. 3. ff. si ususfr. pet.* vid. Fachin. *L. 8. c. 20.*

Commercio] argum. *th. 26. pr. b.*

Duo in solidum] Cùm res adhuc sunt in fieri, & in formatione, nondum possunt certum prædicatum admittere, quia amphorâ ceptâ urceus exire & ridiculus mus nasci possit. Sæpius tamen vel à destinatione, vel propter exitum qui apparuit, ab eo denominationem accipiunt, etiam quando adhuc sunt

Th. XXI.

Materia possessionis sunt res *l* corporales *l. 3. pr. ff. de acq. poss.* (Incorporales propriè *m* non possidentur *l. 4. §. 27. ff. de usuc.* sed earum usus habetur pro possessione *l. fin. ff. de servit.*) quæ sunt in *n* commercio *l. 23. §. 1. l. 30. §. 1. ff. de acq. poss.* certæ *o* *l. 3. §. 2. l. 26. l. 43. pr. ff. eod.* & alio possessore vacuæ *l. 2. C. de acq. pos.* Duo enim in solidum *p* eandem rem possidere nequeunt *l. 3. §. 5. ff. de acq. poss. l. 19. pr. ff. de precar.* Duar. *ad d. l. 3. §. 5. ff. de acq. poss.* Hillig. ad Donel. *lib. 15. c. 32. lit. X.* Bocer. *tr. de jur. domin. & Vasall. in feud. lib. 2. c. 1. n. 16.*

l th. 9. pr. & th. 10. ibid.

m th. post med.

n ead. th. pr.

o th 11. n. 1. ibid.

p ib. n. 2. it. D. 41. th. 55. n. 3. D. 41. th. 8.

sunt sub manu. Id quod possessioni quoque contingit, ut possidere, certè vel injustè, dicatur is, qui possessionem alterius invasit, sed alterum nondum dejecit, & sic intentionem suam nondum ad effectum deduxit. Quando itaque vel Ulpianum laudant Autorem opinionis, duos simul & in solidum possidere posse, Unum justè, alterum injustè. *l. 3. pr. ff. Uti possid.* add. *l. 3. §. 7. l. 6. §. 1. ff. de acq. poss.* apparet, eum non tam suam mentem, quàm vel Trebatii & Sabinianorum, vel alienas possessiones invadentium exprimere voluisse. Ut adeò inter possess. distinctam, perfectam, & quæ adhuc est in fieri; Inter dirigentem & dependentem sit distinguendum. add. Cujac. *L. 9. obs. 32.* Duar. *d. l. pag. 744. seqq.* & ad *Tit. uti possid p. 827.* Autor *th. 15. h. & D. 21. th. 27.* Pac. *C. 4. qu. 39.* Bronch. *C. 3. qu. 82. & C. 4. qu. 1. & C. 2. misc. qu. 47.* Frantzk. *Ex. 14. qu. 4.*

Th. XXII.

D. Strauv. Ex pluribus quidem caussis *q* rectè quis possidet, caussam tamen possessionis sibi mutare *r* non potest *l. 3. §. 4. & §. 19. l. 19. §. 1. ff. l. 6. C. de acq. poss. l. 3. ff. de precar. l 33. §. 1. de usuc.* cùm veritas rei solâ animi destinatione mutari nequeat *l. 1. §. 4. ff. de acquir. poss.* dimissâ tamen possessione, quin ex alia caussa possidere idem possit, nihil obstat, *d. l. 19. §. 1. d. t.* Per. Frid. *tr. de mater. possess. c. 12. n. 1.*

q th. 14. ib.

r th. 15.

Th. XXII.

Pluribus caussis] Dominium est creatura juris, atque certum & perfectum habet effectum inde sibi tributum, ita ut quod uno titulô dominii translativô factum est meum, tantopere meum sit, ut nulli alii titulo relictus sit locus. *§. 10. I. de legat. & sim.* Possessio facti & ex natura est, & privigna quasi juris. Sibi ergo; & suo parenti naturali, Detinenti, est relicta, secundùm ipsius intentionem regulanda, ut quousque aut ex quo titulo is detinere voluit, hactenus possessum esse credatur: adeoque tituli ejus plures imperfecti ac variantes dentur, unus alterum insequi & supplere possit. Ita tamen, ut ne sint ficti, sed reverâ contigerint: Natura enim, quæ mater possessionis est, amat veritatem. vid. Bronch. *C. 3. qu. 94.* Pac. *C. VI. qu. 99.*

Th. XXIII.

Th. XXIII.

Alii tradentes] Nim. Titius domum suam Lucio genero locaverat, is verò ut suam Cajo vendiderat & tradiderat, Cajus rursum Sempronio. Titius re compertâ alternativè de possessione retinenda vel recuperanda agens coram Senatu Frisico, ex mente Cujacii, Donelli, Fabri, repulsam tulit 22. Maj. 1624. Sand. *L. 5. T. 4. d.* 1. Quod equidem contra alleg. ab Autore *l. f. C. de Acq. vel retin. poss.* & Autorem nostrum videtur. Sed, ut animô retineatur possessio, oportet illum non vanum aut contra possibilitatem esse. arg. eorum quæ ad *D. 9. th. 11. p. 323. lin. 24.* notavimus. Requiritur nim. ut possessio vel adhuc sit vacua, vel ita quidem occupata, ut facilis sit recuperatio, paratô altero recedere. vid. Bronch. *C. 3. qu. 88. j. qu.* 100. Pac. *C. 10. qu* 53. quæ omnia ipse Autor quoque h. l. innuit. cui add. *c. 51. x. de appell.* Obiter autem ex *h. th.* licet observare limitationem regulæ: Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri. Quia possessio solo animô retinetur, quô non acquiritur.

Th. XXIII.

Retinetur *s* possessio vel corpore & animô nostrô simul; quod constat: vel animô nostrô & corpore alterius *t* v. c. servi, Coloni, Inquilini, Commodatarii & similium *l. 9. l. 25.* §. 1. *l. 3.* §. *8. 18. & 20. ff. de acquir. poss.* qui tamen rem alii tradentes vel deferentes de possessione nostra nihil mutant *l. 30.* §. *fin. l.* 3. §. *8. ff. l. ult. C. d. t.* vel etiam solo *u* animô *l. 30.* §. 5. *l. 3.* §. *7. 8.* 11. *l. 6.* §. *ult. ff. de acquir. poss. l.* 4. *C. eod.* quàmvis nec ipsi in possessione simus, nec nostrô nomine alius *l.* 3. §. 11. *l.* 27. *l. 44. in f. l. 45. ff. d. t.* §. 5. *Inst. de interd.* quàmvis etiam tertius aliquis fundum *x* occupaverit *l.* 3. §. *7. l. 6.* §. 1. *l. 18.* §. 3. *l. 46. ff. de acq. poss.* modò facultate denuo apprehendendi non destituamur *d. l. 6.* §. 1. *eod. l. 1.* §. 24. *ff. de vi & vi arm.*

s D. STRUV. *th. 19. pr.*
t ib. in m.
u th. 20.
x D. 42. *th. 20. in m.*

Th. XXIV.

Th. XXIV.

D. Struv.

Probatur possessio y variis modis, de quibus vid. Treutl. d. D. 21. th. 6. & ibi Bachov. & Hun. Menoch. in remed. retin. poss. n. 561. & seqq. Pet. Frid. d. tr. c. 12. Effectus z ejus sunt quamplurimi. (1.) Enim possessor ratione fructuum acquirendorum α domini locô est l. 136. ff. de R. J. l. 48. pr. ff. de A. R. D. & simil. (2.) verum dominium per tempus lege definitum β usucapit l. 3. ff. de usucap. (3.) ad tuendam γ & recuperandam δ possessionem suam interdictis est munitus t. t. ff. uti possid. Utrubi. De vi & vi arm. &c. (4.) ab onere probationis ε l. 14. l. 2. l. 15. & seq. C. de probat. & (5.) à satisdatione, ζ si immobilia η possideat, relevatur l. 15. pr. ff. qui satisd. cog. (6.) titulum θ possessionis suæ nec allegare nec probare tenetur l. fin. ff. de R. V. l. 11. C. de petit. hered. Treutl. d. D. 21. th. 5. lit. c. & (7.) ubique in pari ι caussa adversariô suô potior est c. in pari. de R. J. in 6. l. 128. ff. eod. Unde & (8.) regulariter possessio ipsi relinqui, nec sequestrari κ debet. c. 1. extr. de sequest. poss. Gail. 1. O. 147. n. 3. Gœdd. tr. de sequestr. c. 1.

y D. 45. th. 121. it. D. 28. th. 48. inf.
z D. 42. th. 4. 23. seqq.
α th. 26. in pr.
β ibid.
γ D. 45. th. 116. & 150.
δ th. 100. & seqq. ib.
ε D. 42. th. 23. inf.
ζ D. 5. th. 25.
η D. 3. th. 61. & seqq.
θ D. 42. th. 23. in m.
ι ib. in m.
κ ib. paulò infer. it. D. 21. th. 49.

Th. XXIV.

Fructuum acquirendorum] vid. sup. th. 11. b.

Dominium usucapit] vid. th. 27. b.

Tuendam & recuperand.] Cur non & adipiscendam? Scil. agimus hîc de fructibus possessionis jam acquisitæ, non verò adhuc obtinendæ: de Interdictis vid. Aut. infr. D. 21. th. 20. seqq.

Ab onere probationis] Quare etiam Autor sup. D. 5. th. 12. Svadebat, ut pro difficultate dominii probandi evitanda possessio quæratur. Quando tamen contra possidentem militat jus commune vel præsumptio juris, tunc possessio non relevat ab onere probandi. Carpz. p. 1. C. 16 d. 23.

A satisdatione] vid. sup. D. 2. th. 17.

Titulum nec allegare] quia grave futurum sit, urgeri reum ad exhibitionem eorum per quæ negocium ipsi fieri possit, arg. sup. D. 2. th. 21.

th. 21. Exceptiones vid. apud Socin. *reg.* 545. Brunneman *ad d. l.* 11.

In pari causa] arg. sup. *D.* 8. *th.* 27.

Nec sequestrari] de sequestro vid. sup. *D.* 10. *th.* 18. add. infr. D. 21. *th.* 27. *in f.*

Th. XXV.

Modò initium] Cùm juxta *l.* 35. *ff. de R. J.* eadem rerum sit dissolutio, quæ constitutio; At verò, possessio solo animô non acquiratur, *th.* 19. *b.* quæsitum fuit, An solò animô amittatur? putat Autor ita esse, si ab animo incipiatur, h. e. ut ipse explicat, si corporalem rei detentionem retinentes, alienô nomine possidere constituamus. Quia tamen fictione brevis manûs hoc expeditur, videtur nobis, neque hôc casu solum animum & destinationem sufficere: quidquid enim vel fictione suppletur, ejus præsentia omninò habetur necessaria. conf. Bronch. *C.* 3. *qu.* 83. Fachin. *L.* 8. *c.* 21. Pac. *C.* 6. *qu.* 96.

Constit. possessorium] Vocatur hoc reale: ad differentiam obligatorii s. personalis, de quo sup. *D.* 8. *th.* 31. *seq.*

Th. XXV.

Amittitur λ possessio à volente, μ perinde uti acquiritur, corpore scil. & animô. *l.* 8. *ff. de acquir. poss.* modò initium amittendi fiat à corpore; secus si ab animo, quia tunc protinus amittitur, licèt res corporaliter adhuc teneatur *l.* 3. §. 6. *ff. eod.* Ad voluntariam hanc amissionem pertinet etiam casus, quando quod nostrô nomine possedimus, alienô nomine possidere constituimus, ν de quo *l.* 18. *pr. ff. d. t.* Unde Constitutum possessorium ejusque clausula hodiè usitatissima, de qua vid. Tiraquel. *in pecul. tract. de constit. possess.* Schneidevv. *ad* §. 5. *Inst. de interd. n.* 110.

D. Struv. λ D. 42. th. 31. μ th. 33. ib. ν D. 41. th. 57. in m. it. D. 42. th. 32. m.

Th. XXVI.

Commercio excepta] In eum enim casum devenit à quo incipere non

Th. XXVI.

Invitô animô ξ amittitur possessio (1.) ex conditione rei pos-

ξ D. 42. th. 34.

D.Struv. ο th.10. in pr. — π th. 17. in m. — ς th. 34. n. 1. — σ ib. n. 2. — τ D. 39. th. 24. — υ D. 42. th. 34. m. & th. 21. — φ d. th. 21. m. th. 22. f. th. 34. f. — χ ibid. th. 34. c. fin. n. 4.

poſſeſſæ, quæ vel commerciô ο exempta *l. 30. §. 1. ff. de acquir. poſſ.* vel in aliam ſpeciem translata *d. l. 30. §. 4.* (2.) ex conditione perſonæ poſſidentis, morte π ſcil. *l. 23. pr. & §. 1. ff. d. t.* & ſubjectione *d. l. 30 §. 3. d. l. 23. §. 1. ff. eod.* (3.) factô quodam v. c. violentâ ς dejectione *l. 3. §. 8. ff. de acquir. poſſeſſ.* aut detentione tertii σ *l. 6. §. 1. l. 7. l. 25. §. ult. ff. d. t.* miſſione Magiſtratûs in poſſesſionem ex ſecundo τ decreto *l. 30. §. 2. ff. eod.* ſubductione & ablatione rei υ mobilis, exceptô φ homine *l. 3. §. 13. & §. 18. l. 15. & l. 47. ff. de acquir. poſſeſſ.* inundatione χ maris *l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. ff. d. t.* vid. Donel. *5. comm.* 12. Bocer. *d. D.* 2. *th. 68. & ſeqq.*

non poteſt: quia enim poſſeſſio tendit ad dominium, ſequitur, quòd, cujus finis & ſcopus eſt impoſſibilis, ejus media ſint fruſtranea. *vid. th. 21. b.*

In aliam ſpeciem] conf. *th. 14. b.* caſum invenies apud Sandej. *L. 5. T. 2. d. 1.*

Morte ſcil.] Sed an non ipſo jure tranſit poſſeſſio ad heredem? Ita videtur colligendum ex *th. 20. b. verb.* ſolô animô: & adſtipulatur Carpzov. *p. 3. Deciſ. 225.* Sed diſſent. Dn. Eichel. *diſp. Inaug. de tranſitione poſſeſſionis in hered.* conf. D. 16. *th. 1. & th. 30. b.*

Violentâ dejectione] vid. D. 21. *th. 30.*

Miſſione in poſſ.] vid. D. 19. *th. 15.* Bronch. *C. 3. qu. 90.* Ratio ſumenda ex *th. 21. in f. b.*

Tit. III. de Uſurpationibus & Uſucapionibus.

Th. XXVII.

ψ D. 41. th. 1. & 6. it. D. 43. th. 1. — ω ib. th. 4.

Tranſimus ad Uſucapionem, ψ quæ definitur ω Adjectio dominii per continuationem poſſesſionis temporis lege definiti *l. 3. ff. de*

Th. XXVII.

Definitur] de quâ defin. conſul. Bronch. *C. 2. miſc. qu. 41.*

Nulla ferè eſt] ſupereſſe tamen adhuc aliquam,

de Usucap. Inter hanc & præscriptionem hodie nulla ferè est *a* differentia *l. un. C. de Usuc. transform.* Treutl. *vol. 2. D. 22. th. 1. lit. h.* Arum. *exerc. Inst. 6. th. 3.* Requiritur autem ad usucapionem rerum habilium *b* ex parte Usucapere volentis bona fides, *c* justus titulus, *d* & possessionis continuatio. *e* Quoad bonam fidem, de jure civili sufficit eam adfuisse in initio *f* traditionis, mala verò superveniens non nocet. *l. 15. §. ult. l. 44. §. 2. ff. de Usucap. l. un. C. de usucap. transform.* Jure verò Canon. *g* semper & ubique & omni tempore eandem adesse oportet *c. vigilanti. & c. ult. ext. de præscript. c. 2. d. R. J. in 6.* mala tamen post completam usucapionem obveniens *h* eandem non rescindit. *gl. in d. c. ult. & ibi Canonist. extr. de præscript.*

D. Struv. *a th. 5. ib.* *b th. 8. & 9.* *c th. 12.* *d th. 14. & th. 30. seqq.* *e th. 12.* *f th. 13.* *g ib. & th. 21.* *h th. 42.*

quam, tum aliunde, tum ex ipso Autore D. 22. *th. 5. inf.* apparet.

Sufficit in initio] Cùm cujuslibet rei initium ejus caput habeatur, *conf. §. 34. J. de legat.* Et verò caput olim sedes animæ crederetur, satis tunc erat, sub initium dum caput, dum anima rei formatur, vitia nulla irrepsisse: Si quæ pòst accederent, non tam essentiæ, quàm integritati rei adhærere putabantur. Nec obst. *l. 4. pr. ff. Pro suo.* Cùm ibi non tam refutet Trebatium Pomponius, quàm declaret. Taceo, rem vitiosam ibi supponi.

Jure Canon.] Neque per hoc tota usucapionum materia evertitur, & ad pristina litigia reditur; quia non semper constat de mala posidentis fide, sed adhuc ex longa possessione præsumitur bona fides. Carpzov. *p. 2. C. 3. d. 7.* add. Ungeb. *Comm. Decretal. h. t. n. 6. seqq.* Brandmyll. *Comm. pag. 321.* Bronch. *C. 4. qu. 6.*

Post completam] vid. Bronch. *C. 4. qu. 7.*

Tit. X. Pro suo.

Th. XXIIX.

D.Struv. Justus titulus est causa ad transferendum dominium habilis, *i* quæ multiplex, prout ex *l.3. §. antepen. ff. de acquir. possess.* & ex titulis hujus libri posterioribus videre est, inter quos etiam titulus Pro suo, *k* qui generalis, cohærens omnibus cæteris caussis *l. 1. ff. pro suo.* sine quarum aliqua præcedente solus ad usucapionem non sufficit *l. 27. ff. de usuc.* Oportet autem causam adesse reverâ & *l* absque errore *d. l. 27. ff. §.6. Inst. eod.* nisi justus sit & probabilis error, qui usucapioni non obstat *l. 2. §. 15. & 16. l. 11. ff. pro empt. l. ult. §. 1. ff. pro suo. l. 48. ff. de usuc.*

i D.43. th. 11. in f. th. th.14.

k th. 41. seq.

l dict. th. 14.

Th. XXIIX.

Qui generalis] & in eo similem habet naturâ cum Condictione sine causa, de qua vid. Dn. Struv. *S. C. Ex. 18. th. 47. it.* Exceptione doli. Id. *ib. D. 46. th. 35. in f.*

Reverâ &c.] Non solùm titulus ad usucapionem perficiendam est necessarius qualitercunque. vid. Bronch. C. *2. misc. qu. 42.* Sed & verum; non confictum & imaginarium esse oportet. arg. *th. 22. pr. b.*

Th. XXIX.

Denique & continuatio *m* possessionis requiritur *§. 7. Inst. l. 4. §. 15. l. 13. §. 2. l. 20. l. 25. l. 31. ff. de usuc. l. 2. C. de præscript. long. temp.* per certum lege definitum tempus, quod non à momento in momentum, sed *n* à die in diem computatur *l. 6. & 7. ff. de usuc. l. pen. pr. de divers. & temp.*

m th. 17. pr.

n ib. vers. sufficit. it. D. 46. th. 32.

Th. XXIX.

Continuatio] vid. Bronch. C. *4. qu. 12.*

Quod computatur] Qualia sunt negocia, talis & adhibetur computatio. In præscriptione, quia defensionem continet, atque exceptionem tribuit, & sic ad Jus naturæ pertinet, momentanea servatur computatio; Natura quippe vult in facto impleri, nec admittit fictionem. Exempla vid. sup. D. 4. th. 7. & 18. infr. D. 22. th. 5. in f.

Usu-

Usucapio juris civ. est, civilem E. & laxiorem admittit computationem, ita ut dies ceptus habeatur pro completo. add. Pac. *C. 8. qu. 51.*

temp. praescript. Don. *5. com.* D. Stauv. *19.* Bronch. *4. ass. 8.*

Th. XXX.

Quae fit vel &c.] Sic & Hostilitatis, pestisve tempore nulla currit praescriptio. Carpz. C. 2. *Decis. 116.*

Per lit. contest.] Ita tamen ut exitus sententiae spectetur: conf. *not. ad* D. *5. th. 24. inf. verb. rescivit. pag. 218. inf.*

In successorem] Atqui morte finitur possessio. *th. 26. h.* E. & usucapio. conf. Bronch. C. *3. qu. 84.* Nim. praesupponitur, heredem possessionem apprehendisse, potest ergo suo tempore jungere & annectere temporibus defuncti.

Quam particularem] v. g. emptorem. vid. Carpzov. *p. 2.* C. *4. d. 17.*

Th. XXX.

Continuationi possessionis & sic quoque Usucapioni obstat Usurpatio *o* h. e. Interruptio, quae fit vel naturaliter, *p* possessione rei reverâ in alium translatâ *l. 4. §. 22. l. 15. ff. de usucap. l. 30. §. 4. ff. de acquir. poss.* vel civiliter, *q* per litis contestationem *l. 10. C. d. t. l. 10. C. de long. temp. praescript.* In successorem tamen tam universalem *r* quàm particularem, non attentâ mutatione, possessio continuatur *d. §. 7. & 8. Inst. de usucap.*

o th. 27. pr. & D. *46. th. 30.*
p d. th. 27. D. *43.*
q th. 28.
r th. 18. in m.

Th. XXXI.

Ab aequitate] Atqui impium dicitur praesidium, in *N. 9. in med.* & Improba temporis allegatio. Nim. Non in thesi hoc affirmatur, quasi Quicunque usucapionem praetendit, improbus sit, aut ipsum

Th. XXXI.

Finis Usucapionis est bonum publicum, *s* ne scil. rerum dominia sint in incerto *l. 1. ff. pr. Inst. de Usuc.* & ut litium aliquis sit finis *l. 5. ff. pro suo.* Unde patet, illam ab aequitate non esse alienam *arg. l. 28. ff. de V. S. l. 16. ff. de fund.*

s th. 2. it. D. *8. th. 76. in m.*

D.Struv. *dot. l. 203. ff. de R. J.* Effectus est justi & pleni dominii *t* acquisitio *l. 20. C. de pact. §. ult. Inst. de us. & hab.* Duar. *ad tit. de Usuc. c.5.*Coras. *6. miscel. 20.*

t th.1. 4. 19. in fin. it. th.42.

ipsum remedium in se illicitum; Sed in hypothesi, quando scientes, Ecclesiæ quid deberi, tamen solô 30 annorũ lapsu se tuentur. 5.

Dilatavit enim Imperator præscriptiones Ecclesiasticas. add. Bronch. *C. 4. qu. 2.*



DI-

DISPUTATIO XXI.
ad Lib. XLII. & XLIII. Pandectarum.

Respondente

FRANCISCO HENRICO KNOST, Bielf. Westph.

Tit. I. De Re Judic.

Th. I.

R*Es judicata*] Sumitur vel Participialiter & adjectivè, ac dicitur confestim ac sententia lata est, etiam ante lapsum fatalium *l. 7. l. 11. pr. ff. de transact. l. 40. §. 1. ff. de Pact. l. 14. C. de Appell.* vel Nominaliter & substantivè, & denotat statum sententiæ in quem post fatalia commigravit: germ. Das Urtheil hat Krafft-Rechtens erreicht/ qui loquendi modus fundatur in *th. 5. b.*

Th. I.

RES α judicata est, quæ finem controversiarum pronunciatione Judicis accipit; quod vel condemnatione vel absolutione contingit. *l. 1. ff. de re jud.* Pronunciatio Judicis litem definiens vocatur Sententia, β *l. 32. ff. eod. l. 1. §. ult. ff. ad Sc. Turpil.*

D. STRUV. α D. 44. *th. 2. j. th. 10. lin. 6.*

β *th. 3.*

Vel Condemn. vel absol.] Licèt his ipsis verbis præcisè uti non teneatur, rem ipsam tamen observare debet: quia utrumque in eadem sententia jungere, & quoad diversa capitula alterum damnare, alterum absolvere; unum eundemque damnare vel absolvere potest. Jussus tamen & svasio Judicis pro sententia non habetur. vid. *sup. D. IV. th. 11.*

Th. II.

Duplex est] Quæ divisio nentiquàm æquivoci in sua æquivocata, sed generis in species

Th. II.

Ea duplex est, γ Definitiva & Interlocutoria. Marant. *de sentent. n. 33.* Wes. *in parat. ff. de re judic. n. 4.* Hæc,

γ *th. 4. & 10. in pr.*

Hæc, δ quæ sententiæ nomine expressè indigitatur *l. 39. ff. de Minor.* Umm. *disp. 19. n. 15.* super articulo quodam incidenti aut emergenti fertur. Duar. *in l. 1. ff. de re judic.* Illa ε controversiam principalem, cujus scil. caussâ judicium cœptum est, determinat. Pract. Ferrar. *tit. 20. gl. 1. n. 2.* Marant. *d. l. n. 3.* Utraque ferri debet ab eo, ζ qui super caussa notionem habet *t. t. C. si à non competent. jud.* & si plures η sint Judices, non nisi omnibus præsentibus θ ferri potest *l. 39.* & ibi Zas. *n. 1. ff. de re jud.* in quorum dissensu ι sententia pro parte favorabiliori data est præferenda *l. 38. ff. d. t. c. fin. extr. de sentent.* Donel. 27. *com. 1.*

D. Struv. δ *th. ead.*
ε *ib. in f.*
ζ *d. D. 44. th. 5. j.* D. *19. th. 10. & 12.*
η *d. D. 44. th. 8. conf. D. 8. th. 99. in f.*
θ *d. D. 44. th. 8. lin. 5.*
ι *ib. lin. 7. conf.* D. *8. th. 102. vers. sciendum.*

cies est. Licèt enim Interlocutoria non definiat controversiam principalem, istud tamen caput super quo fertur, definit: Imò aliquando ipsius caussæ principalis decisio inde pendet, adeoque & appellatio ab eadem recipitur. vid. *infr.* D. *25. th. 7.*

Favorabiliori] An non verò sic emerget casus pro amico, quem tantopere Autor *th. 6. in f. b.* abominatur? R. Judex non habet opus personæ favere, ubi lex favet causæ. Quomodo de cœtero allegata *l. 38. cum l. 28. eod.* concordet? v. Pac. *C. 7. qu. 6.*

Th. III.

Ferri κ debet sententia adversus illum, qui vel suô vel alterius nomine judicium suscepit *l. 1. ubi glos. & Dd. C. de sent. & interloc.* (hodie ex stilo λ Cameræ non nisi in personam domini Mynl. *6. obs. 11.* Gail. 1. *obs.* 111. *num. 2.* præ-

κ D. 44. *th. 9.*
λ *ib. in f.*

Th. III.

Injuriarum] Reservamus hoc ad D. 24. *th. 10. in f.*

Non Tertium] Inter ipsos litigantes jus facit. *th 8. in m. b.* aliis nec prodest nec obest: adinstar pactorũ. conf. Dn. Struv. *S. C. Ex. VI. th. 47.*

Nec Absentem] Præprimis quando planè non citatus sit. *sup.* D. *2. th. 14. j.* D. *3. th. 19.* Quan-

Quando de cœtero absens damnari possit? v. Pac. *C. 7. qu. 9.* Quomodo contra absentem in criminalibus procedendum? Aut. *D. 24. th. 15.* Aliàs hîc solet opp. *l. 53. § 1. de V. O. l. 26. de R. J.* &c. Cujus præsentia ad solam notitiam & consensum vel dissensum explorandum requiritur, illius citatio potest negligi. Sed Rei conventi præsentia ad ejus culpam vel innocentiam explorandam requiritur, E. non potest omitti.

Mortuum] An E. judicium etiam ceptum morte litigantium extinguitur? Neutiquàm verò, sed heredes ad processum reassumendum tenentur: contra quorum malitiam & tergiversationem medela ex voto multorum reperta est *in noviss. R. I. 1654. §. 99.* vid. Carpz. *Process. Tit 6. art. 4. it. p. 1. c. XI. d. 36 it. Lib. 3. Resp. 24. & Cent. 1. Decis. 36.* Brunnem. *ad l. 23 C de Procur.*

Ut Judici] nempe ex actis & allegatis partium: Ne, si ex privata scientia suppleret, suspicionem incurrat. conf. tamen loca in *D. 2. th. 14. D. 13 th. 18. D. 22. th. 10.*

præterquàm in caussa injuriarum Gail. *d. l. n. 3.*) non contra Tertium *l. 63. pr. ff. de re jud. l. 1. ff. de except. rei jud. tit. Cod. inter al. act. vel judic. al. non noc.* nec in Absentem, μ nisi fortè contumax ν existat *l. 7. & auth. qui semel. C. quom. & quand. jud.* multò minus Mortuum, modò de morte ejus Judici constiterit ut Judici. Guid. Pap. *decis. 86. n. 2.* Gail. 1. *obs. 109. n. 4.* D. Struv.

μ *conf. th. 5. d. D. lin. 6. cum D. 5. th. 10. & D. 8. th. 102.*

ν *d. D. 44. th. 5. lin. 8. cum D. 9. th. 69.*

Th. IV.

Satis auditus] Facit huc sæpe alleg. *th. 14. D. 2.*

Conclusum] quia scil. ulterioribus allegationibus renunciatur & ad sententiam submittitur; quô nondum factô, damnatus de iniqui-

Th. IV.

Requiritur insuper, ut ille, contra quem sententia ferenda, satis sit auditus, & lite contestatâ, probationibusque receptis caussa ξ plenè cognita ξ *l. ult. §. fin. ff. quod m. caus. c. nullum. c. judicantem. XXX. q. 5. clem. pastoralis 2. ext. de sent. & re jud.* Wesemb. *in par. ff d. t. n. 7.*

ξ D. 44. *th. 5 p. 641 lin 5. 1 D 9. th. 63 64. & seqq.*

D.STRUV. *n. 7.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 9. def. 9. n. 8.* in câque jam conclusum ο Menoch. *a. J. q. 35. num. 8.* Myns. *3. obs. 17. n.* 1. *& seqq.* Gail. 1. O. *107. num.* 2.

ο *D. 9. th. 70. n. 4.*

quitate conqueri posset. Ne tamen protrahant causam, concludere nolentes, Judex etiã hôc neglectô ad sententiam progredi potest, utp. de cujus essentia non est, conclusionem præcessisse. Ita in Camera fieri testatur Geil. *d. l. n. 2.*

Th. V.

Ad qualitatem sententiæ pertinet, ut π libello, statui causæ & actis ϱ conformis *l. 18. ff. comm. divid. l. ult. C. de fideicom. libert.* & quantum possibile, certa σ sit §. *32.* ubi Jason. & Schneidevv. *n. 40. inst. de act.* & non solùm rem ipsam petitam, sed & fructûs τ ac reliquas ejus accessiones, quæ post judicium cœptum litiganti abesse cœperunt, contineat *l. 2. ff. de usur. l. 20. l. 35. §. 1. ff. de R. V. l. 40. pr. ff. de petit hered. l. 31. pr. ff. de R. C.* Donel. *26. com. 4.*

π *D. 44. th. 5. n. 2. p. 641.*
ϱ *ibid. n. 3. It. D. 4. th. 34. lin. 9.*
σ *d. D 44. th. 5. n. 4. p. 642.*
τ *ib. th. 6. pr. cum D. 10. th. 54. & seqq.*

Th. V.

Statui causæ] Judex ante omnia inquirat in pacta conventa & negotii de quo disceptatur, naturam; Nam & hisce conformanda est sententia. conf. Bronch. *C. 4. qu. 16.*

Et actis] An & conscientiæ suæ? *vid. sup.* D. *1. th. 35.*

Certa sit] non solùm ratione summæ comprehensæ, sed & quoad enunciationem ipsam: quæ enim sententia causam non definit, certum sensum non continet, nullius momenti est. vid. Bronch. *C. 4. qu. 17. &* C. *2. misc. qu. 45.*

Fructûs] de quibus jam tum sup. D. *5. th. 24.* Dn. Struv. D. *10. th. 54. &* D. *11. th. 18.* D. *44. th. 6.* De Accessionibus verò Id. D. *10. th. 53. num. 2. &* D. *11. th. 17. pr.* D. *28. th. 64.* De Usuris. Id. D. *10. th. 55. & XI 18. in f.* D. *28. th. 62.*

Th. VI.

Imprimis verò juri υ & moribus probatis *pr. Inst. de off. jud. Auth jube-*

υ *d D 44. th. 5. n. 1. p. 641.*

Th. VI.

Moribus probatis] Idem Assessoribus Cameræ

merx p. 1. Ord. Cam. Tit. 13. §. 1. ibi: Redliche ehrbare Gewohnheiten. Nec minus Curiæ nostræ provincialis. *cap. 15. verb.* So wol alle erbare/ vernünfftige Statuten/ Gewohnheiten und Gebräuche injungitur. Secus si fiat, sententiã ipso jure nullam, nec ullâ appellatione opus fore, pronunciat Autor infr. D. *25. th. 14.*

Casûs pro amico] de his vid. Tiraquel. *de jure Primogen. Qu.* XVII. *opin. 2. p. 550.* Menoch. *de A. I. Q. cas. 177. n. 6. & cas. 339. n. 19. seqq.* & de Retin. *poss. remed. 3. n. 763. seqq.* & Nos in Disp. de Amicitia. *cap. 11. n. 7. 8. 9. 10.*

jubemus C. de judic. l. 13. C. de sent. & interl. Novel. 24. c. 2. Novel. 25. c. 2. Nov. 115. c. 2. & alib. utroque verò deficiente, communi φ opinioni *l. 1. in fin. pr. ff. de off. Quæst. l. 4. pr. ff. de his qui not. infam. l. 51. pr. ff. ad L. Aquil.* Freher. *lib. 1. de fam. c. 2. n. 10.* Gail. 1. *O. 153. n. 5. & 2. O. 39. num. 27.* Aut rerum (si in comparibus terminis haberi possint) judicatarum χ autoritati *l. 38. ff. de LL. l. 3. C. de ædif. priv.* Arum. *lib. 2. decis. 1. n. 19. & seqq. & n. 63. ac seqq.* Wes. *cons. 24. n. 13.* Bocer. *cl. 6. D. 28. th. 14.* congrua esse debet. Casûs autem pro amico ψ nullos agnoscimus, eosque à pio & cordato Judice procul esse debere censemus *Levit. 19, 15. Deut. 1, 17.* Carol. Scriban. *polit. Christ. lib. 1. c. 9.*

D. STRUV.

φ D. 2. *th. 17. in f. & th. 51. in m. 3. D. 28. th. 8. vers. inde Iudex.*

χ D. 2. *th. 53.*

ψ *d.* D. 2. *th. 54. lin. 3.*

Lib. VII. Cod. Tit. 47. de Sentent. quæ pro eo quod interest, profer.

Th. VII.

Vel lucrum cessans] An in eo quod interest æstimando, etiam lucri ratio habeatur? Vinn. *L. 2. sel. qu. 37.*

In casibus certis] Sunt verò contractûs, ex quibus res vel vel factum in obligationem de-

Th. VII.

Quod autem dictum, sententiam certam esse, h. e. ω certam quantitatem continere debere *t. t. C. de sent. quæ sin. cert. quant.* id etiam locum habet, quando incerta

ω D. 44. *th. 5. n. 4.*

D. Struv. a d. th. 5. p. 642. in m. vers. quod si.

certa fuit petitio, veluti ejus a quod interest *l. ult. ff. si quis in jus voc. non ser. l. 68. ff. de V. O.* quod damnum emergens vel lucrum cessans circa ipsam rem continet *l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest. l. 11. pr. ff. ad SC. Trebel. l. 7. C. arb. tut.* Schneid. *ad §. ult. n. 16. Inst. de V. O.* Quod, ut certum fiat, à Judice sic b æstimari debet, ut in casibus certis duplum c ejus, quod principaliter obligatione continetur, cui & simplum d inest, non excedat; in casibus autem e incertis, arbitriô quidem ipsius est determinandum, ita tamen ut quanti in rei veritate intersit, taxatio fieri debeat *d. l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Donel. *26. comm. 13. & seqq.* Bocer. *cl. 6. D. 29. th. 25. & seqq.*

b ib. & p. 643 lin. 5.

c ead pag. vers. atq; in bu.

d ibid. d. vers.

e ib. p. 643. in pr.

deductum certam æstimationem recipit, v. g. venditiones, locationes, permutationes. In stipulationibus autem, licèt certus sit casus, quando certum quid promissum est, attamen non tam ex natura negotii, quàm quòd ita sit conventum: in eam enim non venit nisi quod dictum. *l. 99. de V. O.* In Venditionibus verò & similibus, licèt quandoque accidat, ut Factum aliquod in obligatione versetur, vel genus, vel aliud quid incertum; certum tamen ex certa contractûs natura fieri potest. v. g. in Locatione est factum, ex certa tamen mercede certum fit. *Casûs E. incerti* neq; quantitatem neque naturam neque corpus certum, sed dubiam habent conditionem, nec satis definitam æstimationem. v. g. obligatio faciendi; unde & pœnalem subjici stipulationem necesse est, ad evitandam difficultatem probandi ejus quod interest *§. f. I. de V. O.*

Duplum non excedat] Opp. sup. D. *XII. th. 32.* add etiam Bronch. *C. 2. qu. 84.* junct. Fach. *L. 1. c. 49.*

Th. IIX.

f D. 44 th. 19. pr. j. th. 2. & Ex. 9. th. 73.

Effectus f sententiæ est, quòd elapsis fatalibus interponendæ

gap·

Th. IIX.

Elapsis fatalibus] vid. Infr. *D. 25. th. 9.*

Quàm·

g appellationis, vel alterius *h* remedii suspensivi, rei judicatæ autoritatem consequatur *Novel.* 23. *c.* 1. *Nov.* 119. *c.* 5. Auth. *hodie. C. de appel.* (quàmvis ad consilium prudentum fuerit lata. Bach. *ad Tr. d. D. th.* 2. *lit. b.* Carpzov. *in jurisp. for. p.* 1. *const.* 26. *D.* 1.) & exinde *i* actio simul & exceptio *k* judicati oriatur *l.* 4. *pr.* § *seq. l.* 6. §. *ult.* & *pass. ff. de re jud.* §. 5. *Inst. de except. t. t. ff. de exc. rei jud.* Quòd item inter *l* litigantes *l.* 3 *pr. ff. de agnosc. lib. l.* 25. *ff. de stat. hom.* non etiam alios *m* jus faciat *t. C. quib. res jud. non noc. t. C. inter al. act. vel jud. l. pen.* & *ibi Dd. ff. de re jud.* Nec prætextu novorum *n* instrumentorum retractari possit *l.* 35 *ff. l.* 4. C. *de re judic. l.* 12. §. 3. *ff. de bon. libert.* Mynsing. 4. *obs.* 60. Wesemb. *in par. ff. de re judic. n.* 2.

D. Struv.
g D. 50. th. 9. & D. 44. th. 10. in f.
h D. 9. th. 72.
i D. 44. th 13.
k ib. cum D. 46. th. 26. in m.
l D. 44. th. 10. in f.
m ib. th. 22. j. D. 46. th. 23.
n D. 44. th. 11. cum D. 17. th. 55. & 56.

Quàmvis ad consilium] Putârunt aliqui, quasi sententia publicata à Judice, prout à Facultate Juridica vel Scabinatu concepta est, non insertô Judicis nomine, semper retractari & revocari possit à Partibus & Judice, quàmprimùm peritioris consilium haberi possit: Quia non suô, sed Scabinatûs nomine: non in tempus præsens pronunciat, Condemno; sed in futurum: Damnandum censemus. Quapropter suadent, ut Judex prius acta resignet & constructionem mutet. Verùm, eo ipso quòd Judex ita legit, approbat quoque & consentit, & potentiam transfert ad actum. v. Brunnem. *ad l.* 4. *C. Si advers. libert.*

Exinde actio] de qua conf. sup. D. 8. *th.* 22. *in m.* & infr. D. 23. *th.* 17. *circa f.*

Exceptio judicati] De qua vid. infr. D. 21. *th.* 4.

Non etiam alios] Add. Aut. sup. D. 2. *th.* 31. *in m.* Bronch. *C.* 2. *misc. qu.* 44. Pac. *C.* 9. *qu.* 97.

Th. IX.

Post elapsum tempus judicato præstitutum (quod in actione personali *o* est quadrimestre *l. ult.* §. *ult.* C. *de usur. rei jud.* in reali *p* præsens aut arbitrarium *l. 31. pr. ff. de re jud.* §. *2. Inst. de off. Jud.* Menoch. *arb. c. 28.* Giphan. *ad l. 25. n. 72. ff. de O. & A.*) si ei non satis fiat, ad *q* executionem proceditur in res *r* ipsas, in quas condemnatio facta est, si haberi possint; si non, in earum *s* æstimationem: quòd si debitum sit petitum, in quævis bona captis *t* pignoribus juxta ordinem bonorum *in l. 15. ff. de judic.* propositum, de quo vid. Umm. *D. 23. n. 22.*

D. Struv. *o d. D. 44. tb. 19.* *p ib. lin. 3.* *q tb. 17. j. D. 9. tb. 73.* *r tb. 18. princ.* *s D. 9. tb. 70. j. D. 11. tb. 27.* *t d. D. 44. tb. 18. lin. 6. & 7.*

Th. IX.

Tempus judicato] Jure Sax. Electorali in realibus datum est spacium quatuordecim dierum. *Ord. processs. Elect. Tit. 39.* §. Nemblich/ wenn ein Urtheil. in personalibus Terminus Saxonicus, h. e. sex septimanæ & tres dies. *ibid.* §. Wann aber das Urtheil. In nostris Provinciis terminus Sax. indistinctè. *Ord. Cur. provinc. Ien. cap. 38.*

In res ipsas] Per immissionem. *v. tb. 15. b.* Addit Autor, si haberi possint: De rei debitæ interitu vid. *sup.* D. *5. tb. 25.* De æstimatione autem D. *8. tb. 33.*

Iuxta Ordinem] conf. Aut. sup. *D. 12. tb. 19. inf.* Ord. processs. Elect. *dict. T. 39.* §. Anfänglich zwar. Ord. Cur. provinc. Jen. dict. *c. 38. vers.* Sonsten aber. Carpzov. *Process. T. 25. a. 2.*

Th. X.

Executio contra victos regulariter fit in *u* solidum, nisi beneficium habeant *x* competentiæ, ob quod ad ulterius, quàm facere possunt, non tenentur, quales sunt *y* Parentes, *l. 16. ff. de re jud.* Liberi *z* *l. 30. eod.* Maritus respectu *a* dotis *d. l. 17. d. t. l. 54. ff. sol. matr.* Socii

u tb. 24. pr. *x ib. lin. 2.* *y ibid. n. 1.* *z ib. & D. 20. tb. 49.* *a ib. n. 3. & D. 30. tb. 54.*

Th. X.

Liberi] Non solùm à Parentibus conventi, sed & ab extraneis. Dn. Struv. *Diss. 20. tb. 49.*

Maritus] Beneficia mariti circa dotis restitutionẽ vid. in §. *37. l. de Act. &* Aut. sup. *D. 14. tb. 28.* *Socii*

Socii quivis] Tam universorum scil. bonorum, de quibus dubium non est, quàm certarum rerum: de quibus Ulpianus ab initio dubitasse videtur. *l. 16. ff. de Re jud.* ac postea in *l. 63. pr. pro Soc.* mentem correxisse: Nisi ibi rigorem, hic æquitatem spectaverit. add. Aut. sup. *D. 10. th. 39.*

Socii β quivis *d. l. 16. ff. de re jud. l. 63. ff. pro soc.* Donator γ ex donatione conventus *l. 19. §. 1. l. 30. l. 49. §. fin. cum l. seq. ff. de re judic.* Ille qui bonis δ cessit & denuò aliquid acquisivit *§. ult. Inst. de act. l. 4. ff. de cess. bon.* ac quidam ε alii, de quibus vid. Donel. *27. com. c. 9.* Umm. *disp. 23. num. 27.* Cæterùm beneficium hoc est personale & heredibus ζ non datur *l. 12. & seq. ff. sol. matr.* nec ad fidejussores η extenditur *l. 24. pr. & §. 1. de re jud.* Brun. *de cess. bon. p. 4. q. 25. & seq.*

β *d. th. 20. n. 5. j. D. 22. th. 37.*
γ *ib. n. 4.* & *D. 40. th. 12. m.*
δ *d. th. 20. pr. j. th. 27. seqq.*
ε *d. th. 20.*
ζ *v. D. 20. th. 49. 50.*
η *conf. D. 44. th. 33*

Tit. II. De Confessis.

Th. XI.

Absq; metu] Unde in criminalibus post torturam ratificatio quæritur confessionis in tortura factæ. de qua v. Carpz. *pr. Cr. qu. 126. per tot.*

In judicio] plenè tamen & ea probat, quæ extra judicium facta, si à parte adversa sit acceptata: uti responsum reperimus apud Carpzov. *p. 1. C. 16. d. 21.*

Non criminali] Neq; obst.

Th. XI.

Pro judicato θ etiam habetur Confessus *l. 1. l. 3. in fin. ff. de confes.* Modò quis ι legitimæ ætatis, sciens, & suâ sponte absque metu, *c. si quandoq; XV. q. 6.* & κ errore facti *l. 2. ff. de confess.* aliquid λ certi *l. 6. pr. ff. de confess.* quod tamen juri vel naturæ non adversatur, Glos. *in l. un. C. de confess. l. 13. in f. pr. l. 14. in f. ff. de interrog. in jur. fac.* parte adversâ μ præsente *l. 6. §. 3. ff. de confess.* in judicio, coram ν Judice suo *l. 56. ff. de re iudic. l. 4.*

θ *d. D. th. 23.*
ι *ibid. n. 4.*
κ *ibid.*
λ *ib. n. 2.*
μ *ib. n. 5.*
ν *ib. n. 1.*

D.Struv. §. 1. *ff. de interrog. in jur. fac. l. un. C. de confess. c. 4. extr. de judic.* in ξ causâ civili non etiam ξ criminali *l. 1.* §. 17. *ff. de quæstion.* contra se confessus fuerit: ita ut nullæ in eum partes sint judicantis, sed statim condemnari debeat *l. 25.* §. *ult. ff. ad L. Aquil: l. 5. ff. de confess.* Donel. 28. *comm. 1.* Duar. *in tit. ff. de confess.*

ξ conf. D. 49. th. 98. lin. 8.

obst. *l. 16 C. Pœn.* Quia licèt nemo nisi confessus damnetur, tamen ex sola confessione non damnatur: quia nemo suâ confessione potest facere delictum, ubi tale non est: Debet E. Judex antè in corpus delicti inquirere. vid. *Const. El. Sax. 33 p. 4.* & Carpz. *pr. Cr. qu. 16. per tot.*

Partes judicantis;] conf. Autor sup. *D. 10. th. 11.* & Bronch. *C. 2. misc. qu. 46.*

Tit. III. De Cessione Bonor.

Th. XII.

Debitor convictus aut confessus, si solidum quod debet, solvere nequit, in carcerem ire, volentibus creditoribus, cogitur, ο nisi bonis, quod ex L. Jul. ipsi π licet, cedere malit. *l. 1. C. qui bon. ced. pos.* bonorum vero cessione ϱ carceris & alias molestias evitare potest, modò non σ nequiter sua prodegerit, decoxerit aut dolosè alienaverit *l. 51. ff. de re judic. l. 63.* §. *7. ff. pro soc.* Tiraq. *ad l. si un-*

ο D. 45. th. 27. & 78.
π conf. D. 44. th. 32. vers. Notandum.
ϱ th. 27.
σ th. 28. n. 3.

Th. XII.

Volentib. creditorib.] Posse hos debitori carcerē remittere, Elector Sax. *p. 2. C. 22.* innuit his verbis: Und er möchte bey seinen Gläubigern keine Nachlassung erlangen/berührte Gläubiger wehren auch auff andere Wege nicht zu behandeln/ & testantur responsa apud Carpz. *ib. d. 6.* Quemadmodum nec ad carcerem petere possunt debitorem, quem solvendo non esse, jam tempore contractûs sciebant, Id. *ib. d.* 17.

Quod ex. L. Jul. licet] De Jure Sax. communi, quô addictio ad manûs Creditoris usitata est,

est, Carpz. *ad dict. C. 22. d. 1.* Si ad vincula publica petatur, cessione se potest liberare, sicut 1569. Quæstori Gothano Jenenses respondisse testatur Colerus *de process. execut. p. 1. c. 3. n. 164.* add. Carpz. *p. 2. c. 22. d. 11.* Secus, si ad compedes aut operas creditorum. Coler. *ib. n. 162.* Schulz. *Synops. Inst. de Act. lit. Bb. p. m. 552.* Sicut & in Electoratu Sax. Carpz. *ib. d. 12.*

Modò non] Sc. quia pro beneficio habetur cessio; illis solùm qui fatô mage quàm suô factô solvere nequeunt, tribuendum. Carpz. *ib. d. 5.* Schulz. *d. l. pag. 556. seq.*

unquam. verb. bona. n. 5. C. de revoc. donat. Ben. Stracha. *tr. de decoct. p. 3. nu. 9.* D. Strauv.
vel τ interceptis multorum pecuniis forô cesserit τ *d. th. n. 3.*
Policey-Ordn. *de anno 1548. tit.* Von verdorbenen Kauffleuten und Banckrottirern. Schneidevv. *ad* §. *fin. Inst. de act. n. 41.* Gregor. Tholos. *syntagm. jur. lib. 22. c. 9. & 10.* ubi de pluribus, qui flebilis hujus beneficii sunt incapaces.

* Th. XIII.

Bona omnia] Unius enim vel alterius saltem rei cessione non declinabit reus executionem, Carpzov. *p. 1. C. 32. d. 9.* Licèt venditori rem venditam in vim pretii reddere, & si quid solvit, perdere malit. Id. *L. 5. Resp. 22.* Intelligenda tamen hîc ea bona, quæ creditor habere ac tenere possit. Exulant Feudalia, Emphyteutica, Fideicommissaria: quo-

Th. XIII.

Ad cessionem bonorum faciendam sola voluntatis υ professio sufficit *l. 6. C. qui bon. ced. pos.* υ *d. th. 27. lin. 3.*
Cedenda φ verò sunt bona omnia, quæ in præsentiarum debitor habet: celans verò quædam, hôc beneficiô indignum se reddit. *gl. in l. pen. ff. & in l. 1. C. qui bon. ced. pos.* φ *th. 30.*
cavendum insuper de residuo solvendo, χ ubi ad pinguiorem fortunam redierit, si non fidejussoribus, tamen juramentô *arg. l. un.* §. 7. C. *de rei uxor. act.* Brun. *d. tr.* χ *conf. D. 44 th. 21 & 31.*

D.Struv. *de cess. bon. q. 7. n.* 1. *& 9.* Menoch. *de arb. cas. 138. n. 20.*

quorum sola commoditas ad tempus vitæ debitoris cedit. *arg. l. 8. in f. ff. de peric. & comm. l. 48. §. 1. de jur. fisc.*

Si non fidejuss.] Nulla enim possidet immobilia, vid. sup. *D. 2. th. 17.*

Th. XIV.

Effectûs cessionis varii sunt, quos procreat, ex quibus tamen non est ψ infamia juris *l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog.* licèt suggillatione quadam hæc res non careat, ut colligitur *ex Novel. 4. c. ult. Novel. 135.* Perez. *in Cod. d. t. n. 19.* Sed an beneficio cessionis ω renunciari potest? Quod contra communem, licèt rationes non desint, quas vide apud Hun. *ad Tr. d. D. 24. q. 26.* adde Covarr. *ad c. quamvis. p. 2. in pr. num. 20.* vix affirmandum. Guido *Papæ. decis.* 211. *per tot.* Brun. *d. tr. q. 20.* Perez. *in Cod. d. t. n. 17.* Covarr. 2. *resol. c. 1.* Gail. *de p. p. lib. 2. c. 2. n. 23.* Bachov. *ad Tr. d. D. th. 4. lit. E.*

ψ *D. 7. th. 19.*

ω *D. 44. th. 28. lin. 5.*

Th. XIV.

Non infamia] Debitores vitiô fortunæ & absque sua culpa haut solvendo existentes, infames non sunt, nec ab officio publico removendi. Carpz. *p. 2. C. 22. d. 23.* add. arg. *sup. D. 3. th. 9.*

Renunciari] Quòd licere debeat, videtur induci posse (1.) ex *l. p. C. de Pact.* quòd cuilibet permittatur juri pro se introducto renunciare. Resp. Hoc beneficium non tam favore singulorum introductum, quàm humanæ conditionis commiseratione indultum; quapropter à privatis ei derogari non poterit: Perinde uti pro eo, qui injustè damnatus sponte vult perire, invito intercedere & provocare possumus *l. 6. ff. de appell.* (2.) ex *l. f. C. h. t.* quòd Debitor cessioni tacitè renunciare possit: dum sc. quinquennalem eligit dilationem: Ea enim elapsâ cedere non permittitur. ℞. Id non tam ex sua voluntate, quàm legis dispositione esse. conf. *diss. nost. de Silent. cap. 6.* Bronch. *C. 4. qu. 20.*

Tit.

Tit. IV. Quib. Ex Caus. in Possess. &c.

Th. XV.

Missio in poss.] Aliquoties hoc adfuit. *D.* 19. *th. 14. D.* 20. *th.* 18. & 26. & sim.

In act. reali] repetantur huc dicta ad *th. 9. b.* add. Carpz. *p. 1. C. 32. d. 3.*

Prius in mobilia] Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia, quando mobilia adsunt. Potest etiam debitor in ElectoratuSax. avertere executionem, si malit eam fieri in nominibus quàm bonis immobilibus. *Ord. Proceß. El. Sax. Tit.* 39. §. endlich. Carpz. *p. 1. C. 32. d. 12.* In aliis verò provinciis liberum est creditori, Quænam in bona executionem petere & fieri velit. Dn. Richt. *coroll. 10. disp. 3. ad Auth.*

Th. XV.

Inter alia remedia, quibus creditoribus adversus *a* latitantes & contumaces debitores judicati servandi causâ succurritur, imprimis est Missio in possessionem bonorum, quæ in actione *b* reali fit in possessionem ipsius rei petitæ *c. 3. c. fin. extr. ut lit. non contest. c. 2. extr. de eo qui mitt. l. 7. §. 17. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* In *c* personali in quævis bona, si non certa res debeatur, pro modo & mensura debiti declarati *Novell. 53. c. 4. sub fin.* & ex Jure quidem Canon. prius in mobilia, pòst immobilia, & denique jura & actiones *c. ult. in fin. extr. de eo qui mitt. in posses.*

D. Strauv. *a* *th.* 35. *b* *th.* 38. *inf.* *c* *ibid.*

Tit. V. De Reb. Autor. Jud. Possid. &c.

Th. XVI.

Reliquis prodest] Quando ex communi causa immissio facta est, missio unius alteri eandem causam habenti etiam prodest. *l. 15. §. 13. de Damn. infect. l. 5. §. 1. ut in poss. leg.*

Th. XVI.

Missio in possessionem ab uno *d* ex creditoribus impetrata reliquis quoque prodest, qui eandem caussam prætendunt *l. 12. ff. de reb. autor. jud. possid. l. ult. C. eod.* & hinc ad illorum instantiam *e* distractio vel adjudicatio bonorum decerni-

d D. 26. *th.* 19. *vers. quin imò.* *e* D. 44. *th.* 42.

D.Struv. tur, ut pro rata portione singulis consulatur, modò etiam omnes ejusdem fuerint generis & qualitatis, nec *f* alii aliis sint præferendi. Dantur enim Privilegiati *g* simpliciter; Hypothecarii *h* cum privilegio prælationis; *i* Hypothecarii simplices; *k* Privilegiati Personales, & denique *l* Chirographarii, de quibus prolixè hîc agere non lubet; nec opus est, cùm de plerorumque prælatione in suis locis jam suprà fuerit actum: interim de hoc concursu creditorum & πρωτοπραξία, qui velit, videat Gail. 2. *obs.* 25. Mich. Beuther. *tr. de prælat. credd.* Berlich. *p.* 1. *concl.* 64. & 3. *seqq.*

f D.44.th. 45. seqq.
g th. 47.
h th. 49. & seqq.
i th. 51.
k th. 56.
l th. 57.

leg. Dn. Struv. *D.* 31. *th.* 46. Bach. *Tr. h. th.* 3. *G.* & *Lib.* 4. *de Pignor. cap.* 7. *n.* 5. Quando verò in pignore prætorio ex separata causa immissio facta, ordo & prælatio temporis servatur. *l.* 2. *qui pot. in pign.* Dn. Struv. *D.* 44. *th.* 52. *in m.* add. Carpz. *p.* 2. *C.* 21. *d.* 25.

Privilegiati] Quales sup. *D.* 7. *th.* 31. *in m.* & apud Carpzov. *p.* 1. *C.* 28. *d.* 12. *ad* 62. Dn. Richt. *tr. de privil. Cred. cap.* 2. *p. m.* 92.

Hypoth. cum privil.] de quibus vid. sup. *D.* 12. *th.* 24. Carpz. *d. C.* 28. *d.* 63. *ad* 109. Dn. Richter. *d. tr. cap.* 3. *p. m.* 211.

Hypoth. simplices] v. Carpz. ib. *d.* 110. *ad* 148. Dn. Richt. ib. *Cap.* 4. *p. m.* 296.

Privil. personales] vid. Carpz. *d. l. d.* 149. *ad* 157. Dn. Richt. *cap.* 5. *p. m.* 490.

Chirographarii] de quib. v. Carpz. *d.* 158. *ad fin.* Dn. Richt. *cap.* 6. *p. m.* 505.

Tit. VI. De Separationibus

Th. XVII.

Est & aliud beneficium, creditoribus hereditariis paratum, quod Separatio *m* bonorum dicitur.

m th. 60.

t. t.

Th XVII.

Separatio] præsupponit confusionem: Ea verò contigit hereditatis aditione, quâ bona defuncti cum bonis heredis in unam massam rediguntur, &

& creditoribus quidem heredis incrementum aliquod accedit, sed cum jactura creditorum defuncti, novos hos hospites in consortium admittere nolentiũ, ideoque massas iterum separari petentium. Quô ipso consequuntur, ut ex hereditate defuncti omnes ac soli solutionem consequantur, ante omnes heredis creditores, adeò, ut chirographarii creditores defuncti præferantur hypothecariis heredis. Uti à Sereniss. Electoris Brandenb. incluto Regimine Coloniensi ad Sprevum d. 27. Sept. 1648. in caussa Henrici de Bredov creditorũ decisum fuit. Dn. Richt. *de privil. cred. cap. 1. membr. poster. n. 34. p. m. 70.*

B. F. distracta] quô casu actio contra emptorem foret dirigenda. v. sup. *D. 5. th. 19. in f.*

Animô novandi] De hoc argumento vid. *infr. D. 23. th. 19.*

t. t. ff. de separat. petique — D. Struv.
potest, quando heres defuncti non solvendo esse apparet, ut bona defuncti à bonis heredis propriis separentur, ex quibus hereditariis satisfiat *l. 1. §. 1. ff. de separat.* modò *n* res sit integra, h. e. quinquennium ab adita hereditate non sit elapsum *l. 1. §. 13. eod.* nec hereditas *o* bonâ fide distracta *l. 2. ff. d. t.* nec creditores animô *p* novandi cum herede contraxerint, vel ab eo satis acceperint *l. 1. §. 10. & 11. ff. d. t.* *q* nec res defuncti cum rebus heredis adeò sint confusæ, ut ampliùs separari non possint *d. l. 1. §. 22. ff. eod.* Wesemb. *par. ff. d. t. n. 4.*

n th. 65. n. 1.
o th. ead. n. 3.
p ib. n. 4
q ib. n. 2.

Adeò confusæ] varia Confusio est. conf. D. *10. th. 8. D. 12. th. 25.* D. *23 th. 6.*

Tit. IIX. Quæ in fraud. Creditor. &c.

Th. XIIX.

Quæ vel ante] Obstare videtur, quòd ante immissionem creditoribus nullum jus in re debitoris competat, possitque adeò hic tutò res suas tunc alienare,

Th. XIIX.

Denique contra alienationem bonorum, quæ vel ante vel post missionem *r l. 15. & 17. ac passim. ff.* — *r D. 44. th. 73.*

D.Struv. *quæ in fraud. cred. fact.* in fraudem creditorum intervenit, creditoribus actione Paulianâ est provisum,
s *th. 74.* s quæ juris Prætorii, & quidem realis est §. *6: Inst. de act. arg. l. 6.* §. 11. *& pen. ff.*
t *th. 76.* *quæ in fraud. cred.* t & adversus illos, in quos res est
u *th. 78.* alienata, intra u annum utilem ex die alienationis *l. 2. & l. 10. pr. ff. l. ult. C. d. de revocandis his, quæ in fraud. Cred. alien.* datur. Interest autem, num titulô lucrativô an onerosô alienatio hæc sit facta: priori casu accipiens indistinctè ad restitutionem tenetur, etiamsi fraudis particeps non fuerit, *l. 6.* §. 11. *ff. d. t.* posteriori, non nisi de fraude debitoris participaverit *l.* 1. *l. 6.* §. *8. l. 10.* §. *2. ff. d. t.*

nare, nec creditores plus repetere ab extraneis, quàm immissionis tempore invenerint: prout ipse Justinianus §. *6. J. de Act.* in verb. bonis ejus à creditoribus possessis: definire videtur. Respondet pro nobis Bach. *Disp. 3. de act. th. 39. p. m. 117.* non pertinere id ad alienationem; sed actionem instituendam: sc. quòd, quantum post factam immissionem apparet debitorem antè alienasse, tantum revocari possit.

Realis] Interpretum plerique Paulianam hanc esse opinantur, adeoque personalem; à Justiniano autem propter affinitatem inter reales huc relatam: à quibus uti primus, ex mente Bachovii, discessit Donellus, ita contra hunc Sutholt *Diss. 17. aph. 65.* veterum opinionem defendit, adstipulante Vinnió *num. 1. & 2. ad d.* §. *6.* eamque absurdam opinionem vocat Bachov. *d. l. p. 116.* ubi Hunnio paulò liberius locuto insultat: & Pacius tamen *anal. Inst. dict.* §. *6. p. m. 595.* pessimè antiquos JCtos eum tx. de Pauliana interpretatos esse scribit: in cujus castra concedendum utique arbitramur.

Intra annum] ratio est in D. *22. th. 6.*

Th. XIX.

Th. XIX.

Fuerit solutum] aut certè pignus chirographario creditori in vetus creditum datum. *l. 10. §. 13. h. n. t.* Secus quando quis sub hasta emerit.

Repeti potest] Hypothecariâ sc. actione, aut Condictione ex lege. Sed absque usuris tamen medii temporis. arg. Dn. Struv. D. 18. *th. 39. in m.*

Quando par conditio] v. g. si meri sint chirographarii invicem: in pari enim causa melior est conditio possidentis; & eo demum casu vera est objectio, Vigilantibus jura esse scripta: Limitatur tamen, Nisi chirographariorum unus adscenderit in classem superiorem, jus pignoris nanciscendo: Tunc enim avocare eum posse aliis soluta, responsum est. v. Carpzov. *p. 1. C. 28. d. 178. seq.* Limitatur aliter, ut ne par pari solutum possit repetere, si debitor sit solvendo. *Ib. d. 181.* & Dn. Richt. *de priv. cred. cap. 6. in f. p. m. 521.*

Th. XIX.

Eodem modô etiam, D. Struv. si quid uni ex creditoribus eo tempore quô debitor desinit esse solvendo, fuerit solutum, ab iis, qui x potiori jure nituntur, sive privilegiarii sive hypothecarii sint, repeti potest *arg. l. 3. & ibi glos. quod cum eo, qui in alien. pot. l. 52. §. 1. ff. de pecul. l. fin. §. 5. & §. seq. C. de jur. delib. l. 18. §. fin. ff. de jur. fisc.* y Quando verò par est creditorum conditio, & bona nondum sunt possessa, pecunia uni soluta ab aliis creditoribus repeti nequit, sive tempore solutionis creditor fuerit solvendo, sive non fuerit *l. 6. §. 2. ff. de reb. autor. jud. possid. l. 6. §. 7. l. 24. ff. quæ in fraud. cred.* Gail. 2. *obs. 25. n. 14. & seq.* Berlich. *p. 1. conclus. 7. n. 7. & seqq.*

x *th. 81. princ.*

y *ibid.*

Lib. XLIII. Tit. I. De Interdictis.

Th. XX.

Extraordinaria] quia Magistratûs negotia ad se delata plerumque per Judices datos expediebant, quæ verò majoris mo-

Th. XX.

z Ad possessionem, de qua prioribus duobus libris imprimis actum, obtinendam

z *D. 45. th. 1.*

D. Struv. *α ib. j. D. 9. th. 62. & D. 44. th. 1. n. 2.* β D. 45. *th 7. vers. ipsa porro.* γ *th. 8. n. 1.* δ *ib. lin. 7.* ε *ib. n. 2.* ζ *ib. n. 3.* η *d. th. 8. n. 3. lin. 4.*

dam & tuendam pertinent etiam INTERDICTA, α utpote quæ nihil aliud sunt, quàm remedia possessoria, seu actiones extraordinariæ, (partim in rem, β partim in personam) quæ de possessione vel quasi maximè competunt. γ Dividuntur (1.) in illa quæ sunt vel de rebus sacris vel profanis, & his δ vel publicis vel privatis *l. 1. pr. l. 2. §. 1. ff. de interd.* (2.) ε in prohibitoria, restitutoria & exhibitoria *l. 1. §. 1. ff. d. t.* §. 1. *Inst. eod.* (3.) ζ In interdicta adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis *l. 2. §. ult. ff.* §. 2. *Inst. d. t.* Quæ postrema divisio saltem ad rem η familiarem pertinet, & omnia interdicta non complectitur *d. l. 2 §. ult. ff. d. t.*

momenti erant, sibi reservabant, cœperunt hæc extraordinaria dici. Nec ergò actio, sed officii Judicis imploratio dicenda supplicatio pro interdicto impetrando. Ex causa verò interdicti deinde actio vera oritur.

Partim in rem] Actiones pro interdictis competentes aliæ tantùm in rem sunt, v. g. Quorum bonorum; ex jure hereditario: aliæ tantùm in personam, v. g. unde vi: v. Dn. Struv. *dict. D. 45. th. 14. 25. 103. & sim.* Ipsa verò interdicta, perinde ut in integrum restitutio, diversô respectu ad utrumque referri possunt. Ratione objecti enim sunt quidem in rem concepta, h. e. licèt speciatim concernant usum aut possessionem rei, vi tamen ipsâ & ratione fundamenti sunt personalia; i. e. in certam personam, sive in id quod jam à persona factum erat, diriguntur. v. Dn. Struv. *D. 45. th. 7. in f.* add. Aut. *sup.* D. 4. *th. 8.*

Maximè competunt] Explicant hoc Dd. *ad pr. J. de Interdict.* add. Bronch. *C. 2. misc. qu. 48.*

Tit. II. Quor. bonorum.

Th. XXI.

Interdicta adipiscendæ possessionis tria potissimùm sunt, Quorum

Th. XXI.

Cuivis heredi] Qui scil. jure civ. talis erat, nec opus habuisset bene-

beneficia à Prætore precariò impetrare: Sed cùm viderent, Prætori creaturas ſuas curæ cordique eſſe, præ reliquis it. promoveri, maluerunt, neglectô juris rigore, à Prætore agnoſcere, quod ſuô poterant habere jure.

Dolò poſſid. deſiit] Dolus ſc. pro poſſeſſione eſt. vid. ſup. D 4 *th.* 28. D. *V. th.* 19. *& ſim.*

Rebus ſingulis] modò titulô univerſali teneantur. Ita enim & in petitione hereditatis obſervamus fieri. vid. ſup. D 5. *th.* 19. *in m.* ubi ad eand. *l.* 13. *ff. de pet. her.* provocatur.

Objectione dominii] Eſt enim ille titulus potentior. *dict.* D. 5. *th.* 19. Secus tamen in interdicto unde vi obſervatur. *th.* 30. *b.*

D. Struv. γ *d. th. 11. in m. p. 180. j. d. D. 6. th. 54.* δ *d. D. 6. th. 11. in f.* ε *th. 15. p. 182. D. 10. th. 62. D. 18. th. 34.* ζ *D. 21. th. 16. lin. 4.* η *D. 18. th. 75. in m.* θ *D. 47. th. 39. lin. 2.* ι *D. 26. th. 4. in m.* κ *D. 47. th. 59. lin. 5.* λ *D. 6. th. 11. lin. 7.* μ *ib. th. 39. seq. D. 31. th. 43. D. 20. th. 35. in f. D. 26. th. 16. p. 10. in f.* ν *D. 6. th. 38.* ξ *D. 21. th. 4. lin. 6.*

Tro-

Prodigi] Hujus mentio facta *D. 4. th. 22. in f.* D. *16. th. 4. & 7.*

Famina] conf. D. *10. th. 1. seqq.*

Th. XVI.

Merè civilis] ad hanc divisionem confingendam moti sunt Interpp. (1.) quia detur merè naturalis: quidni E. & merè civilis? (2.) quia multæ obligationes exceptionibus eliduntur, quod neutiquã fieri putant, si naturali æquitate fulcirentur. (3.) quia in *l. 16. pr. de Minor.* Merum jus civile exsertim reperitur. Verùm ad (1.) Resp. Neg. conseq. Tertiam non agnoscimus speciem. v. B.Ungeb *Ex. X. qu. 2. in Nego.* ad (2.) Resp. Æquitas est qualitas, recipitq; magis & minus: non E. propter plenarium ejus defectum, sed ob gradum inferiorem & debilitatem vincuntur. ad (3.) Resp. Jus merum ibi rigorem & jus ordinarium significare.

Th. XVI.

Obligatio civilis *o* necessitate juris civilis aliquem adstringit. Hæc rursum duplex est, vel merè civilis, quæ *π* vinculô solius juris civilis, ejusque subtilitate merâ sustinetur, ita ut ex ea quidem actio oriatur, sed quæ ob defectum æquitatis perpetuâ exceptione jure prætoriô infirmetur §. *1. & seqq. Inst. de except.* & ita effectum obligationis utilem non habeat *l. 3.* §. 1. *ff. de constit. pecun. l. 112. ff. de R. J. l. 14. ff. de compens.* vel mixta, quam & naturalis sustinet æquitas, & simul juris firmat autoritas, de qua, *ρ* quia sola plenam præstandi necessitatem habet, & ad actionem firmiter producendam est efficax, definitio Justinianea *pr. Inst. de Oblig.* unà cum subjectis divisionibus est intelligenda. Bachov. *ad* §. *2. Inst. de obl. n. 2.* Sutholt. *dissert. 12. aphor. 25. & seq.*

D.Struv. *o d.* D. *6. th. 11. p. 150. lin. 6. j.* D. *46. th. 54.* *π* D. *6. th. 12. j.* D. *15. th. 38. in m.*

ρ d. D. *6. th. 11. &* D. *45. th. 54.*

Th. XVII.

Variis causarum] Variè dicta *l. 1. pr.* explica-

Th. XVII.

Oritur obligatio vel ex *σ* contractu vel maleficio *l. 1. pr. ff. de O. &*

σ d. D. *6. th. 29. &* D. *46. th. 56. & 65.*

D. Struv. τ d. D. 6. th. 31. circa f. D. 25. th. 23. in f. D. 46. th. 52. υ de quib. D. 6. th. 20. φ v. D. 7. th. 54. in m. χ v. D. 30. th. 74. & seqq. ψ D. 30. th. 3. ω D. 3. th. 41. d. D. 30. th. 78.

& A. (sub quibus etiam q. contractûs & q. delicta continentur §. 2. *Inst. de obligat.*) vel propriô quodam jure, τ ex variis causarum figuris *d. l. 1. pr. ff. d. t.* veluti ex pacto legitimo υ *l. 6. ff. de pact.* ex jure pietatis, φ quô obligatur parens liberis ad alimenta χ & dotem ψ *l. 5. pr.* & §. *12. ff. de agnosc. & al. lib. l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib.* & vicissim ω liberi parentibus *d. l. 5.* §. 1. 2. *14. 15. & seq. ff. de agnosc. & al. lib.* & ex qualibet caussâ, ob quam lex obligationem per se *a* inducit, *l. 52. §. 5. ff. de O. & A.* Cæterùm de contractibus & *b* q. contractibus *c* suprà jam actum, & de delictis *d* ac q. delictis *e ad lib. 47. & 48.* agetur.

(*a*) *v.* D. *18. th. 57. seq.* (*b*) *d.* D. *6. th. 29. seqq.* D. *16. th. 3.* (*c*) D. *7. th. 45.* D. *18. th. 30. 46. &c.* (*d*) D. *48. seq.* (*e*) *v.* D. *14. th. 28. 30. &c.*

plicatur, vid. Dn. Struv. locis ad marginem notatis. & D. 46. *th. 53.*

Pacto legitimo] eorum naturam vid. sup. D. 2. *th. 23.* Exempla verò in D. *13. th. 7.* D. *19. th. 27.*

Alimenta] de his vid. D. 14. *th. 32.* de Dote *ib. th.* 19. His casibus omnibus obligatio, & tamen neque contractus neque delictum, verum aut quasi subest: oportet itaq; plures obligationũ causas superesse, quæ, cùm ad certum superiorũ genus referri non possint, in peculiarem classem promiscuarũ rejiciuntur: quibus conditiones ex legibus, statutis, consuetudinibus & canonibus adnumerandas putamus.

Th. XIIX.

f v. D. 46. th. 57. seqq. g th. 59.

Tantum etiam de obligatione. Actio *f* (quæ æquè ac obligatio juris est gentium) definitur *g* jus persequendi in judicio quod

Th. XIIX.

Juris gentium] Contrarium videtur haberi in *l. f. C. de Præscr. long. temp.* verb. Ideò enim nostri Majores. add. Bronch. *C. 1. qu. misc. 55.*

Definitur] Utrum hæc defin. ad

ad solas personales: aut ad solas extraordinarias persecutiones pertineat? vid. ap. Bronch. *C.4. enant.30. & c.2. misc. qu.53.*

Distinguitur] sed quorsum mixtæ, & in rem scriptæ? v. Bronch. *C.4. qu. 31.*

Prajudicialis] contradistinguitur quidem rei vindicationi in *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* non tamen ut personalis reali, sed tanquàm qualificata realis absolutè & purè reali: Nam & hîc actor se fundat super jure quodam in persona tanquam re quavis alia competente, ac fingendum, personam Rem esse. Unde Imperator quoque ait: *Videri* in rem esse, sive perinde personam h. l. haberi, ac si res in commercio sit. Sicut itaque omnes arbitrariæ sunt stricti juris: Omnes in rem scriptæ sunt personales, ita hæ sunt reales. Ac sicut querela inoff. test. species est petitionis hered. ita hæ realium species sunt. Jubentur enim interdictis peti, quæ nunquàm personalium, sed realium præparatoria sunt.

quod sibi debetur. *l. 51. ff. de O. & A. pr. Inst. de Act.* D.Strauv.
Distinguitur *h* quòd sit vel *h th. 60.*
in rem, *i* vel in personam *i th. 62.*
k §. 1. *Inst. de act.* sub Reali *k th. 64.*
etiam præjudicialis *l* §. 13. *l th. 68. j.*
Inst. de act. arg. l. 8. §. 1. ff. D.3. th.27.
de lib. caus. Riem. *dec.13. ill.* D.29. th.
quæst. 3. Ungep. *ex. 15. q. 4.* 57.
in Ajo. sub Personali actio
in factum *m l. 7. §. 2. ff. de* *m v. D.25.*
pact. continetur. *th. 23. in m.*

Th. XIX.

Tam de jure Can.] Quod damnat quidem omne quod peccatum fovere potest. Sed nondum probatum est, peccatum fovere actiones stricti juris. Oritur hæc objectio ex nescientia naturæ & differentia hujus divisionis. v. Dn. Schröter *not. ad Suth.* D. 18. *th.* 63. & nos ad Autoris *Disp. feud. 5. th. 3. p. 177.* Schultz. *Synops. Inst. de Act. in not. lit. T. p. m. 540.*

Faciat

Th. XIX.

Præter alias actionum divisiones, tam de jure Canonico *n* quàm civili quæ- *n D. 46. th. 75.*
dam sunt bonæ fidei, quædam stricti *o* juris, §. *28.* *o ib. th. 71. pr.*
Inst. de act. Quæ bonæ sunt fidei, eæ ad unam omnes ab Imp. *in d.* §. *28.* recensentur. *p* Arum. *ex. 18. th.* 13. *p ib. lin. 8.*
Bachov. *tr. de act. D. 6. th. 3.*

Qqqq lis

D. STRUV. *q de quibus th. 72.* *r ead. diss. th. 40.*

lis igitur exceptis, cæteræ sunt stricti juris. *q* Afficit autem hæc divisio non omnes omnino, sed saltem personales, quæ ex contractibus nascuntur, actiones, vid. omninò Frantzk. *ex.* 13. *q.* 8. Id imprimis hîc quæri solet: An exceptio doli, opposita stricti juris actioni, faciat eam bonæ fidei? *r* quod magis est ut negemus *arg.* §. 30. *Inst. de act.* Ant. Fab. 14. *conj.* 18. *&* 19. Goedd. *de contrah. stipul. c.* 8. *num.* 29.

Faciat eam B. F.] Qualitas enim & natura obligationum & actionum à forma earundem, non ab effectu & quod longè post illarum perfectionem extrinsecus iis accidit, dependet. Quomodò ergo exceptio doli obligationem longè retrò præexistentem & jam ad distractum deductam, qualificare potest. Nata & hæc opinio est, ex falsa hypothesi, stricti juris actiones omni æquitate & bonitate carere, dolôque affectas esse, adeoque exceptione hâc purgari & ad bonam F. reduci. v. Bach. *de act. D.* 6. *th.* 22. *p.* 35.

Lib. XLV. Tit. I. de Verb. oblig.

Th. XX.

s D. 47. th. 2. *t th. 3. circa f. j. th. 88. & 92. p. 871.*

Latissima in *lib.* 45. tractatio proponitur de Obligatione Verborum, quæ ex stipulatione oritur. Est autem Stipulatio *s* contractus (& quidem juris civilis *t arg. l.* 1. *ff. locati. l.* 14. §. 1. *ff. de novat. & deleg.*) idoneâ verborum in interrogando & respondendo conceptione *l.* 5. §. 1. *ff. eod.* constans. Hæc, licèt quidem fir-

Th. XX.

Juris Civilis] v. Ungeb. *Ex. XI. qu.* 1.

Per se subsistere] Sicut Fidejussio per se subsistit, licèt principalem contractum præsupponat: Ita stipulatio in genere peculiari ac propriâ suâ gaudet subsistentiâ, utcunque alii firmando accedat, cùm ab eo quem ipsa sustinet, dependere non possit. De hoc etiam Autor non sentit: sed, utrum nullo præexistente debitô, per stipulationem aliquod constitui &

& introduci possit? *Ratio dubitandi* est, quòd careat sic objectô, adeoque agens exinde, possit doli exceptione repelli. *l. 2. §. 3. de Dol. mal. exc.* Cui responderi nullatenus posse Paulus de Castro existimat. Verùm, sufficit primam subsistentiam habere, ac sustineri donec adversus eam excipiatur: sicut testamenta iniquam continentia exheredationem: Strictô E. jure ab initio subsistunt etiam sine causa, perinde ut dominii translatio. *v. th. 27. h.* Sicut autem confessio sola delictum nullum potest efficere, ubi tale non est. *v. D. 21. th. 11.* & nuda ratio non constituit aliquem debitorem. Bronch. *C. 2. misc. qu. 54.* Ita & in conflictu, si adversus hanc stipulationem excipiatur, non subsistet. v. Berlich. *Decis. 96. n. 22.* conf. Riemer. *Decad. X. qu. 1.*

firmandis aliis obligationibus *u* accedat, Paul. *5. sent. tit. 7. l. 5. pr. vers. conventionales. ff. de V. O.* tamen quin per se, sine ulla alia obligatione, subsistere possit, *x* non dubitandum. *arg. l. 108. pr. ff. de V. O. §. 3. Inst. per quas person. cuique acquir.* Gœdd. *de contrah. stipul. c. 3. n. 10.*

D. Struv.
u D. 6. th. 10. n. 1. D. 47. th. 1. pr. & th. 4.
x ib. item, vers. Nihilominus.

Th. XXI.

Non [aliis stipulari] Adeò ut ex Procuratoris contractu actio citra cessionē haud quæratur. Bronch. *C. 4. qu. 42.* Dn. Struv. *D. 20. th. 4. & D. 22. th. 10. pr.* Utrū in Notariis secus? Bronch. *ib. qu. 46.*

Ipsorum intersit] Tunc demum enim agere possumus, ubi de interesse nostro docere valemus, vid. *not. th. 1. h.* Bronch. *ib. qu. 39.*

Solut.

Th. XXI.

Qui contrahere, iidem & stipulari *y* possunt, modò non facultate quadam ad hunc contractum necessariâ *z* destituantur, quales sunt surdi & muti §. 7. *Inst. de inutil. stipul. l. 1. pr. ff. de V. O.* aut ratione potestatis vel patriæ *α* vel dominicæ impediantur. §. 6. *Inst. de inutil. stipul.* Quicquid tamen ab aliis filiifam. aut servi stipulantur, *β* id patribus aut dominis acquirunt §. 4. *Inst. de inutil. stipul. l. 38. §. 17. ff. de V. O. l. 3. C. de inutil.*

y arg. D. 6. th. 36.
z D. 47. th. 6.
α d. D. 6. th. 41. seq.
β D. 3. th. 31. pr. & 39. pr. D. 20. th. 2. & 65. pr. D. 47. th. 4.

 stipul.

D.Struv. stipul. Cæteri qui sui juris sunt, sibi non aliis γ stipulari queunt §. 19. Inst. de inutil. stipul. d. l. 38. §. 17. ff. de V. O. nisi vel ipsorum intersit §. 20. Inst. d. t. d. l. 38. §. 20. vel pœnam stipulationi adjecerint. d. §. 19. in fin. Inst. de inutil. stip. l. 38. §. 17. ff. de V. O. Solutionis tamen causâ δ alia persona adjici potest. §. 4. Inst. d. t. l. ult. §. fin. ff. de V. O.

γ ib. th. 6. p. 820.

δ eâd. th. circ. f.

Solut. caus. adj.] conf. infr. D. 23. th. 25. inf.

Th. XXII.

Quæ in stipulationem deducuntur, sunt vel Res ε commercio non exemtæ ζ §. 1. & 2. Inst. de inutil. stipul. l. 1. §. 9. ff. de O. & A. l. 83. §. 5. ff. de V. O. vel Facta η eaque honesta θ §. 24. Inst. de inutil. stipul. l. 26. l. 123. ff. de V. O. possibilia l. 185. ff. de R. J. §. 23. Inst. d. t. item propria: alienum enim factum promittendo nemo ι obligatur. §. 3. Inst. de inutil. stip. l. 38. pr. & §. 1. l. 83. pr. ff. de V. O. nisi vel pœnam κ stipulationi adjecerit §. 19. Inst. de inutil. stipul. l. 71. ff. de V. O. vel se curaturum aut effecturum, λ ut alius det vel faciat, spoponderit, quô casu obligatur d. §. 3. Inst. de de inutil. stipul. d. l. 83. pr. de V. O. Bronch. 4. assert. 40. Vinn. ad d. §. 3. Inst. d. t. Heredis μ quoq; factum rectè promittitur. arg. l. 59. l. 140. ff. de R. J. Gœdd. d. tr. c. 6. n. 189.

ε ib. th. 9. j. D. 6. th. 43.

ζ arg. D. 28. th. 28. D. 24. th. 4.

η D. 47. th. 8. pr. j. D. 6. th. 44.

θ ib. p. 821. lin. 3.

ι D. 47. th. 7. pr.

κ ib. th. 21.

λ d. th. 7. in m.

μ conf. th. 15. p. 825. in m. & th. 23.

Th. XXII.

Se curaturum] Par in parem non habet imperium, neque in arbitrio suo est, quò magis ab alio fiat, quod hic promisit, cùm ne Magistratus semper audeat, facta invitis extorquere, ut ad th. 25. h. audiemus: Dum itaque ad impossibilia nemo obligatur, dimittendus erit & is, qui factum tertii pollicitus est; quando tamen factum proprium implicitum est, ad istud tenebitur, quia non subest excusatio, ut supra. Sed, quid si omnem industriam in admonendo frustra adhibuit? liberandum dixerim, nisi & in eum eventum ad pœnam se ob-

obstrinxerit. Ad istud enim tenetur, ad quod is, cujus factum fuit promissum, obligatus est, imò quod in vicem omnis facti admittitur, sc. Interesse. v. Bronch. *C. 4. qu. 40.*

Heredis factum] Non solum defuncti obligatio transit in heredes, quantumvis eorum facta non fuerit mentio in instrumento, verùm & ipsi principaliter obligari possunt, ut ab iis obligatio incipiat: vel, ut defunctus quidem sit in obligatione, solutio verò usque post mortem dilata. *§. 13. I. de Inut. stip.*

Th. XXIII.

Verbis qualibuscunq;] Et verba hîc oportet esse, & qualiacunq; tamẽ sufficiunt: hoc, quia Leo solennia verba remisit. *§. 1. J. de V. O.* illud, quia quod de essentia est, abesse non potest. Scriptura tamen admittitur, non quâ stipulemur, sed qua stipulatum probemus. *§. 12. & 17. J. de Inut. stip. §. f. l. de Fidej. l. 57. ff. de Donat. int. vir. & ux.* Bronch. *C. 4. qu. 43.* Ungeb. *Ex. XI. qu. 4.*

Quantitatis] Incongruitas quantitativa tantopere non vitiat stipulationem, quin tamen quoad concurrentem summam subsistat, quàm qualitativa; Quia sc. hæc formam afficit, illa materiam. v. Bronch. *C. 4. qu. 37.* Frantzk. *Ex. X. qu. 6.* Pac. *C. 7. qu. 24.* Ungeb. *Ex. XI. qu. 5.*

Impersonaliter] quòd scil. respondens indifferentiâ hac personarum omnimodam voluntatem suam contestetur, datum iri, cuicunque nomine stipulan-

Th. XXIII. D. STRUV.

Forma ν stipulationis in conceptione interrogationis & responsionis consistit, quæ verbis qualibuscunque ξ fieri potest §. 1. *Inst. de V. O. l. 1. §. fin. ff. eod. l. 10. C. de contrah. stipul.* modò actus interrogandi & respondendi sit ο continuus *l. 1. §. 1. l. 137. ff. de V. O.* & responsio congrua π *d. §. 2. Inst. d. t. §. 5. Inst. de inutil. stip.* ita ut rem eandem eâdem præsertim qualitate, ϱ quæ in interrogatione expressa est, contineat. *l. 1. §. 3. ff. de V. O.* Ratione quantitatis verò, cùm minor summa majori semper insit, diversitas responsionis non nocet, sed stipulatio etiam sine nova approbatione valet *d. l. 1.* § 4.

ν th. 3. pr.

ξ ib. in m. vers. Unde olim.

ο ib. lin. 3.

π lin. 2. & th. 5. lin. 2.

ϱ ib. n. 2. p. 818.

D. STRUV. §. 4. *ff. d. t.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. d. 27. th. 1. lit. G.* Impersonaliter σ quoque facta stipulatio non est vitiosa *l.* 1. §. 2. *ff. de V. O.* Donel. 14. *comm.* 36. Gœdd. *d. tr. c. 4. n. 29. & seq.*

σ *p. 819. n. 2.*

pulantis exigenti, à se aut quolibet suorum. Bronch. *ib. qu. 38.* Ungeb. *Ex. XI. qu. 3.*

Th. XXIV.

Ad modum stipulandi pertinet etiam, quòd fiat vel τ purè vel in diem vel sub conditione. Puræ stipulationis, (modò non ex re υ dilationem habeat *l.* 73. *ff. de V. O.*) dies statim & cedit & venit *l.* 213. *ff. de V. S.* §. 2. *Inst. de V. O. l.* 41. §. 1. *l.* 56. §. 4. *l.* 118. §. 1. *ff. eod.* humanitatis tamen intuitu spacium quoddam ad solvendum dandum est *l.* 21. *ff. de jud. arg. l.* 105. *ff. de solut.* Quod in diem, scil. certum, φ promissum est, statim quidem debetur, *l.* 38. §. 16. *l.* 46. *ff. de V. O. d. l.* 213. *ff. de V. S.* sed peti non potest ante, quàm dies venerit §. 2. *Inst. l.* 138. *ff. de V. O.* adjecta verò conditio, χ modò sit possibilis, ψ spem saltem debiti futuri facit

τ *th. 16.*

υ *ib. lin. 5.*

φ *th. 17. lin. 2.*

χ *de qua v. D. 33. th. 42.*

ψ *D. 47. th. 18. pr.*

Th. XXIV.

Statim & cedit] Dies cedere dicitur, ex quo dictus ac conventus est, unde obligatio nascitur: Venire dicitur, ubi apparuit, exigi tunc solutio potest. In conditionalibus, existente conditione utrumq; simul contingit: Idem & in puris. *l.* 14. *de R. I.* Quia tamen nemo creditor debitorem cum sacco adire debet, *l.* 105. *de Solut.* Sed humanitatis causâ spacium aliquod indulgendum, quô citra detrimentum suum cogere pecuniam debitor possit, imò, quô & discretio ipsius exploretur, ideò post decendium conveniri permittitur. *l.* 21. §. 1. *ff. de Const. pec.* Neque contrarium est in *l.* 118. §. 1. *ff. de V. O.* prout vult Gotofr. *ad d. l.* 21. *mihi lit. y.* quia Imperator in *l.* 3. *C. de Const. pec.* hactenus nullum invicem voluit esse differentiam. v. Bronch. *C. 4. qu. 49.*

Secus quàm in legato] Differentiæ ratio est, quòd contractus,

ctus, etsi conditionalis est, tamen ex præsenti vires accipit. *l. 16. de stip. serv.* ut ne nunc quidem liceat uni altero invitò recedere. *l. 5. C. de O. & A.* Dn. Struv. *D. 29. th. 12. in f.* Unde & conditionalis creditor pro creditore habetur *l. 10. de V. S.* & ibi Cujac. Bronch. *C. 4. qu. 50.* Legata verò post mortem demum testatoris, quâ testamentum confirmatur, & ex adita hereditate vires accipiunt, unde præmortuô legatariô non possunt confirmari; quippe subductô fundamentô & personâ super qua confirmari debebant, non inveniunt, ubi figant pedem.

facit §. 4. *Inst. d. t.* quæ tamen ad heredes, secus quàm in legato *a* conditionali *l. 4. l. 5. §. 2. ff. quand. dies legat.* transmittitur *d.* §. 4. *Inst. de V. O. l. 57. ff. eod.*

D. Struv.

a arg. D. 35. th. 100. in f.

Th. XXV.

Præstando interesse] Ea est inter Dandi & Faciendi obligationes differentia, ut quia res jam existunt extra suas causas, possuntq; salvæ & integræ obtineri, etiam non tradente ipso debitore, non dimittatur ille aut liberetur offerendo id quod interest. *v. sup. D. XI. th. 16.* Facta alia sunt solùm translativa, & à dando non differunt. Alia productiva, & quia mori quàm facere malle potest, quô casu coactio Magistratûs frustranea foret, ideò ut aliquid obtineat,

Th. XXV.

Effectus stipulationis est obligatio *a* vel ad dandum vel faciendum *l. 5. §. 1. ff. de V. O. l. 13. C. de contrah. & committ. stipul.* & ad dandum quidem præcisè obligamur *l. 75. §. fin.* & ibi Dd. *ff. eod.* ad faciendum verò *b* non item, sed præstando interesse is, qui non facit, quod convenit, liberatur. *l. 72. vers. Celsus. l. 69. l. 81. pr. & §. 1. l. 112. l. 114. ff. eod. l. 11. ff. de re jud.* Gœd. *d. tr. c. 9. n. 16. & seqq.* Obligatio hæc ad heredes, *c* uti alia ex contractu quovis, transit *d. l. 13. l. fin. C. de contrah. stipul.* ita tamen ut pro ratione rei aut facti dividui *d* vel individui pro portionibus saltem hereditariis vel in solidum obligen-

a D. 47. th. 22.

b j. D. 6. th. 46. D. 23. th. 107. D. 24. th. 20. in m. D. 40. th. 12. in m. & D. 47. th. 22. in m.

c ib. th. 15. p. 825. in m. & in f. thes. j. th. 23.

d v. d. th. 15. pr.

D. Struv. gentur. Gomez. *var. resol. 2. c. 10.* Frantzk. *d. exer. 10. q. 4. n. 5.*

neat, interesse admittit. vid. Disp. nostr. *de Manu regia & militari th. 41. seqq.* Distingvit Ungeb. *Ex. XI. qu. 2.* Dissent. Bronch. *C. 4. qu. 41.*

Ad heredes] vid. Id. *ibid. qu. 47.*

Th. XXVI.

e th. 25. Actio *e* quæ ex stipulatione oritur, est Condictio eaque vel certi, si certum *l. 74. & l. seq. ff. de V. O.* vel incerti, *f* si incertum promissum sit. *d. l. 75. ff. eod.* Posterior in specie & τεχνικῶς actio ex stipulatu vocatur *pr. Inst. de V. O. l. 24. ff. de R. C. l. 4. pr. ff. de Usur.* Utraque verò est stricti juris *g l. 5. §. fin. l. 30. seq.* & ibi Duar. *ff. de in lit. jur.* præterquàm in caussa dotis *h l. un. §. 2. C. de rei uxor. act. §. 29. Inst. de act.* ex accidenti quoque ob adjectum locum, quô dari quid debuit, *i* fit arbitraria. *l. 1. & t. t. ff. de eo quod cert. loc. §. 31. Inst. de act.*

f conf. D. 16. th. 38. D. 18. th. 48. 51. & sim.
g arg. D. 30. th. 7. in m.
h th. 48. in f. n. 1.
i v. D. 18. th. 67. in m.

Th. XXVI.

Certi vel incerti] Divisio hæc omnibus condictionibus communis est. v. Dn. Struv. *locis ad marg. not.*

In caussa dotis] Hanc vel maritus à Socero petit, & nolunt Interpp. eo casu actionem hanc B. F. esse. Bachov. *ad Trl. v. 2. D. 7. th. 8. A. p. 359.* vel uxor à marito: & hôc casu ob transfusam in eam pristinæ rei uxoriæ actionis qualitatem b. f. esse concedunt. v. Vinn. *Comm. maj. ad §. 29. I. de Act. num. 2. in f.* Aut. sup. *D. 14. th. 24.*

Adjectum locum] vid. sup. *D. 8. th. 30.*

Th. XXVII.

Contrariatur stipulationi Error, *k* præsertim si sit circa corpus *l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. ff. de V. O. l. 57. ff. de O. & A.* sin circa materiam, candē non vitiat *l. 22.* ubi Dd. *ff. de V. O.* mul-

k v. D. 6. th. 35. D. 23. th. 9. seqq. D. 47. th. 13.

Th. XXVII.

Circa materiam] Emptio quidem ob errorem in tota materia, vitiatur. *D. 11. th. 3.* stipulatio autem, quia plerumque alium, ad quem

multò minus ubi circa caussam stipulationis intervenerit *l. 21. ff. eod.* Gomez. 2. *resol. 9. n. 3.* Gœdd. *d. tr. c. 3. n. 54.* Dolus quoque & metus *l* eidem, ut aliis contractibus, officiunt *l. 5. C. de inutil. stipul.* & quoad dolum quidem in hoc stricti juris contractu non distinguitur, *m* utrùm caussam dederit stipulationi, an in eandem inciderit, sed utroque casu ipsa merô jure subsistit, dolus verò actione vel exceptione *n* doli est emendandus *d. l. 5. C. de inutil. stipul. l. 2. §. 1. 3. & 4. ff. de dol. mal. except. l. 36. ff. de V. O.* quæ exceptio tunc quoque competit, ubi ipsa res *o* dolum in se habet *d. l. 36.* ubi Bart. Jason. Cujac. Donel. *ff. de V. O.*

D.Struv.
l v. D. 8. th. 10. inf. th. seq.
m d. D. 8. th. 32.
n de qua D. 46. th. 33. seqq.
o ib. th. 35. in m.

quem pro errore corrigendo recurri potest, contractum præsupponit, tam citò non vitiatur: præprimis, quia & citra ullã caussam subsistere potest. *th. 10. b.* accedit, quòd verba promissoris manifesta securum satis reddant stipulantem de ipsius voluntate: Emptio contrà nudô consensu contrahatur, qui tam certus firmusque non est, ubi erratum est.

Non distinguitur] Rationem sumas ex *D. 4. sup. th. 15.*

Ipsa res dolum] Dolus à priori venit ex destinatione & proposito contrahentis: quando autem eventus docet, alterutrum læsum iri, alter verò eô non attentô standum velit contractui, Dolus ex re ipsa oriri dicitur, dum læsionem retrò & à posteriori probat. v. sup. D. *4. th. 14. pr.*

Tit. II. de Duobus reis constituendis.

Th. XXIIX.

Denique in duobus reis promittendi id juris fuit, ut singuli in solidum *p* tenerentur §. *1. Inst. de duob. reis l. 3. §. ult. l. 9. §. ult. l. fin. ff. de duob. reis l. 1. & 2. C. eod.* jure verò Novellarum, & quidẽ per *Novell. 99.* id

p D. 47. *th. 27. pr.*

Th. XXIIX.

Correctum esse] Ita sc. ut & correi debendi ad instar fidejussorum beneficium divisionis habeant. *v. D. 13. th. 11.* Verùm, quia textus de illis correis, qui

D.Struv. id correctum esse communiter existimatur, ut hodie, si omnes sint præsentes & solvendo, beneficiô divisionis *q* uti possint. Schneidewv. *ad d. §. 1. Inst. de duob. reis.* Mynsing. *ibid. num. 4. & 5.* Gometz. *2. var. resol. 12. num. 2.* Cujac. Rittershus. Matth. Steph. *in d. Novel. 99.* Gail. 2. *O. 14.* Gœdd. *d. tr. c. 9. n. 131.* Ad hunc locum etiam pertinet, quòd petitione partis ab uno correorum factâ, integra tamen *r* maneat petitio residuæ partis ab eodem *arg. l. 23. C. de fidejuss. l. 8. §. 1. ff. de legat. 1.* & si ab uno solidum *s* sit solutum, is actione negotiorum gestorum subsidiariâ partem à correo repetere possit *l. 2. C. de duob. reis.* Bachov. *ad Tr. d. D. 27. th. 9. lit. e. in fin.*

q ib. pag. seq. in m.

r v. th 29. ibid.

s v. th. 28. ibid.

qui pro invicem spoponderunt, & sic, correorum naturâ depositâ, fidejussorum partes susceperunt, loquitur, temerè id de omnibus correis indistinctè affirmatur. Usus tamen hanc opinionem tolerat. v. Bronch. *C. 4. qu. 51.* Frantzk. *Ex. X. qu. 3.*

Omnes præsentes] Idoneitas debitoris inter alia etiam in conveniendi facilitate consistit. *D. 23. th. 4. in f.*

Integra petitio] Partem petendo recessisse quidem censetur à jure solidum unâ pensione exigendi, sed non à tota correorum natura, quæ est, ut singuli solidum debeant. Bronch. *C. 4. qu. 52.*

Act. neg. gest.] vid. sup. D. *3. th. 26. & 29.*



DI-

DISPUTATIO XXIII.
ad Lib. XLVI. Pandectarum.

Respondente

GABRIELE Schlevogt/ Oldenburg.

Tit. I. de Fidejussoribus & Mandatoribus.

Th. I.

Accessoria] obligatio fidejussoria se habet ergà principalem non ut dependens ad conservantem, sed ut relatum ad correlatum: Sublatâ illâ tollitur & hæc, non quia causa & fundamentum sit subductum, sed quia de cœtero relata se mutuò ponunt & tollunt.

Principali salvâ] Autor propterea sic modificatè loquitur, quòd stipulatione quandoque principalis obligatio tollitur: tunc Novatio, vel Expromissio, non fidejussio est. Sic Delegatus non fidejubet, sed expromittit. *th.21. b.*

Th. I.

OBligatio, de qua *α* priori disputatione actum, est vel principalis vel accessoria: per illam principaliter & nomine propriô, per hanc accessoriè & alienô *β* nomine obligamur. Quod si contingit per stipulationem, principali obligatione salvâ, dicitur FIDEJUSSIO, quæ nihil aliud est, *γ* quàm stipulatio accessoria *l.5. §.2. ff. de V.O. l.3. & l.5. ff. de fidejuss. §.1. Inst. eod.* quâ quis interrogatus alienam obligationem fide suâ esse jubet, ut creditori eò magis sit cautum *pr. Inst. d.t. §. fin. Inst. de replic.* Unde fidejussor etiam Adpromissor *δ* dicitur *d. l.5. §.2. ff. de V.O. l.45. ff. de solut.* Quomodò verò ab Expromissore, *ε* Constituente, *ζ* & Mandatore *η* differat, vid. apud Gœd. *tr. de contrah. stipul. c.5. n.18.* Schneid. *ad pr. Inst. h.t.*

D.Struv.
α v.D.6. th.11.
β D.47. th.35.
γ th.36.
δ d.th.35. lin.3.
ε ib.lin.4.
ζ D.13.th.74.
η d.th.35. circa f.5.
D.22.th.4.

Constituent. & Mand.] de Constituto vid. *sup. D.8.th. 31.seq.* Mandator differt (1.) ratione constitutionis: quia enim mandat creditori, ut suô periculô quid faciat, non nisi præcedere obligationem principalem potest: Fidejussor & præcedere & sequi. (2.) Ratione effectûs: quia enim unus est contractus consensualis, alter verbalis, Inter creditorem & Mandatorem actio mandati: Inter fidejussorem verò & creditorem actio exstipulatu datur.

Th. II.

D.Struv. Fidejubere licere, plusquàm est manifestum, & quidem omnibus, qui possunt stipulari, θ modò non specialiter prohibeantur, ι quales inter cæteros sunt Servi κ extra rem peculiarem *l. 3. l. 19. ff. de fidejuss. l. 3. §. 9. ff. de pecul.* Milites λ *l. 31. C. locat. l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 15. C. de re milit. lib. XII.* Clerici μ in caussis Laicorum *Novel. 123. c. 6. c. te quidem. 20. XI. q. 1. c. 1. extr. de fidejuss. Novell. Leon. 86.* Hering. *tr. de fidejuss. c. 7. n. 239.* & propter SC. Vellejanum Fœminæ ν *l. 1. pr. l. 2. §. 1. l. 4. ff. ad SC. Vell. l. 18. C. eod.* Goedd. *d. tr. c. 7. n. 289.*

θ D. 47. th. 37.
ι ib. lin. 4.
κ D. 6. th. 36.
κ ib. th. 41.
λ d. D. 47. th. 7. n. 2.
μ ibid.
ν ib. & D 21. th. 3. seqq.

Th. II.

Miles] Hinc Senatus Frisiæ supremus, militis, quantumvis Capitanei & satis locupletis, (cùm contra eum exciperetur) fidejussionem non admisit, d. 27. Oct. 1617. Sande. *L. 3. T. 10. d. 1.*

Fœmina] repetantur *D. X. th. 1. seqq.*

Th. III.

Ut fidejussor aliquis fiat, necesse est consensum ejus intervenisse *arg. l. 1. §. 2. ff. de pact.* & illum quidem expressum non etiam tacitum, cùm per stipulationem, ad quam verba ξ requiruntur, perficiatur. *l. 1. §. 2. l. 35. §. ult. ff. de V. O.* Si

ξ D. 47. th. 3.

Th. III.

l. 35. §. f. de V. O.] Autor h. m. argumentatur: Quicunque contractus verbis contrahitur, non potest iis carere: quod probat per verba legis finalia. Atqui Fidejussio verbis contrahitur; quod probat per *l. 1. §. 2. h. t.* E. Opp. Imò contrarium in *d. l. 35.* habetur, quòd magis consensu perficiatur stipulatio. Resp.

Resp. Ibi non tam de fidejussione quàm Locatione & sim. agi, qui sunt contractûs consensuales, & celebrantur ab ipsis principalibus absque stipulatione: ut rectissimè dicatur, Conductorem obligari, licèt ad interrogata non responderit, dum modò ex facto consensus ejus colligi possit.

Præsens tacuerit] Atqui nec ex mandato quis obligari suo ex silentio potest. D. *10. th. 25.* cùm tamen in consensualibus per nutum de cœtero obligemur. Cur E. in Fidejussione id admittitur? ℞. Aut hoc propter fidem instrumentorum contingit. §. *12. de Inut. stip.* §. *f. l. de Fidej.* Autor *th. 8. b.* aut propter Judiciorum autoritatem. *vid. disp. nostr.* de Consensu tacito. *cap. 4. inf. & cap. 9. per tot.* disp. de Silentio. *cap. 4. n. 76.*

Si tamen præsens in judicio, ac fidejussor à debitore nominatus tacuerit, & nomen suum tanquàm fidejussoris ad acta referri passus *o* sit, perinde tenetur, ac si stipulatio legitimè fuisset interposita. *l. 4. §. ult. ff. de fidejuss. tutor.* Hering. *d. c. 7. n. 48.* D.Struv. *o v.D. 38. th. 78. j. D. 22. th. 2. & 7.*

Th. IV.

Etiam minus idoneus] Ita est: gestum pro convento est. *l. 3. ff. de R. Cr.* Quando ab initio passus fuit Scienti sibi minus idoneum obtrudi, creditur in universum voluisse contentus esse; nec alium magis idoneum expetere potest, quia juri suo renunciavit. Quando verò sub initium idoneus acceptus, talis esse desinit, tunc in eo acquiescere non tenetur, sed dum sufficienter sibi cautum non credit, ulteriorem à debitore cautionem exigere non prohibetur. Uti enim patet, juri suo nunquàm

Th. IV.

Requiritur insuper & consensus creditoris, quô fidejussor etiam minùs idoneus ab eodem acceptus approbatus *π* censetur *l. 3. in fin. ff. de fidej. l. 10. §. 1. ff. qui sat. cog. l. 3. §. ult. ff. ut in possess. legator.* In dissensu, utrum idoneus sit an minùs, olim arbiter ad probandos fidejussores *ρ* dari solebat *l. 9. & 10. ff. qui satisd. cog. l. 2. C. de usur. & fruct. legat.* hodie dijudicatio *π D. 47. th. 37. inf.* *ρ v. D. 8. th. 96.*

D.Struv. catio illa ab ipso Judice expeditur. Hering. *d. tr. c. 8. n. 36.* Idoneus autem & locuples dicitur σ non tantùm ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate. *l. 2. pr. ff. qui satisd. cog.* Mynf. 2. *Obs.* 15. Gail. 2. *Obs. 27. num. 25.* Sola verò probitas, fides, aut spectata vitæ integritas sine opibus, idoneum non faciunt. *gl. in l. 2. ff. sol. matrim.* Valent. Franc. *tr. de fidejussor. c. 4. num. 30.*

σ v. D. 5. th. 16. & 21.

quàm renunciavit. Quod si debitori displicuerit, toties noviter cavere quoties fidejussorum suorum conditio mutatur, maturè solvat, & perpetuò securus erit. *v. th. 5. h.*

Sola verò probitas] Sed, adeóne virtus post nummos! imò tutori paupertas non obest, dum probus siet. §. *f. l. de susp. tut.* Nimirum, Quilibet ea habeat requisita, quorum causâ adhibetur. Tutoris candor, industria & probitas selecta sunt, quia rebus gerendis assumitur. Fidejussor æris defectum supplere, & pro debitore solvere rogatur: quod, si facere malignus recuset, Judex manu militari potest extorquere. (2.) Fidejussoris factum Judex antevenit, & malum in bonum convertere potest. Tutoris non nisi præterita deprehendit & animadvertit, quæ, si mala sunt, non ita corrigi possunt, quin aliquid pupillo damni exin remaneat.

Th. V.

Quòd si fidejussor, ab initio satis quidem idoneus & locuples datus, facultatibus lapsus inops efficitur, τ eo casu ad instantiam creditoris debitor alium magis idoneum dare compellendus est. *l. 10. §. 1. ff. qui satisd. cog.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. d. 28. th. 2. lit. F.* Sed quid si ad dandum fidejussores quis est obligatus, num invito creditori offe-

τ D. 47. th. 37. in f.

Th. V.

Inops efficitur] Istud enim tunc ipsi deesse incipit, propter quod tamen adhibitus est: ut sc. per eum diligentius creditori sit cautum. *pr. I. h. t.* add. *not. th. praced.*

Offerendo pignora] Forma siquidem cujuslibet rei observari nec

nec immutari debet. Atqui hæc est forma satisdationis, ut præcisè per fidejussores fiat. Nec E. invito creditori aliud pro alio obtrudendũ. Nec semper plus cautionis in re debitoris est, quàm in persona fidejussoris. add. *not.* D.2. *th.* 16. *in f.*

offerendo pignora *v* obligationi suæ satisfacit? quod negandum censemus *arg. l.* 2. §. 1. *in fin. ff. de R. C. l.* 1. *l.* 10. *in fin. qui satisd. cog. l.* 7. *ff. de prætor. stipulat.* Treutl. *d. D.* 28. *th.* 2. *lit. f. in fin.*

v v. D. 5. th. 21. j. D. 12. th. 65.

Th. VI.

Etiam naturali] Hic enim effectus naturalibus oblig. à Jure civ. est relictus. v. D. 22. *th.* 15. Nec adversatur, quòd in duriorem causam non debeat assumi. *th.* 9. *h.* quia istud explicatur quantitativè, materialiter & objectivè: præsens obligatio exaudienda est formaliter: quòd firmius obligetur, sed in eadem planè cum debitore causa. leg. Bronch. C 4. *qu.* 55. & 60. *in m.*

Ex delicto] Cùm quilibet præstare debeat id, cujus causâ constitutus est, evenit, ut fidejussores in causis delictorum non semper utiliter constituantur. Quia enim rerum judicatarum autoritas non fert, aliter executionem institui, atque verba sententiæ voluerunt, ideò aut fidejussor contra merita & justitiam pœnam sui principalis subire; aut ad incertum eventum, quô in ipsum prin-

Th. VI.

Accedere fidejussor potest omni *φ* obligationi, non solùm civili, verùm etiam naturali §. 1. *Inst. l.* 1. *l.* 7. *ff. de fidejuss.* Illique tam adhuc futuræ quàm præsenti §. 3. *Inst. l.* 6. §. *ult. ff. d. t.* Circa obligationem verò ex delicto *χ* distinguendum, utrum agatur civiliter an criminaliter. Priori casu fidejussor indistinctè admittitur *l.* 8. §. 5. *l.* 56. §. *fin. l.* 70. §. *ult. ff. eod.* posteriori interest, utrùm agatur ad pœnam pecuniariam fisco applicandam, & tunc idem dicendum: an verò ad coërcitionem corporis, quô casu fidejussio est inutilis *arg. l.* 13. *pr. ff. ad L. Aquil. l.* 22. *C. de pœn.* de reo ta-

φ D. 47. *th.* 39. *pr.*

χ ib. lin. 9. seqq.

D. Struv. ↓ v. D. 49. th. 10. tamen à carcere relaxando, ↓ & quôvis tempore judicio sistendo, ad pœnam certam pecuniariam, si non sistatur, pro qualitate delicti & ratione aliarum circumstantiarum interponi & admitti potest. *l.* 1. *&* 3. *seqq. ff. de custod. & exhib. reor. l.* 6. §. 3. *C. de appell.* Bachov. & Vinn. *ad* §. 1. *Inst. de fidejuss.* Hering. *d. tr. c.* 10. *n.* 335. *& seqq.* Menoch. 2. *arb. cas.* 306. *num.* 16.

principalem statui posset, Judex pœnam suspendere tenebitur. Commodissimè itaque Autor cum aliis dist. ut pro qualitate delicti modò admittatur, modò recusetur. add. Bronch. *C.* 4. *qu.* 57. & de usu forensi Carpz. *pr. Cr. qu.* 112. *n.* 30. *seqq.* Idem de Procuratoribus asseruit Autor. *sup. D.* 3. *th.* 15.

A carcere] conf. infr. D. 24. *th.* 15.

Lib. V. C. Tit. 20. Ne fidejuss. dotium dent.

Th. VII.

ω v. D. 47. th. 39. lin. 5. An pro dote ω conservanda ac restituenda Maritus fidejussorē dare possit? non concors omnium est opinio; Nos ad fidejussorem dandum eum non quidem cogi *l.* 1. *&* 2. *C. ne fidejuss. dot. dent.* volentem tamen, cùm & pignus ab eo hôc nomine dari queat *l.* 7. §. 6. *ff. de donat. int. vir. & ux.* eundem offerre ac dare posse, verius statuimus. *arg. l.* 8. §. 6. *ff. de fidejuss.* Duar. *c.* 4. *ff. de jur. dot.* Connan. 8. *comm.* 9. *n.* 8. Ungep. *ex.* 11. *q.* 8.

Th. VII.

Non quidem cogi] Ratio dubitandi poterat ex D. 6. *th.* 16. *D.* 17. *th.* 21. *in f.* desumi, quòd quicunque restitutioni obnoxia secum habet, ad cautionem sit obstrictus. Et operatur quoque suô locô, ut ad inopiam vergente maritô, avocari planè dos ab illo possit. v. Carpz. *p.* 1. *C.* 18. *d.* 60. *&* *p.* 2. *C.* 24. *d.* 11. nedum, ut cautio, certè quantam valet præstare, *c.* 7. *x. de Don. int. vir. & ux.* exigi possit.

Volentem tamen] Quæstio est de Imperatoris intentione, utrum soli marito prospicere, ac privilegiô eidem succurrere; an avaritiam dixerim vel incivili-

vilitatem uxorum prohibere ac punire maluerit? ut ibi maritus juri pro se introducto renunciare possit, prout vult Autor, & præter alios Bronch. *C. 3. q. 13.* hîc verò actus etiam sponte exercitus sit nullus: in qua opinione Brunnem. *C. h. t.* Fachinæum *L. 8. c. 76.* & alios deprehendi. Priori casu esset favorabile, posteriori odiosum: ibi lex permissiva & consultativa, adeoque negligi permissa, de qua Germani dicunt: Willkühr bricht Landrecht. Hîc dispositiva, cui pactis privatorum derogari non possit. Posterius videtur.

Th. IIX.

Si instrumentô] duo allegati txx. ex §. *12.* & *17. I. de Inut. stip.* hôc discrepant, quòd in priori de loco & præsentia partium; in posteriori de solennitate & forma stipulationis observata agatur. Ibi verba usurpata in genere; hîc præcessisse interrogationem in specie probatur: quorum utrumque simul comprehendere videtur §. *8. I. h. n. t.*

Hodiernô usu] Idem asseruit Autor *D. 2. th. 26. D. 25. th. 19. add. th. 18. h.* Ex quo tamen neutiquàm sequitur, nullum stipulationis esse usum: sed hoc solùm, Minus necessariam esse. v. Frantzk. *Ex. X. qu. 1.*

Th. IIX.

Modus fidejubendi est, quòd verbis fiat inter præsentes, uti alia quævis *a* stipulatio. *l. 1. pr. ff. de V. O.* quæ, si in instrumento scriptum sit, aliquem fidejussisse, solenniter intervenisse præsumitur §. *11.* & 17. *Inst. de inutil. stipul.* §. *8. Inst. de fidejuss. l. 30. ff. de V. O.* Hodiernô tamen usu, quô ferè parùm refert, utrum pactô *b* an stipulatione aliquid promittatur, Hering. *d. tr. c. 11. n. 43.* & *76.* Gudelin. *de jur. novis. L. 3. c. 5.* §. *porrò videamus.* ad fidejussionem constituendam præsentia partium non præcisè requiritur, sed inter absentes quoque per scripturam perfici potest. Hering. *d. tr. c. 11. n. 76.*

D. Struv.
a D. 47. th. 5. pr.
b ib. th. 37. n. 1. j. D. 6. th. 17.

Th. IX.

D.Strauv. Fidejussio in duriorem caussam, quàm ipse reus principalis est
c d.D.47. th.40. obligatus, fieri nequit, *c* cùm absurdum sit, plus esse in accessione, quàm est in principali §.*5.& ibi Dd. Inst. de fidejuss. l.8.* §.7. *l.34. ff. eod.*
d ib.th.41. arctiùs tamen ad eandem *d* caussam fidejussor, quàm reus principalis, obligari potest: v. c. si accedat
e conf.D. 6.th.15.& 39.in f. obligationi naturali planè *e* invalidæ *l. 16.* §.*3. l. 25. ff. d.t.* vel sub juramento, hypothecâ bonorum suorum, instrumento guarentigiato, sub pacto obstagii, (quod licèt
f D. 47. th. 41. in m. in totum prohibitum *f* & sublatum sit *per ordin. polit. sub Reces. imp. de anno 1577. tit.* 17. §. Wiewol auch/ tamen statutis quorundam locorum adhuc toleratur) cùm ipse reus simpliciter sit obligatus. Quòd si etiam majorem tantùm summam, quàm principalis debet, fide-
g ibid th. 40. in m. jussor promiserit, *g* fidejussio utilis est, & ille ad concurrentem summam tenetur. *l.1.*§.*4. & 5. ff. de V.O. arg.* §.*8. Inst. de mand. l. 11.* §.*1. ff. de constit. pecun. l. 83:* §. 3. *l. 12. ff. de V. O. c. utile 37. de R. I. in 6.* Wesemb. *in parat. ff. de fidejuss. n. 5.* Gomez. *resol. 2. c. 13. n. 2.* Hering. *d. tr. c.24. n. 52,* Val. Franc. *d. tr. c. 4. n. 96.*

Th. IX.

In duriorem] Sicut obligatio debitoris in mutuo fundatur super re accepta, ut ultra acceptum nullatenus obligetur. *D. 8. th. 7.* Ita obligatio fidejussoris præcisè respondere debet obligationi principali, adeò, ut si & creditor & fidejussor dè majori quàm principalis debet, loquantur summa, planè alia hæc esse videatur; & quia nulla, quæ ipsi respondet, apparet, ob defectum correlati & ipsa evanescat. Id quod Ulpianus in *l. 8.* § 7. *ff. h. n. t.* innuit, quando inquit: Si adhibiti fuerint. Secus ergò quando creditor de vera debitoris summa locutus, fidejussor solùm promptitudinis ostendendæ gratiâ majorem expressit: uti Autor *in f. thes.* textûs pugnantes conciliat, cui add. Bronch. *C. 4. qu. 53.* Frantzk. *Exerc. 10. qu. 7.*

Na-

Naturali invalida] Pupilli citra tutoris autoritatem obligati. v. *D. 15. th. 16. D. 22. th. 15. j. th. 6. h.*

Th. X.

Quod tempore fidej.] Fidejussio stricti juris est, nec ultra pacta conventa quid obtrudi patitur. Quare, si nec usuræ nec interesse ab initio fuerunt in obligatione principali, quã fidejussor in eo statu, quô ea tunc se habebat suscepit, nec ipsemet ad hæc tenebitur, si ob moram Rei principalis deberi ceperunt. prout solidè Autor *l. 8. ff. de eo quod cert. loc. &* *l. 54. ff. Locat. & fin.* ad consonantiam reducit. add. Id. D. *8. th. 30. in f.* Vinn. *L. 2. sel. qu. 10.* Bronch. *C. 4. qu. 54.* Hinc & in Curia Frisica d. 15. Jul. 1609. judicatum refert Sande. *L. 3. T. 10. d. 4.* Fidejussorem, qui se obligavit in sortem tantùm, non teneri ad usuras.

Th. X.

Id extra dubium est, quòd fi- D. Struv.
dejussor æquè ac reus principalis ad
omne id, quod tempore fidejussio-
nis erat in obligatione, *h* solven- *h D. 47. th.*
dum teneatur *l. 16. §. 1. ff. de fidejus.* *42. pr.*
l. 10. C. eod. l. 8. C. quod cum eo qui in
alien. pot. est. neg. gest. nec solùm
ipse, sed ejus etiam heres, *i* licèt *i ib. p. 845.*
hujus in instrumento nulla facta *lin. 1.*
fuerit mentio. §. 2. *Inst. de fideius.*
l. 4. §. 1. ff. eod. l. 24. C. eod. l. 13. C.
de contrah. stipul. ex mora verò &
contumacia rei principalis ejus ob-
ligatio perpetuatur *k* quidem *l. 91.* *k ead. th.*
§. 4. ff. de V. O. l. 49. pr. & §. 1. & l. *in m. j. D.*
88. & ibi Dd. ff. d. t. non tamen au- *18. th. 73.*
getur. *l. ult. ff. de fidejus. l. 8. ff. de eo quod cert. loc.* nisi in omnem caussam fidejusserit *l. 54. ff. locat. l. 10. ff. rem pupil. salv. for.* Gœdd. *d. tr. c. 11. n.* 123. Costal. *in l. 1. ff. de in lit. jur. ubi* Gothofr. *& alii* Arum. *ex. 13. th. 26.*

Etiam heres] Censetur enim unusquisque pro se & heredibus suis contrahere. add. *D. 22. th. 25.*

Th. XI.

D. Struv. Si plures sint fidejussores, strictô jure singuli in solidum tenentur §. 4. *Inst. de fidejus.* ex Epistola tamen D. Hadriani beneficiô *l* divisionis *d.* §. 4. *Inst. l. 26. cum 2. seqq. l. 51. ff. de fidejuss.* non quidem ipso jure, sed per exceptionem illis succurritur *d. l. 26. ff. d. t.* licèt in solidum sese obligaverint *l. 3. C. eod.* modò non inficientur *m* se esse fidejussores *l. 10.* §. 1. *ff. eod.* & tempore litis contestatæ omnes sint *n* solvendo §. 4. *Inst. l. 51.* §. 1. *ff. eod.* Opponi autem hæc exceptio divisionis tam ante quàm *o* post L. C. usque ad sententiam potest; post sententiam verò, nisi appellatum sit, non item *l. 10.* §. 1. *& ibi* Salic. *n. 5.* Sichard. *n. 10. & seqq.* Donell. *num. 2. & seqq.* Hering. *d. tr. c. 28. num. 29.*

l D. 47. *th. 44.*
m ib. n. 4.
n ib. n. 1.
o v. D. 46. th. 8. n. 9. j. th. 9.

Th. XI.

Si plures] Quid si unicus: Annon & is hoc beneficium implorabit, ut inter se & creditorem dividatur? *Tobias ex Alto*, Advocatus insignis, & celebris apud Leydenses Practicus, integrâ consultatione conscriptâ hoc obtinere conatus, explosus scribitur ap. Vinn. *L. 2. sel. qu. 40.* Egregiè confutatur textu *l. 27.* §. *f. ff. h. n. t.*

Non ipso jure] aliàs ab initiò solum ex parte obligaretur, nec in solidum conveniri posset.

Licèt in solidum] Cùm & unicus fidejussor adsumptus in solidum teneatur, videri poterat, pluribus adhibitis, divisam esse obligationem; cui opinioni excludendæ exprimunt, quemlibet adhuc juxta negocii pristinam naturam solidum debere, nec pluralitate suâ aliud inducere velle. Dum itaque clausula hæc suum habet usum, neutiquàm putanda est frustranea, si non inducat renunciationem beneficii divisionis: utcunque dissentiat Hering. apud Carpz. *p. 2. C. 17. d. 9.* ubi pro Autore responsum adfertur. Quanquàm in nostris extra Electoratum Provinciis beneficio divisionis per æquipollentes phrases renunciari posse, statuat Dn. Richt. *part. 2. Disp. 4. ad Auth. corell. 8.*

Tam.

Tam ante, quàm] conf. *D. 22. th. 12.* Limitat: Nisi appellatum sit. Effectus scil. appellationis suspensivus impedit, quò minus eâ pendente quid innovetur. *v.* D. *25. th. 12.*

Th. XII. **D. Struv.**

Cùm olim *p* pro lubitu creditorum fidejussores ante reum principalem cum effectu conveniri possent, Justinianus id asperum nimis & durum arbitratus, beneficium ordinis seu excussionis *q* in illorum gratiam introduxit. *Novel. 4. Auth. præsente. C. de fidejuss.* quô etiam gaudent, licèt se ut Principales *r* als selbst-schuldige. obligaverint. *arg. d. l. 3. C. de fidejuss. l. 5. §. 16. ff. de institor. act.* Ern. Cothman. *vol. 1. resp. 22. & vol. 2. resp. 76.* Ant. Fab. *in Cod. de fidejus. def. 31.* Bachov. *ad Tr. d. D. th. 5. lit.* C. *&* D. Frantzk. *ex. 10. q. 8.*

p D. 47. *th. 43. pr.*
q ib. lin. 3.
r in m. th.

Th. XII.

Olim pro lubitu] de hac creditoris electione Autor jam sup. D. *12. th. 16.*

Ordinis seu Excuss.] quasi fidejussor dicat, Domine creditor, serva ordinem & excute prius principalem. Idem constituenti competere, Autor dixit sup. D. *8. th.* 32. it. Tutoribus, D. *15. th. 24.*

Licèt se ut princip.] Textus allegatæ *l. 3. C. h.* id verbis expressis non testatur, Autor tamen argumentô utitur eodem quô *th. præced.* de Divisione. Non fluere sc. exinde renunciationē, nec tamen clausulam esse ociosam; sed hoc innuere, Nolle fidejussorem exceptionem negocii ad se non pertinentis, aut non perceptæ utilitatis uti, sed perinde teneri aut solvere, ac si ipse debitor esset. Unde nec *El. Sax. p. 2. C. 18.* eô beneficiô privat aliter, quàm si expresse fuerit renunciatum, aut principalis non sit solvendo. In nostris provinciis, quando promisit, se ad instantiam creditoris integrum soluturum, hôc jure non juvari, Dn. Richt. *p. 2. ad Auth. Disp. 4. coroll. 9.* testatur. Secus in Fidejussore indemnitatis. v. Finckelthaus. *Obs. 107.*

 Th. XIII.

Th. XIII.

D. Stauv. Præter duo ista priora, etiam tertium fidejussoribus patet beneficium, quod dicitur Cedendarum actionum, *s* cujus vigore fidejussor conventus solvere creditori non tenetur, antequàm contra reum principalem & confidejussores ipsi cesserit, quas habet, actiones *l. 11. C. de fidejuss. l. 17. l. 36. l. 39. ff. eod.* quam cessionem fidejussor non solùm in ipsa solutione, sed & post *t* eam petere potest *d. l. 36. ubi* Bart. & Castr. *ff. de Fidejuss.* Val Franc. *d. t. c. 5. n. 482.* Donel. *ad l. 11. C. de fidejuss.* Hartm. Pistor. *p. 1. q. 38. n. 9.* Joh. à Sande. *tr. de cess. act. c. 7. n. 11. & seq.* Carpzov. *jurispr. for. p. 2. c. 17. d. 16.* Cujus cessionis hic est effectus, ut fidejussor, qui solidum solvit, parte suâ deductâ, residuum vel ab uno confidejussore in solidum, si beneficio divisionis fuerit renunciatum, vel si non renunciatum, à singulis pro rata repetere possit. Coler. *de process. execut. p. 2. c. 2. num. 16. & seqq.* Heig. *p. 1. q. 38. n. 5.* Valent. Franc. *d. c. 5. n. 49.* Köppen. *quæst. 51. num. 12. & seqq.*

s th. 45. pr.

t ib. pag. seq. qu. 2. j. th. 46. n. 2.

Th. XIII.

Antequàm contra reum] Adversus hunc actio mandati competit fidejussori, *th. 14. b.* adversus reliquos autem fidejussores nulla; Hinc cessio necessaria est, quâ procurator in rem suam constituitur, ac nomine creditoris tam fidejussores quàm reum ipsum convenire potest. In proprium tamen præjudicium actiones suas ut fidejussori cedat, creditorem cogi non posse, decisum scribit Sandius *L. 3. T. 10. d. 6.*

Sed & post eam] Atqui solutione acceptâ, & fidejussore liberatô nil restat creditori juris, quod posteà cedere fidejussori possit. Nim. Fidejussor liberatus, non ipsum vinculum principale solutum est; is solùm per redemptionem quandam nomen in se transtulisse videtur: Creditor ergò hactenus indemnem eum præstabit, à quo beneficium solutionis accepit, ut solùm

sup-

suppleat ex post facto, id quod tempore acceptæ solutionis præstare debuisset. vid. Carpz. *L. 2. Resp. 70.*

Th. XIV.

Condictio certi] Repet. not. D. *22. th. 26.*

Vel saltem passus sit] Fidejussio quatenus inter creditorem & fidejussorem contrahenda, verbis initur: pro reo autem tacente fidejuberi potest, quia contractus mandati tunc initur. *v. th. 8. h. j. D. 10. th. 25.*

Ante factam solut.] Positô sc. quòd diu in obligatione steterit, & desuper à creditoribus molestetur. *c. 3. & ult. x. de Fidejuss.* sine causa ergò & immaturè agere prohibetur. Carpz. *L. 5. Resp. 21.* Sandejus *L. 3. T. 10. d. 7.* Compensare tamen debitori quod pro eo nondum solvit, neutiquàm valet. Id. *L. 2. Resp. 103.*

Th. XIV.

Adversus fidejussorem, reô principali maturè non solvente, competit potissimùm Actio ex stipulatione, *u* quæ vel condictio certi, vel actio ex stipulatu in specie sic dicta, de quibus suprà; *x* fidejussori verò pro reo solventi vicissim actio mandati *y* adversus illum datur §. *6. Inst. de fidejuss. l. 33. & l. 53. ff. mandat. l. 6. C. eod.* modò reus mandaverit vel saltem pro se fidejuberi passus *z* sit *l. 6.* §. 1. *ff. mand.* si verò pro ignorante intercesserit, negotiorum gestorum *α* actionem habet *l. 20.* §. 1. *ff. mand.* nonnunquàm etiam ante factam solutionem fidejussor ad liberationem *β* contra debitorem agere potest: de quo vide Gomez. *d. c. 13. n. 10.* Sichard. *in l. 10. n. 4. C. mand.* Gail. *2. O. 29.* Menoch. *arb. cas. 41.*

D. Struv.
u D. 47. th. 42. inf.
x th. 25. h. j. D. 18. th. 51. 48. & fin.
y D. 22. th. 13. j. th. 9. inf. D. 47. th. 46. n. 1.
z arg. D. 22. th. 2. & 7.
α v. D. 47. th. 46. n. 2.
β j. D. 9. th. 4. D. 22. th. 13. D. 47. th. 46. inf.

Th. XV.

Terminus ad solv. prorog.] Autor in hac qu. duos vult casus distinguere, qui tamen iidem videntur: quid enim refert: Terminum ad solvendum Reo à creditore fuisse prorogatum:

Th. XV.

Ad finem hujus materiæ quæritur, an fidejussor, qui ad certum tempus se obligaverit, si eo insciô terminus, ad solvendum reo à cre-

D.Struv. y d.D.47. th. 47. p. 849. in m.

creditore fuerit prorogatus, y post illud tempus adhuc teneatur. Et de præterito quidem, non verò in futurum illum teneri statuimus. *arg. l. 99. ff. de V. O. l. 25. §. fin. ff. de recept.* Hering. *c. 24. n. 35. cum seqq.* aliud dicendum, si terminus solutioni destinatus prorogatus fuerit, qui saltem exactionem differt, non verò obligationem tollit. Val. Franc. *c. 6. n. 53. cum seqq.* Coler. *de process. exec. p. 1. c. 10. n. 338. & seqq.* Berlich. *p. 2. concl. 25. n. 8.* Gail. *2. O. 30. n. 11.*

tum: an terminum solutioni destinatum prorogatum fuisse? nihil interesse videtur. *Hoc tamen velle credo*, *Aut* debitor ad certum tempus promisit. s. obligatio in certum tempus fuit concepta, & in id fidejussor acceptus, die verò comparente obligatio illa ulterius extensa, & finita quasi renovata: hôc casu fidejussor neutiquàm liberatus esse potest, quia fundamentum, obligatio principalis adhuc durat, cui nón finiendæ, sed obsequendæ tempus est adpositum. Tenetur tamen solùm ratione temporis præteriti, ad quod suâ se adstrinxerat voluntate, perinde ut socius etiam finitâ societate de gestis præteritis rationem reddere tenetur, renovatæ autem obligationis periculum ad eum non pertinet. v. Vinn. L. 2. *sel. qu. 42.* *Aut* verò ipse fidejussor suæ obligationi terminos posuit, ad certum duntaxat tempus promittens, & lapsô illo non tenebitur, uteunque creditor debitori novas indulserit moras; sibique imputabit, quòd limitatam acceptaverit fidejussionem. Vinn. *ib. qu. 41.* ubi exemplum Matthiæ Caleri, quod in *process. execut. p. 1. c. 10. n. 310.* de se ipso posuit, allegat. add. *Const. El. Sax. 19. pr.* ibique Carpz. Juxta hanc dist. in Curia quoque Frisica d. 22. Mart. 1604. & d. 17. Oct. 1622. judicatum. Sande. L. 3. T. 16. d. 5.

Tit. II. de Novationibus & delegationibus.

Th. XVI.

Veluti certis modis constituitur, ita etiam non solùm fidejussio aut

Th. XVI.

Quævis obligatio] Etiam Pignoris. D. 13. *th. 25.*

De

aut stipulatio, sed & quævis obligatio certis modis tollitur, idque vel ipso jure δ vel per exceptionem. De hac jam tum diximus: ε ipso jure tollitur obligatio potissimùm per Solutionem, ζ vel veram ac naturalem, vel quasi, v. c. Novationem, Acceptilationem, η Confusionem, θ Compensationem, ι aut Contrarium consensum. κ Nos juxta ordinem Pandectarum de tribus saltem, Novatione putà, Solutione & Acceptilatione agemus. Novatio cæteris meritò præmittitur, utpote quæ non saltem veterem tollit, sed insimul novam obligationem inducit. Perez. *in Cod. de novat. n. 1.*

D.Struv. δ *D.47.th.49.pr.* ε *D.46.th.2.seqq.* ζ *D.47.th.67.seqq.* η *ib.th.87.* θ *th.84.& D.23.th.77.* ι *D.21.th.13.* κ *D.47.th.80.*

De hac jam tum] Nempe *D. 21. prioribus 13. thesib.*
Acceptilationem] *v. th. 29. b.*
Confusionem] v. D. *10. th. 8. D. 12. th. 25. D. 18. th. 10.*
Compensationem] v. *D. 10. th. 8. seqq.*
Tollit, inducit] Sicut Adoptio patriam potestatem diversô respectu constituit & solvit.

Th. XVII.

Novationis definitio, quàmvis ex ipso nomine pateat, more tamen nostrô eandem hîc ponere non pigebit. Est igitur, Ulpianô autore, Novatio prioris debiti in aliam civilem vel naturalem obligationem transfusio & translatio *l. 1. ff. de Novat.* Dividitur λ in Voluntariam & Necessariam *l. 29. ff. de Novat.* Illa fit per stipulationem, μ & pro-

λ *D. 47. th.50.* μ *th. 54.*

Th. XVII.

In Voluntariam] eædem divisiones afficiunt quoque Jusjurandum. *D. 8. ib. 13.* Depositum. *D. 10. th. 16.* Pignus. *D. 12. th. 3.* Delegationem. *ib. 20. b.*
Per Lit. contest.] idem in delegatione. *d. th. 20. b.* Alius litis contestatæ effectus adfuit *D. 22. th. 9.* Solet autem opponi *l. 28. ff. h.* quòd per L. C. non tollatur prior. ℞. Nec Autor per sublationem, sed Transfusionem definit novationem: utut ergò quandoque contingat ipsâ translatione tolli, non ta-

[D.Struv. ı th. 51.] propriè dicitur Novatio; hæc per ı litis conteſtationem *d. l. 29. l. 11. §. 1. ff. eod. l. 3. C. de uſur. rei judic.* quia judiciò contrahitur, & nova obligatio judicati inducitur *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* Sed hæc ſpecies à priori longè eſt diverſa, vid. Gœdd. *tr. de contr. ſtipul. c. 5. n. 73. & ſeqq.* Schneid. *ad §. 3. Inſt. quib. mod. oblig. toll. n. 15.*

tamen perpetuum eſt & neceſſarium.

Longè eſt diverſa] Later in eo diverſitas, quòd voluntariâ novatione prior obligatio perimatur. *l. 35. de Uſur. th. 19. h.* Neceſſaria verò novas ſolùm ſuperaddit qualitates. Diverſitatis ratio eſſe poteſt, quòd ubi partibus invltis aliud obtruditur, non inſuper jus competens auferri debeat: ubi verò ſpontè ad aliud confugiunt, prius contemnere videantur: ſive, quòd ubi Jura nobis proſpiciunt, pleniſſimè nobis ſit conſultum.

Obligatio judicati] repet. *D. 21. th. 8.*

Th. XIIX.

Novari poteſt obligatio quævis, [ξ D. 47. th. 59.] ξ quocunque modô contracta, & ſive naturalis ſit ſive civilis *l. 1. l. 2. ff. de novat.* ac fieri debet [ο th. 57. pr.] per ο ſtipulationem *d. §. 3. Inſt. quib. mod. toll. obl. l. fin. C. de novat. l. 2. l. 5. 6. 7. & aliis. ff. de novat.* Duar. *de novat. c. 2.* hodiernô verò [π conf. D. 6. th. 17.] uſu etiam ſolo pactô π ſuſtinetur, Weſemb. *par. ff. de novat. num. 6.* Gudelin. *lib. 3. de jur. noviſſ. c. 12.* oportet præterea inter contrahentes expreſsè hoc actum eſſe, [ς D. 47. th. 57. p. 853. lin. 2.] ς quòd priorem obligationem novare velint

Th. XIIX.

Sive naturalis] Rationem ſume ex *D. 22. th. 15.*

Hodiernò uſu] add. *th. 8. h.* & *D. 2. th. 26.* cum ſimil.

Si tamen] Contrarium Scabinorum Lipſienſium reſponſum allegat Carpz. *p. 2. C. 19. d. 14.* quorum ſententiam moderatus El. *Sax. noviſſ. deciſ. 66.* approbavit, & jam olim Marpurgenſes JCtos ita reſponderunt, teſte

teste Gœddeô. Exaudiri Autor posset de casu, quô creditor acceptâ novâ cautione priorem in conspectu debitoris combureret aut dilaceraret.

lint *l. fin. C. de novat.* Si tamen ex D. Struv. certis urgentibus & manifestis indiciis ac conjecturis patet, à priori obligatione ipsos discedere voluisse, *d. l. fin.* satisfactum esse rectè statuitur. σ Gail. 2. *obs.* 30. Arum. *lib.* 2. *decis.* 30. Joh. Wurmbs. *in nucl. ad tit. Instit. quib. m. toll. obl. contr.* 3.

σ *dissent. ib. in m. pag.*

Th. XIX.

Prior perimatur] exemplum erat D. 21. *th.* 17. in petenda separatione bonorum.

Si tamen] Adeoque quoad sola vitia & odiosa sublata erit prior obligatio, non quoad favorabilia: Exemplum est in *l.* 21. *pr. ff. qui pot. in pig.* Dum enim pignoris denuò fit mentio, non tam noviter obligatum, quàm ex priori huc traductum habetur, ita ut per intermedium creditorem jus priori semel quæsitum non auferatur. v. *sup.* D. 12. *th.* 21. *& ibi* Bart. *ff. qui pot. in pign.* Gail. 2. *obs.* 30. *num.* 10. Mynſ. 1. *O.* 59.

Th. XIX.

Effectus Novationis est, τ quòd prior obligatio constitutâ novâ, perimatur *l.* 1. *ff. de novat.* & insimul omnia ejus incommoda, quæ priori obligationi adhærebant, evanescant. Si tamen pignora in novatione repetita fuerint, υ licèt illa ante novationem alii fuerint obligata, cum prærogativa temporis & privilegio prioritatis repetita censentur, *l.* 3.

τ *th.* 60. *pr. j. th.* 54 *in m.*

υ *d. th.* 60 *inf.*

Th. XX.

Absq; consensu suo] Imò verò, Edictum de alienatione judicii mutandi causâ, ad creditorem actiones suas in alium transferentem non est porrigendum. D. 4. *th.* 28. & tam rea-

Th. XX.

Species aliqua novationis est Delegatio, φ quando quis vice suâ alium reum dat *l.* 11. *ff. d. novat.* quæ itidem est vel volunta-

φ *th.* 55. *in f.* & *th.* 61.

tia

D.Struv. ria vel judicialis, quæ χ per
χ v. th. 53. litis fit contestationem *d. l.* 11. §. 1. *ff. eod.* Ad hujus perfectionem tres personæ intervenire debent, Delegans, Delegandus, & is cui delegatur: inter illum & istum nudus sufficit con-
ψ *th.* 63. *n.* 1. sensus ψ super facienda delegatione, ita tamen ut absque consensu suo delegandus non teneatur pati alteri se invitum delegari *l.* 1. *C. de novat.* inter istum verò & hunc interponi de-
ω *ib. n.* 2. bet stipulatio, ω quâ debiti ab illo contracti solutionem iste in se recipiat & huic promittat *d. l.* 1. *C. eod.* Cæterùm ad hanc novationis speciem *l. fin. Cod. de no-*
a *dissent. ib. n.* 3. *vat.* non pertinet. a Cujac. *in par. C. eod.* Gail. *d. obs.* 30. Arnold. Reig. *in thes. jur. lit. D. verb. delegatio.* Bach. *ad Tr. d. D. th.* 6. *lit. a.*

Th. XXI.

Delegatione ritè factâ ille, qui delegavit, ab obli-
gatio

reales quàm personales actiones; tam ignorante quàm invitô debitore vendi possunt, dum in potentiorem non transferantur D. 11. *th.* 11. Respondet Cujac. *parat. C. h. t.* Multùm inter simplicem debiti cessionem, & ipsius debitoris delegationem interesse. Illa cessionarium modò procuratorem constituit in rem suam, stante priori obligatione, cujus intuitu principalem suum repræsentat & secundùm jura illius judicatur. *D.* 10. *th.* 10. Delegatio priorem tollit & cum aliquo præjudicio est conjuncta. *v. th. seq.*

Non pertinet] h. e. in delegatione non est necesse observari constitutionem Justiniani in *l. f. C. h.* scil. licèt expressum non sit, delegationem animô novandi factam, tamen delegatio, quia species est novationis, eam præsupponit: planè uti non dubitandum, omnem hominem esse animal. Et tamen contrarium tenet usus. v. Carpz. L. 5. *Resp.* 105. it. *p.* 2. *C.* 19. *d.* 16. & dict. *Decis. El. Sax.* 66.

Th. XXI.

Regress. non hab.] Et hæc ratio est, quare in th. præced. invitus debitor delegari prohibea-
hibea-

hibeatur; quia enim prior obligatio tollitur, & novus ipsi creditor obtruditur, cui eas quas priori exceptiones opponere nequit, non potest ipso invitô tale quid fieri, per quod juribus competentibus privetur. Esse autem sublatam priorem oblig. patet, quia nec creditori datur regressus.

Cessio nominis] uti jam dictum, cessio utilem tantùm actionem transfert in cessionarium, manente directâ apud cedentem: delegatio totùm jus anterius tollit. Hinc delegato non potest opponi, quod deleganti obstabat, quia non dependet ab illo, sed suô jure ac nomine venit: cùm contrà cessionarius cedentem per omnia repræsentet.

gatione *b* prorsûs liberatur *l.* 1. 2. *&* 3. *C. de novat.* adeò ut si delegatus posteà facultatibus fortè labatur ac non solvendo fiat, is cui delegatio facta est, adversùs debitorem priorem regressum non habeat. *c* Sichard. *in rubr. C. de Novat. n. 16.* Arnold. Reiger. *d. l. n. 6.* Cæterùm cessio nominis *d* sine ullo consensu aut promissione debitoris à creditore fieri potest. *l.* 1. *&* 3. *ubi glos. &* Sichard. *num.* 10. *C. de novat.* Anton. Fab. *in Cod. l.*4. *tit.* 7. *def.* 1. *n.* 13. Wesemb. *in par. ff. de novat. n. 19.* modò non fiat in *e* potentiorem *t. t. C. ne lic. potent. patroc.*

D.Stauv. *b th. 64. pr.*
c ib. in m. n. 2.
d th. 65. j. D. 23. *th. 79.*
e D. 8. *th. 87. seqq.*

Tit. III. de Solutionibus & liberationibus.

Th. XXII.

Aliàs latius] Obligatio vinculum est; quacunque ergò ratione se quis extricet, solvisse illud rectè dicitur, quæcunque ea fuerit, re, an verbis contracta. Hîc solis realibus opponitur, quæ

Th. XXII.

Solutio (quod vocabulum aliàs latiùs *f* sumitur *l. 176. ff. de V. S. l. 54. ff. de solut.*) hôc locô est naturalis *g* seu actualis rei debitæ præstatio. *l. 49. ff. de solut. l. 9. §. 3. ff. de pign. act. l. 4. §. 3. ff. de re jud.* Hæc ab illo, qui rerum suarum habet administrationem, *h* fieri

f D. 47. *th. 67.*
g th. 68.
h th. 69.

D.Struv. fieri rectè potest, quia est quædam alienatio *l. 9. §. 2. ff. de autor. tutor.* Hinc qui alienare *i* nequeunt v.c. pupillus sine tutoris autoritate *§. 2. Inst. quib. alien. lic. vel non. d. l. 9. §. 2. ff. de autor. tut. l. 14. §. fin. ff. de solut.* vel minor sine consensu curatoris *arg. l. 3. C. de restit. in integr. min.* non rectè solvunt.

i conf. D. 31. th. 84. seqq.

quæ non nisi corporali præstatione ejus quod debetur, expleri possunt, cùm v. g. verbales verbis aliis dissolvi queant.

Qui alienare] scil. quia juxta *th. 28. h.* solvens dominium rei solutæ in accipientem transferre tenetur, oportet eum non dominum duntaxat esse, sed ejus quoque administrationem habere.

Th. XXIII.

Ad liberationem consequendam non interest, quis solvat ex illis qui non prohibentur. Imò pro debitore etiam invito ac ignorante *k* solvere cuiq; licet *l. 23. l. 40. l. 53. ff. de solut. pr. Inst. quib. mod. tol. oblig.* quâ solutione debitor ipso jure, æquè ac si ipse solvisset, liberatur *d. pr. Inst. quib. mod. tol. oblig.* dispar tamen ratio est repetitionis: *l* pro ignorante enim solvens adversus eundem actionem negotiorum *m* gestorum, *l. 43. ff. de neg. gest.* pro invito autem sol-

k D. 47. th. 70. in m.

l ib. circa f.

m D. 7. th. 48. inf.

Th. XXIII.

Ipso jure liberatur] Equidem solutionem ab alio factam debitor (nihilominus conventus) exceptione oppositâ sibi applicare habet necesse, adeoque demum per exceptionem liberari videtur; *Quia tamen* non aliam, quàm ipsam solutionis exceptionem allegare potest, quæ non juris sed facti est, sive, nullum jus superesse creditori affirmat, adhuc verum manet, ipso jure debitum sublatum esse. *Dixeris*, quomodo qui pro se solvi prohibuit, ad hujus quod prohibuit, effectum provocare potest? Resp. Sic poterit, ut creditori objiciat propria placita, quibus ab alio alterius nomine oblata acceptavit, eoque ipso promisit, à principali nihil ulte-

solvens, nullam ad repetendum actionem *n* habet. *l. 6.* §. *2. l. 40. l. 53. ff. mand. l. ult. C. de negot. gest.*

n D. Struv. *th. 54. n. 1.*

ulterius exacturum. *Opp.* Invito beneficium non datur. *l. 69. ff. de R. J.* R. Beneficium hoc magis creditori, qui à debitore alioquin nihil erat accepturus, quàm debitori datur; qui, cùm ipse nihil possideat, quod à creditore sibi auferri possit, parum curat, utrum pro se alii detur, id, quod ipse nunquàm daturus erat: adeoque nullum beneficium, nisi quô ipse afficiatur, agniturus.

Repetitionis] Pro invito soluta, donari videntur. Ignorans prohibere non potuit, obligatur ergò re ipsâ & versione in rem ipsius, quia liberatur à suo creditore: convenitur ergò negociorum gestorum actione *th. 14. b.* licèt non nisi unicum sit negocium, sive unicus actus. arg. D. *3. th. 24. in f.*

Th. XXIV.

Solutio fieri debet creditori, *o* ejusve successori aut heredi, modò ad recipiendam solutionem sit habilis, qualis iterum non est pupillus *p* aut minor sine tutoris vel curatoris autoritate aut consensu *d.* §. *2. Inst. quib. alien. lic. vel non.* nonnunquàm tamen solutionem sine tutoris autoritate pupillo factam liberatio sequitur, vel ipso jure, si decretum *q* solutionem præcesserit *l. 7.* §. *2. ff. de minor. l. 18. in fin. C. de jur. delib.* & in casu *l. 11. ff. de solut.* vel ope exceptionis, si pecunia aut adhuc sit salva, aut in rem & commodum pupilli versa *l. 15. l. 47. l. 66. ff. de solut. d.* §. *2. Inst. quib. alien. lic. vel non.*

o D. *47. th. 71. pr.*

p ib. lin. 8.

q D. *31. th. 89.*

Th. XXIV.

Iterum pupillus] Qui sicut nec solvere aliis, ita nec solutionem ab aliis recipere potest; Fit enim hæc ad liberationem obtinendam; jam verò & dimittendo debitores fit alienatio, quæ tamen pupillo prohibita.

Si decretum] conf. sup. *D. 15. th. 28.*

Et in casu l. 11.] ubi Solutionis tantùm recipiendæ causâ adjectus est; explicante Autore *th. seq. in f.*

Aut in rem] add. *d.* D. *15. th. 16. in f.*

Th. XXV.

Th. XXV.

D. Struv.

Solvitur etiam rectè illis, qui juris autoritate pro creditoribus habentur, ut *r* tutori *l. 14.* §. *1. 3. 4. 5. & 6. ff. de solut. arg. l. 27. ff. de admin. & peric. tut.* curatori, sive sit minoris sive furiosi, prodigi &c. *l. 14.* §. *7. l. 49. l. 68. ff. de solut.* procuratori *s* generali, seu totorum bonorum *l. 34.* §. *3. ff. d. t.* item speciale de debito exigendo mandatũ habenti *l. 6.* §. *2. ff. de cond. indeb. l. 10.* §. *fin. l. seq. ff. de pact. l. 12. pr. ff. de solut.* nec non servis actoribus, *t* pecuniis recipiendis præpositis *l. 18. l. 32. l. 35. l. 49. l. 94. ff. eod.* denique adjecto *u* solutionis caussâ *l. 10. l. 11. ff. d. t.*

r v. d. D. 31. th. 37. in f.

s D. 47. th. 72. n. 1.

t ib. n. 3.

u ib. n. 2.

Th. XXV.

Ut tutori] quippe qui certâ ratione pro Domino habetur. *D. 15. th. 14.*

Procuratori] Atqui & Gener, qui finitô matrimoniô dotem Socero repetenti, uxore filiâ nesciente nec assentiente restituit, non absimilis procuratori habetur, nec tamen per illam solutionem liberatur ab actione uxoris, & eapropter à socero condicere soluta potest. *d. l. 34.* §. *6. h. n. t.* Unde non benè procuratori solvi apparet. Resp. Solutio ibi non fiebat procuratori, sed ab eo, qui tali non est absimilis, negotiorum sc. gestore, Marito.

Et adjecto] solet obligationibus persona adjici, cujus ministeriô creditor impeditus in solutione exigenda possit uti, v. D. 22. *th.* 21. *in f.* Huic, quia in hunc ipsum finem constitutus est, rectè solvitur, nisi conditionem suam post contractum mutaverit in deterius. Bronch. *C. 4. qu. 64.*

Th. XXVI.

Solvendum porrò est illud, ipsum, quod debetur, *x* sive res sit; sive factum *pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 2.* §. *1. ff. de R. C. l. 9.* §. *3. ff. de pign. act. l. 16. & seq. C. de solut.* pecu-

x th. 73. j. th. 22. ead.

Th. XXVI.

Sive factum] Equidem invito creditori aliud pro alio obtrudi non potest. Bronch. *C. 4. qu. 65.* quia sicut obligatio ratione subjecti

jecti præcisè in eorum persona dissolvenda est, super quorum & constituta fuit; ita & ratione objecti non prodesset huic obligationi, aliud quid solutum esse; quia nihilominus hæc persisteret, quasi debitor utrâque constrictus fuerit: In obligationibus tamen facti aliter paulò servari. *D.22. th. 25.* diximus.

pecuniam tamen numeratam γ debitor in alia moneta, quàm qualem accepit, solvere poterit, nisi aliud ζ actum, aut hoc damnosum sit α creditori *l.99. ff. de solut. vid. sup. D. 8. th. 10.* Hinc mutatâ quâvis ratione pecuniâ, tempus β non solutionis, sed contractûs est inspiciendum. *l. 3. ff. de R. C. arg. l. 1. & 2. C. de vet. numism. pot.* Gail. 2. *Obs.* 73. Gabriel. 3. *comm. opin. tit. de solut. concl.* 1. Fachin. *lib. 2. contr. 9. & 10.*

D.Stauv. γ *D.16. th. 27. pr.* ζ *circa f. n. 1.* α *ib. n. 2.* β *th. 29. ibid.*

Sed contractûs] Adfuerunt hæc sup. D. *8. th. 10.* add. Bronch. *C. 2. enant. 18.* Carpz. *L. 5. Resp. 93. & p. 2. C. 29. d. 4. 5.* Berlich. *p. 1. Decis. 152.* Dn. Richt. *Decis. 72.*

Th. XXVII.

Pars debiti] Compensatio & solutio pari passu ambulant: Illa quoad partē fieri potest. *l. 7. C. de Solut.* cur non E. & hæc? Resp. (1.) Comparantur *à posteriori*; Qui ad compens. provocat, se jam antè, licèt sub alio titulo, solvisse dicit, nec hodie demum invito Creditori partē obtrudit, sed talem jam olim acceptasse eum allegat. Secus E. *à priori*, quando

Th. XXVII.

Ad justam solutionem insuper requiritur, ut integrum, γ quod debetur, solvatur: pars verò debiti creditori invito contra naturam obligationis & jus ipsi quæsitum, ob varia incommoda, quæ particularis secum habet solutio *l. 3. ff. fam. ercis.* obtrudi non debet *l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 9. C. de solut.* modò totum etiam sit liquidum, δ nec pars quædam illiquida, quô casu omninò partem liquidam recipere tenetur *l. 21. ff. de R.C.* Gœd. *de contrah. stipul. c. 6. n. 265.* Hotom. *ill. quæst. 20.*

γ *D. 47 th. 73. in m. n. 2.* δ *ib. paulò pòst.*

Vuuu Id

D.STRUV Id tamen, quod in diem debetur, creditori etiam invito, nisi aliud convenerit, ante diem solvi *e* potest *l. 50. ff. de O. & A. l. 70. ff. de solut. l. 38. §. 16. l. 41. §. 1. l. 137. §. 2. ff. de V. O.* Donel. 15. *comm.* 11. *&. in l.* 41. §. 1. *n.* 47. *ff. de V. O.* Treutl. *d. D.* 29. *th.* 2. *lit. l. & ibi* Bachov. Bronch. 4. *ass.* 63.

e th. 75. inf.

do realem solutionem per partes faciendam invito obtrudit. (2.) Quantitas *d. l.* non significat partem totius, sed naturam totius: quòd sc. quantitas fuerit debita; aliàs enim non posset compensari.

Sit liquidum] vid. sup. D. 10. *th.* 11.

Ante diem solvi] scil. licèt debitum sit usurarium, & fœnus decedat creditori. Ita Senatus Frisicus 19. Maj. 1607. apud Sand. *L.* 3. T. 16. *d.* 1. judicavit. Nisi devalvatio pecuniæ instet. v. Berlich. *p.* 1. *Decis.* 153. *n.* 10. 11. add. Autor sup. *D.* 8. *th.* 11.

Th. XXIIX.

Ratione juris transferendi solutio sic fieri debet, ut *ζ* res soluta fiat accipientis *l. 55. l. 67. ff. de solut.* & plenè quidem, ut nullo jure auferri possit *l. 167. in pr. ff. de R. J. l. 33. pr. l. 38. §. 3. l. 72. §. 5. ff. de solut.* Donel. 16. *com.* 11. Treutl. *d. D. th.* 3. *lit. E.* Ad extremum, si quis debeat ex variis caussis, & disparia sunt debita, *η* utroque debitore & creditore tacente, solutum in graviorem caussam imputari *l. 3. 4. 5. l. 7. d. t.* sin paria, ex omnibus pro rata

ζ th. 37. in f. j. D. 23. th. 106.

η D. 47. th. 74.

Th. XXIIX.

Fiat accipientis] Idem inculcavit sup. *D. 11. th. 18. verb. Dandum*; quod dominii translationem significat. Neque aliter in rei legatæ præstatione esse, D. 17. *th.* 19. innuit.

Plenè quidem] Consumptio tamen & usucapio supplebunt quod traditioni deest. *l. 60. ff. h. t.* & magis actio furti contra debitorem, quàm vindicatio contra creditorem dabitur domino. *l. 78. eod.*

In graviorem] v. g. si quid ex causa famosa debeatur, *l. 7. & 97. ff. de solut.* v. Bronch. *C.* 2. *misc. qu.* 56. Quid si sors & usuræ debeantur? solutum in has imputari debere, definitum in *l.* 5.

rata solutum censeri debet *l. 8. ff. de solut.* Wesemb. *in par. ff. de solut. n. 7.* D. Struv.

l. 5. §. 2. & l. 48. eod. quod de liquidis, taxatis & extra controversiam positis admisit Senatus Frisicus d. 16. Jul. 1634. apud Sand. *L. 3. T. 16. d. 3.* quòd si etiam major sit quantitas soluta quàm usuræ efficiunt, pariter sorti imputandum responderunt Scab. Lipsenses ap. Carpz. *L. 5. Resp. 103.*

Tit. IV. de Acceptilatione.

Th. XXIX.

Solutioni succedit Acceptilatio, quæ imaginaria solutio nuncupatur §. 1. *Inst. quib. mod. tol. oblig.* Hæc definitur, θ quòd sit liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriusque contingit ab eodem nexu liberatio *l. 1. ff. de acceptil.* Estque juris civilis, ι & vel simplex, quâ verborum obligatio simpliciter & immediatè tollitur, *d. §. 1. Inst. l. 8. §. 3. ff. de acceptil.* vel κ quam præcedit stipulatio Aquiliana, quâ mediante, reliquæ obligationes omnes perimuntur. §. 2. *Inst. quib. mod. tol. oblig. l. 18. §. 1. ff. de acceptil.*

θ D. 47. th. 87.

ι th. 88. in f. j. th. 3. inf.

κ th. 89.

Th. XXIX.

Imaginaria solutio] quâ creditor reputat acceptum, atq; auferre se simulat, quod non accepit: sc. quia multoties & debitor nudis verbis acceptus, & sine ullius rei traditione obligatus fuit: potest enim & per se subsistere stipulatio. D. *22. th. 20. inf.*

Juris civ.] quia & stipulatio, per quam perficitur acceptilatio, ejusdem est originis. *d.* D. *22. th. 20. in m.*

Stipul. Aquiliana] Ab Autore suo denominata: quâ tanquàm lapide philosophicô reliquæ omnes in verborum obligationes converti, ac verbis postmodùm dissolvi queunt. add. sup. D. *2. th. 27. inf.*

Th. XXX.

Acceptilatione, (secus quàm in vera solutione λ) debi-

λ th. 70.

Th. XXX.

Duntaxat ipse] Est enim acceptilatio actus legitimus, qui post multa alia requisita & hoc

D. Struv. debitorem liberare duntaxat ipse creditor, μ & acceptum rogare saltem ipse debitor ν per se; remediô tamen novationis ξ interposita persona obligationem in se transferre, ο ac suô nomine acceptam ferri rogare potest *l. 13. §. 10. l. pen. ff. de acceptil.* Cujac. 15. *obs. 16.* Et quàmvis in diem vel sub conditione π debitum acceptilatione tolli queat *l. 12. l. 21. ff. de acceptil.* ipsa tamen acceptilatio purè, non in diem, nec sub conditione fieri debet. *l. 4. & 5. ff. eod. l. 77. ff. de R. J.* Cæterùm Inutilis acceptilatio utile pactū continet, ρ ejusque vim habet *l. 8. pr. ff. de acceptil. l. 27. §. pen. ff. de pact.* Gœd. *ad l. 177. n. 2. ff. de V. S.* Bocer. *cl. 4. D. 19. th.* 113. Arum. *ex 16. th.* 13.

μ *tb. 91.*
ν *tb. 92. pr.*
ξ *de qua tb. 54.*
ο *tb. 91. lin. 3.*
π *tb. 88.*
ρ *tb. 90.*

hoc exigunt, ut in propria persona, non per procuratores expediantur, & sic obligationes in horum personis dissolvantur, super quibus fuerunt constitutæ. Hinc debita, quantumvis conditionalia, purè tamen accepta ferri debent, quia jura civilia student negociis à se introductis certum esse conciliare, non verò in suspenso relinquere.

Utile pactum] Proniores esse debemus ad liberandum quàm obligandum. *l. 47. de O. & A.* Licèt itaque in solennitatibus acceptilationis aberrando, liberationem ipso jure non consequantur, intentio tamen eorum, quæ fuit ad liberandum directa, sic juvatur, ut denuò conventus exceptione pacti liberatorii liberetur. Nam si quod ago, non valet ut ago, & sub stricta forma juris civ. valet tamen quocunque alio modô potest, sub tutela juris naturalis. *arg. §. f. I. de Adopt.*



DI-

DISPUTATIO XXIV.
ad Lib. XLVII. & XLIIX. Pandectarum.

Respondente

PETRO Roßkampff/ Susatô Westph.

Tit. I. de Delict. Privat. Tit. II. de Furt.

Th. I.

L*Ege naturali*] h.e. rectæ rationis dictamine, quæ tum omne probrum jubet evitare, tum sine proximi jactura locupletari. *Nec in contrarium facit*, furtum sine meo & tuo, sine dominiorum distinctione committi non posse, at verò illam ex jure demùm gentium ortam fuisse. Nam negandum (1.) videtur, dominiorum separationem tam diu dilatam fuisse; cùm Adamus totius orbis paterfamiliâs constitutus, dominium universi habuerit & in posteros pro rata transmiserit. (2.) Positô, immobilia serius divisa fuisse, mobilium tamen (quorum tantùm furtum est, §. 7. *I. de usucap.*) usus & proprietas fuit antiquior. Tandem accedit (3.) quòd Jus naturale & gentium hôc casu à Dd. promiscuè accipiantur; posi-

Th. I. D. Struv.

DElicta, *a* de quibus ex duobus hisce libris, (quos terribiles Imp. vocat §. 8. *constit. ad Senat. & omn. pop.*) summâ brevitate dissertaturi sumus, sunt *b* vel Privata vel Publica. *c* Illorum species *d* sunt Furtum, Rapina, & Injuria. Furtum *e* est contrectatio *f* fraudulosa *g* lucri faciendi gratiâ *h* vel ipsius rei, *i* vel etiam usûs ejus possessionisve lege naturali prohibita. §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l.* 1. §. 3. *ff. de furt. l.* 42. *ff. de V. S.* Dividitur *k* in manifestum & nec manifestum §. 3. *Inst. de obl. quæ ex del. l.* 3. 4. & 7. *ff. de furt. Const. crim Car. V. art.*

a D. 48. *th.* 2. & *seqq.*
b th. 1. & 13. *pr.*
c ibid.
d d. th. 13. *post med.*
e th. 14.
f th. 15. *pr.*
g ib. j. th. 7.
h d. th. 15.
i th. 16. & 17.
k th. 19.

D.Struv. art. 157. item in simplex *l* & compositum seu qualificatum, quale est nocturnum, *m* & quod fit cum effractione, *n* aut violentia *l. 1. & 2. de effractor. constit. Carol. art. 159. 160. 161.*

l th.21.pr.
m d.D.48. th.105.
n ibid.th. 106.

Th. II.

Objectum furti sunt res corporeæ *arg. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D.* mobiles *o* (immobilium enim furtum non committitur §. *2. sub fin. Inst. l. 38. ff. de usucap.*) etiam *p* minimæ §.*16. Inst. de R. D. c. fin.* 14. *q. ult.* alienæ tamen, non propriæ, *q* quarum furtum propriè non fit *l.53. §. fin. ff. de furt.* nisi ratione possessionis aut juris, quod alteri in re nostra competit §. 10. *Inst. de obl. quæ ex del. l.16. ff. de usucap. l. 19. §. pen. & ult. ff. de furt. l. 22. pr. l. 35. §. 1. ff. de pign. act.*

o th. 17. pr.
p ib. lin. 4. j. D. 27. th. 3. inf.
q th. 17. in m.

posito itaque, rationis instinctu & jure gentium demum dominia distincta, eodem tamen jure & furta prohibita, cùm illa ipsa ratio probra evitare, sine proximi jactura locupletari vetet. v. Ungeb. *Ex. XIII. qu. 1.* Bronch. *C. 4. qu. 72.*

Th. II.

Res corporeæ] Quomodo hoc cum *verbis th. 1. b. Usus possessionisve*, quæ incorporalia denotant, conveniat, dubites; præprimis, quòd nomina chirographa & actiones mera incorporalia, ut cedi tradive, ita & furtô subduci possint. Nim. ipsa contrectatio non nisi corpora requirit & admittit, licèt in consequentiam jura quoque intervertantur. Ut quando debitor pignus creditori subducit, rem ipsam contrectando, simul jus & securitatem eripit. In chirographo pariter tum materiale, Instrumentum & merum factum consideramus, tum verò & formale, nomen, jus creditori constitutum; Illud creditori, non hoc subducitur, potest enim & sine chirographo, licèt difficilius, agere. *v. sup. D. 13. th. 24.* Theodoric. *coll. crim. D. 2. th. 4. lit. C.*

Etiam minima] Quando ordine retrogradô negotia firma rescindenda sunt, Prætor minima non curat, & ob leve damnum haud

haud succurrit, *v. D. 4. th. 4. in m.* Ubi verò antrorsum & rectâ viâ proceditur, promeritis delicta pœnis afficiendo, minima quoque in considerationem veniunt. conf. Ungeb. *Ex. 13. qu. 2.* Bronch. *C. 4. qu. 7.*

Th. III.

Ope aut consiliô] An itaque alterutrum sufficit? Imò verò utrumque conjungit Imperator in §. *11. I. de Oblig. quæ ex del. nasc.* cujus ea quoque videtur esse ratio, quia nudum consilium non est obligatorium; vice versâ, opem tulisse & nescius furti potuit bonâ intentione. Resp. Consilium h.l. non absolutè & totaliter, pro deliberatione ac suasione quadam, ut in Titulo mandati, sumitur, sed relativè & partialiter, pro formalitate actûs opitulationis, quem malô propositô & ex consilio s. proæresi factum fuisse oportet. Dum itaque materiale & formale non procul ab invicem esse solent, sive opem quis ad furtum attulit, malignitas abesse non potuit, sive malitiosè furti occasionem suggesserit, opera aliqua lata erit; ut adeò vel alterutrum adfuisse sufficiat, juxta *l. 53. §. 1. ff. de V. S.* scil. eminenter & præponderando. v. Frantzk. *Ex. 12. qu. 5.* Bronch. *C. 4. qu. 73.* Ungeb. *Ex. 13. qu. 7.*

Th. III.

Ex furto de jure Civili oriuntur actiones *r* tum Pœnales, tum Rei persecutoriæ: Pœnales vel civilis *s* vel criminalis. Civilis est *t* actio furti, quæ ipsi domino ejusque heredibus *l. 80. pr. §. 1. & 2. de furt. l. 1. §. 1. ff. de priv. del.* vel aliis, quorum ex honesta caussa *u* interest *l. 11. l. 12. pr. & §. 1. in f. ff. de furt. §. 14. & 2. seqq. Inst. de obl. quæ ex del.* adversus illos, qui fraudulenter rem contrectârunt, vel quorum ope aut consiliô *x* res intercepta §. 11. *Inst. d. t. l. 53. in f. & ibi* Gœdd. *de V. S. n. 16. & 17.* in quadruplum *y* si manifestum; vel duplum, si nec manifestum furtum sit §. 5. *Inst. de obl. quæ ex del. l. 50. ff. l. 11. & 19. C. de Furtis.* datur.

D. Struv. *r* D. 18. th. 50.
s conf. D. 1. th. 29.
t D. 48. th. 20. pr.
u ib. circ. fin.
x th. 16. n. 1. & th. 25. n. 7.
y th. 20. pr.

Th. IV.

D.Struv.

Th. IV.

Pœna criminalis ζ arbitraria & jam olim locum habuit *l. fin. ff. de furt.* quæ ſine dubio ad pœnam capitis potuit exaſperari *arg. l. 9. ff. de extraord. crim.* quàmvis poſteà Juſtinianus mutilationem ſaltem membri furibus irrogari vetuerit *Novel. 134. c. ult. Auth. ſed novò. C. de ſerv. fugit.* Hodie verò ex Conſtit. crimin. Carol. V. *art. 157. & ſeqq.* furtum ſi vel 5. ſolidorum i.e. aureorum Ungaricorum, α vel tertiò iteratum, vel ſaltem cum effractione primò commiſſum ſit, β pœnâ ſuſpendii velut ordinariâ afficitur. Carpz. *prax. crim. p. 2. q. 78. n. 73.* à qua tamen pœna nonnulli γ excuſantur, de quibus vid. Pet. Theodor. *coll. crim. d. 2. th. 8.*

ζ *th. 21. pr. & ſeqq.*

α D. 48. *th. 21. v. circa illud.*

β *ib. lin. 8.*

γ *conf. th. 24. & 25.*

Th. IV.

Ad pœnam capitis] vid. *th. 26. in m. b.*

Ex Conſtitut. crim.] quâ confirmata fuit illa, de qua B. Ungeb. *Ex. 13. qu. 3.* & Bronch. *C. 2. miſc. qu. 57.* loquuntur, conſuetudo.

Excuſantur] quos inter recenſet allegatus Autor (1.) Impuberes (2.) Inventorem, rem inventam malâ fide occultantem (3.) in officio ſuo malè verſantes, v. g. Quæſtores, nuncios. (4.) ad furandum opem conſilium ferentes. (5.) Furum, rerumque furtivarum receptatores. (6.) Furtum ſaltem attentantes, non autem conſummantes. (7.) Citò & re adhuc integrâ pœnitentes. (8.) Ob famis neceſſitatem furantes. Non autem ruptô laqueô decidentes. *v. Diſp. noſtr. de Cadaver. punitor. Cap. 1. num. 71. 72. 73. & 74.*

Th. V.

Actiones rei perſecutoriæ ex cauſſa furti competentes ſunt Rei vindicatio §. *ult. Inſt. de obl. quæ ex del.* & furtiva δ condictio *d. §. ult. Inſt. d. t.* quarum altera quidem alterius electione conſumitur, neutra

δ D. 18. *th. 49.*

Th. V.

Rei vindicatio] de qua vid. ſup. *Diſp. 5. th. 21.*

Furtiva condictio] de qua vid. ſup. D. 5. *th. 29.*

Non refuſô pretiô] add.

tra tamen consumitur per actionem furti merè pœnalem *l. 48. pr. l. 54.* §. *2. l. 65. ff. de furt.* Utraque datur duntaxat domino ε rei *d.* §. *ult. Inst. d. tit.* & condictione saltem fur ipse ζ ejusve heres tenetur *d.* §. *ult. Inst. l. 5. ff. de cond. furt.* rei vindicatio autem adversus η quemcunque rei furtivæ possessorem etiam alium datur. *d.* §. *ult. Inst.* qui licèt justô titulô etiam onerosô eam acceperit, domino tamen rei, quàmvis non refusô pretiô, θ restituere tenetur *l. 2. ubi* Gothof. *lit. c. C. de furt.*

add. *l. 23. C. de R. V. l. 16. C. de Evict.* R. A. 1159. §. und nachdem. ibi: Jhnen ohne Entgelt wiederumb zugestellet werden sollen. P. H. O. a. 214. verb. ohne Beschwerung. & art. 215. verbb. niemandē nichts schuldig seyn soll. Landr. L. 2. art. 36. verb. Seine Pfennige aber verleust Er/ die Er drumb gab. Plures txx. allegat Vigelius *ad ordin. crim. Car. V. cap. 8. reg. 6. replic. 1. pag. m. 311.* conf. Dn. Richter. *Decis. 96. ubi à n. 8. ad n.* 117. duodecim ampliationes, *& à n. 118. ad fin.* sex limitationes hujus regulæ congessit.

D. Struv.

ε *D. 11. th. 5. & 6. it.* D. *18. th. 52.*

ζ *D. 18. th. 54 pr.*

η D. *11. th. 9.*

θ *ib. th. 37.*

Tit. IIX. Vi Bonor. Rapt.

Th. VI.

De tigno furtivo ι & quibusdam aliis furtorum speciebus, quæ sequuntur, tractationem omittentes, ad Rapinam κ progredimur, quæ est ablatio rerum mobilium (immobiles λ enim invadi & per vim possideri dicuntur *l. fin. C. ad L. Jul. de vi public. & privat.* §. *1. Inst. de vi bon. rapt.*) etiam minimarum *pr. Inst. eod.* vi dolôque facta *l. 2. pr. ff. eod.* Quòd si quis errore μ du-

Th. VI.

Tigno furtivo] de quo conf. sup. D. *20. th. 13.*

Immobiles] Vis alia turbativa dicitur, juriū competentium; adversus quam interdictum uti possidetis: D. *21. th. 25.* alia compulsiva, factorum; adversꝰ quam actio & exceptio quod metûs causâ competūt, de quibus *v. sup. D. 4. th. 10.*

ι *D. 48. th. 26. & seqq.*

κ *ibid. th. 46.*

λ *th. 48. add. D. 45. th. 105. & 113. seq.*

μ ductus rem suam existimans vel sibi debitam alteri eripuerit, quàmvis mulier, ν rusticus, aut miles fuerit, in pœnam ξ *l. 7. C. unde vi & §. 1. Inst. de vi bon. rapt.* incidit *arg. l. 176. ff. de R. J.* Verus autem raptor, ο sive deprehensus fuerit sive non, intra annum in quadruplum, cui & simplum inest, post annum in simplum tenetur *pr. Inst. de vi bon. rapt.* deprehensus etiam furti manifesti actione, π quâ tamen velut pleniori actio vi bonorum raptorum consumitur, conveniri potest *d. pr. Inst. d. t. l. 2. pen. ff. eod. l. 52. §. ult. ff. de furt.* Bach. *in not. ad* Wesemb. *par. ff. vi bon. rapt. num. 7.*

D. Struv. μ *d. th. 43.* ν *D. 28. th. 53. inf.* ξ *conf. D. 45. th. 115.* ο *D. 48. th. 49.* π *ib. th. 50.*

th. 10. & D. 22. th. 8. Vel expulsiva, rerum immobilium; adversus quam interdictum unde vi, de quo *v.* D. *21. th. 29.* & ablativa, rerum mobilium, quæ hujus est loci; adversus quâ actio vi bonorum raptorũ competit.

Quàmvis mulier] repet. sup. D. *13. th. 33.* cui add. Bronch. *C. 2. misc. qu. 49.*

Pœnam l. 7. C.] de qua conf. D. *21. th. 31.* Dn. Mœv. *p. 1. Decis. 95.*

Velut pleniori] At verò id tam intentioni Prætoris, quàm judicio Imperatoris nostri *pr. I. h. n. t.* adversatur, lenius puniri raptorem, furem improbum, quàm reliquos fures simplices. Sed enim, quod actioni vi bonorum rapt. ratione quadrupli deest, hoc suppletur per concurrentem furti manifesti actionem, v. Bronch. *C. 4. qu. 74.* Ungeb. *Ex. 13. qu. 9.* & sic utrâque famosâ existente, duplicatur infamia: cui accedit, quòd etiam non deprehensus in quadruplum damnetur. v. Riemer. *Dec. 12. qu. 6.* ut adeò non detur rapina nec manifesta.

Tit. X. de Injur. & fam. Libell.

Th. VII.

Tertia delicti privati species hic proponenda, est Injuria, ρ quâ quis in alterius contumeliam dolosè

ρ D. 48. *th. 53. j. th. 13. ibid.*

Th. VII.

Quàmvis verum] Nec enim tam convitii veritas, quàm libido & pruritus injuriandi

di spectatur; cur enim non antè, cur non extra certamen manifestavit? Et tamen mitigari pœna dicitur, veritate criminis probatâ; præprimis, si atrox crimen est, & Reip. illud sciri intersit. v. *th. 11. in f. h.* Bronch. *C. 4. qu. 77.* Carpz. *p. 4. C. 42. d. 9. & pr. Cr. qu. 96. num. 73. seqq.*

Famosum libellum] de quo paulò pòst, *th. 11. h.*

losè aliquid committit. Hæc vel Verbalis est vel Realis. σ §. 1. *Inst. de Injur.* Illa rursum fit vel voce, ut cùm quis quolibet conviciô aut maledictô aliquem offendit, vel saltem cum mentiri dicit, licèt additum sit: salvô honore aut reverentiâ *l. 21. pr. ubi* Dd. *de acquir. hered.* quàmvis etiam objectum crimen verum τ sit *l. 5. C. de injur. c. cùm minister. & c. relegantes. 23. q. 5.* vel scriptô, υ quæ species rurſum subdividitur in injuriam scriptam & famosum libellum, φ de quo deinde speciatim. Realis χ est, quæ factô ψ quôdam injuriosô & contumeliosô vel in corpus ω vel extra corpus alicujus infertur, & saltem elevatione manûs ad pulsandum *l. 15. §. 1. ff. de injur.* item gestibus quibusdam committitur *d. l. 15. §. 27. l. 39. d. t.* Utraque rursum vel levis est, vel atrox, quæ qualitas ex tribus præsertim circumstantiis, persona, loco & facto ipso æstimanda §. 9. *Inst. l. 7. §. 2. & §. 6. ac seqq. l. 9. l. 17. §. 3. de injur.*

D. Struv. σ *th. 54.* τ *th. 55.* υ D. 48. *th. 54 in f.* φ *ibid. & th. 66.* χ *d. th. 54. pr.* ψ *th. 58.* ω *ib. n. 2.*

Th. IIX.

Donec contrarium] potestq; Reo constanter neganti, animô injuriandi factum, juramentum purgatorium deferri. Geil. *d. Obs. 106. n. 1. seqq.* idque in praxi observari tradit &

Th. IIX.

Injuriam facere queunt non nisi doli capaces; a qui in animo seu affectu injuriandi consistit, sine quo delictum hoc non committitur *l. 3. §. 1. ff. de injur.* Dolus autem seu affectus iste ex quolibet dicto seu facto suâ naturâ injurioso præ-

a *th. 10. j th. 55.*

D.Strauv. præsumitur, donec contrarium fuerit probatum *l. 5. C. de injur.* quàmvis injurians in persona erraverit *l.* 17. §. 3. *ff. d. t.* Ebrius *b* sanè, modò post crapulam ipsum pœniteat, à dolo excusatur *c. inebriarunt.* 15. *q.* 1. *l.*11. §. *pen. ff. de pen.* iratus *c* non item. Clar. 5. *sent.* §. *injuria. n. 16. &* §. *fin. q. 16. num. 5.* Gail. *2. O. 106. num. 8. & seqq.* nihil verò interest, unus an plures faciant injuriam, quin singuli teneantur *l. 34. ff. de injur.* & utrum quis ipse faciat, an jubeat *d* & curet ut fiat *l. 11. l.* 15. §. *8. l.* 17. §. 7. *ff. eod.*

b d. th. 10. circa f.

c th. 7. c. fin. conf. D. *19. th. 13. & 14.*

*d d.*D.*48. th. 12. & 16. n. 1. j. th. 25. n. 7. & th. 56.*

& demonstrat Carpz. *pr. Cr. qu. 97. num. 11.* Dn. Richter *Cent. Regul. reg. 12. n. 29.*

Ipsum pœniteat] Pœnitentia non tollit reatum. *v. th. ult. inf. h.* Sed h. l. solùm ostendit, non adfuisse animum injuriandi. Secus E. si expergefactus glorietur. add. Geil. *L. 2. obs. 110. n. 24. seqq.* Bronch. C. *4. qu. 83.* Carpz. *pr. Cr. qu. 146. per tot.*

Iratus non item] Rationem differentiæ posuimus *in nostra de Injuriis disp.* Limitatur apud Geil. *L. 2. obs. 110. n. 35.* conf. Carpz. *d. tr. qu. 147. n. 41. seqq.*

Th. IX.

Injuriam patitur *e* non solùm qui facere potest, sed & qui non potest, ut impubes, furiosus *l. 3.* §. *1. ff. de injur.* Patitur autem quis vel immediatè per seipsum, *f* vel per alios v. c. liberos *l. 1.* §. *3. d. l. 41. ff de injur.* uxorem suam §. *2. Inst. d. l. 1.* §.*3. l.2. ff. eod.* & servos, si quid illis atrocius illatum ad domini contumeliam respi-

e D. *48. th. 57.*

f ib. l. 4.

Th. IX.

V. c. liberos] non solùm propterea, quòd sicut ex ipsorum contractibus actionem acquirimus, ita & si quid ipsis ex delicto debeatur; sed vel maximè, quia filio cum patre communis est existimatio, quin per liberorum læsionem parentes magis quàm ipsi liberi afficiuntur. § *f. I. de Nox. act.* Accedit denique identitas illa civilis inter parentes & liberos, de qua *§. 2. I. de her. qual. & diff. §. 4. in f. I. de inut. stip.*

Modò

respiciat. §. 3. *& ibi Dd. Inst.* D. Struv. *d. t.* in tantum etiam injuria filio illata ad patrem pertinet, ut pater, si non sit vilis persona, illam (modò sit Prætoria, non ex L. Cornelia) invitô quoque filiô remittere *g* possit *l.* 17. §. 12. & 13. *l.* 5. §. 6. *ff. de injur.* *g ib. circa f.*

Modò sit Prætoria] Injuriæ reales, quæ lege Corneliâ vindicantur, quia corpus afficiunt, magis personales sunt & quasi intransitoriæ ad patrem, ut adeò de jure ad se non pertinente nil disponere aut remittere possit. Verbales, quia magis existimationem tangunt, quæ à patre ad filium descendit, ad patrem quoque pertinent, & cùm præsumatur vel sui causâ tenacior remissio quoque insuper ipsi permissa. Nisi filius propriâ insuper gaudeat existimatione, & patrem dignitate antecellat: tunc pater plus remittere non potest, quàm ad se pertinet, adeoque filio sui curam habere relinquitur.

Th. X.

Actio *h* injuriarum nomine competens vel civilis est vel criminalis. Illa *i* vel ad æstimationem actori applicandam §. 7. *Inst. d. t.* vel hodiernis moribus ad Palinodiam *k* seu recantationem, Ordin. Cam. Imp. *p. 2. tit. 28.* §. Und sonderlich setzen. Mynf. 2. *obs. 98.* Gail. 1. *obs.* 65. datur. Hæc *l* quâ reus pro injuria illata simpliciter puniri petitur, quô casu pœna est arbitraria, quæ pro qualitate injuriæ etiam ad capitis pœnam extendi potest. *l. 9. cum l. seq. ff. de extraord. crim.* Unâ autem, vel civili vel criminali, intentatâ altera *m* cessat *l.* 6. *in f.* D. 46. *th.* *fin.* 95. *reg.* 2.

h th. 58. *i th. 60. & 63.* *k th. 61.* *l d. th. 63.* *m ib. inf.*

Th. X.

Ad palinodiam] quâ resarcitio eodem præstatur modô, quô & læsio facta; verbis scil. Sed, adeóne civilis est, prout Autor vult? Quin & rei persecutoriam facit. vid. Riemer. *Decad. 12. qu. 10.* Bronch. *C. 1. qu. misc. 58.* Frantzk. *Ex. 12. qu. 8.*

Conjungi potest] Ita non solùm heic loci pronunciatur, teste Dn. Richter. *cent. Reg. 2. n. 44. in f.* Sed & in Electoratu quondam ita servatum: sed ob re-

D. Struv. *fin. ff. de injur. l. unic. Cod. quand. civil. act. crimin. prajud.* Cum actione verò ad Palinodiam, utpote rei persecutionem potiùs quàm pœnam spectante, non solùm æstimatoria, sed etiam criminalis conjungi *n* potest. *arg. l. 7. ff. de condict. furt. l. 45. pro soc. l. 34. de O. & A.* Gail. 1. *obs. 65.* Frantzk. *ex. Justin.* 12. *q. 8.* Carpzov. *prax. crimin. p. 2. q. 94. n. 63.* Omnes hæ actiones reo condemnato infamiam *o* irrogant, quæ tamen, si reus per procuratorem litigaverit, evitatur *l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam.* Gail. 2. *O. 102.* Treutl. *vol. 2. d. 30. th. fin. lit. D.*

n D. 48. th. 61.

o th. 60.

rescriptum Electorale, quod exhibet Carpz. *p. 4. C. 42. d. 16.* stilus est inversus. conf. Bronch. *C. 4. qu. 67.*

Infamiam irrogant] vid. Aut. sup. *D. 3. th. 10.* de evitatione infamiæ Id. *D. 21. th. 3.*

Th. XI.

Libellus famosus, *p* si dissimulatô aut fictô autoris nomine edatur *l. 5. §. 9. ff. de injur.* Wesemb. *in par. ff. ibid. n. 19.* siquidem crimen capitali animadversione dignum contineat, capitali *q* quoque pœnâ coërcetur *l. un. C. de libel. famos.* Constit. crim. Car. V. *art. 110.* quæ tamen in eo, qui crimen objectum maximè publicum & atrocius probavit, *r* mitigatur *c. statutum 3. & ibi glos. in verb. moderandū. de prabend. in*

p th. 66. & seqq.

q th. 70. in m.

r th. 71. n. 3.

Th. XI.

Si dissimulatô] An Ergò & expressô nomine quidam fiunt? Non omnibus id videtur, sed pro simplici tunc injuria scripta reputant. Rectè tamen sentire Autor nobis videtur. Libellus enim famosus toties dicitur, quoties quid alicui imputatur, quod specialiter in ejus contumeliam & infamiam vergit, atrocius fortè crimen, morte vindicandum. Specifica E. differentia non quærenda in expresso vel dissimulato Autoris nomine, sed in natura contumeliæ ipsa; ut nuda injuria scripta, sit contumelia sine infamiæ nota: Libellus

bellus verò famosus contumelia infamans. Wesemb. *Consil.* 22. *n.* 45. & in parat. *ff. de Injur. n.* 19. ubi B.Do.Hahn.Brunnem. *ad l. un. C. de Fam. lib.* Treutl. *v.* 2. *D.* 30. *th.* 5. *inf.* quapropter & in *l.* 5. §. 9. *ff. h.* additur, Perinde esse, sive nomen autor expresserit, sive secus. add. R. J. 1577. §. und setzen. ibi: Es habe der Autor seinem Nahmen drunter gesetzt oder nicht. Nec obst. quod Finckelthaus. *Obs.* 38. *n.* 17. regerit: Nihil in dict. Recess. de famoso libello dici, sed tantùm interdici, ne libri ad infamiam alicujus scripti imprimantur, utut nomen Autoris sit adjectum. Brunsvicenses contra Oldecop.

in 6. Menoch. *arb. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 6. *& seq.* Tulden. *in Cod. de famos. libel. n. ult.* D.STRUV.

Th. XII.

Actio injuriarum exstinguitur variis modis, inter quos præcipuè est dissimulatio *s* & tacita remissio *t* *c. si illis.* 23. *q.* 4. §. *fin. Inst. de injur. l.* 11. §. 1. *ff. eod.* lapsus anni utilis *u* à tempore scientiæ computandi *arg. l.* 8. *ff. de his qui not. infam.* Gail. 1. *obs.* 105. *n.* 4. *seqq.* quod de prætoria actione, non illa, quæ ex L. Cornel. *x* oritur; nec quæ ex constitutione Impp. ob libellum famosum competit; nec de ea, quæ ex consuetudine ad Palinodiam intentatur, *arg. pr. Inst. de perpet. & temp. act.* est accipiendum. Retorsione *y* quoque injuriam penitus aboleri, non est ambigendum. *L.* 25. *ff. de procur.* Berl. *p.* 5. *concl.* 64. *n.* 43.

*s d.D.*48. *th.*64. *n.*1.
t ib. n. 2.
u th. 65. *conf.* D.46. *th.*28. *n.*11.
*x d.*D.48. *th.*65. *inf.*
y th. 62.

Th. XII.

Lapsus anni] Ratio ex *D.* 22. *th.* 6. sumenda, quòd prætoriæ pœnales regulariter sint annales. Computatio autem ratione initii utilis est, quia requirit scientiam; sed ubi semel competere cepit, continuò currit. Carpz. *pr. Cr. qu.* 97. *n.* 60. & 20. ubi simul annum Civilem etiam in Saxonia exaudiendum, *n.* 59. statuit. add. Bronch. *C.* 4. *qu.* 78. Frantzk. *Ex.* 12. *qu.* 9.

Retorsione] Vim vi repelli posse, omnes concedunt, sed verbalem verbis retorquere pro illicito habent: quod, si de recriminatione intelligunt, non erra-

erraverint. v. B. Ungeb. *Ex. 13. qu. 10.* Riemer. *Dec. 12. qu. 8.* Frantzk. *Ex. 12. qu. 7.*

Tit. XI. de Extraord. crim.

Th. XIII.

D.Struv. z th.73. α γ th.88. seqq. β th.93. γ th.95. δ th.97. j. D.49. th. 86. ε th. 102. ζ th. 109. η th. 110. θ th. 111. ι th. 114. & D. 49. th. 1. & 2. j. D. 9. th. 62. κ D. 48. th. 115. λ th. 117.

Delictis privatis ordinariis succedunt extraordinaria, z qualia sunt Sepulcri violatio α *t. t. de sepulch. viol.* Concussio β *t. t. ff. de concuss.* Abigeatus γ *t. t. de abigeis.* Prævaricatio δ *t. t. de pravar.* facinorosorum scienter facta Receptatio ε *t. t. de receptat.* Stellionatus ζ *t. t. ff. stellionat.* Termini motio η *t. t. ff. de term. mot.* illiciti collegii constitutio θ & usurpatio. *t. t. ff. de colleg. & corpor.* de quorum quibusdam actiones dantur Populares, ι quales sunt, quæ à quovis è populo exerceri possunt; ut tamen in plurium concursu is, cujus interest, κ præferatur *l. 3. §. 1. ff. de pop. act.* Quod si etiam ab uno occupata sit hujusmodi quædam popularis actio, ejusdem per L. C. fit propria, ut exinde etiam creditor λ dicatur. *l. 12. ff. de V. S.* Bachov. *tr. de act. diss. 1. th. ult. in fin.*

Th. XIII.

Sepulchri violatio] conf. B. Hahn. *Wes. ff. de Religios. num. 4. p. m. 465.* Carpzov. *pr. Cr. qu. 83. n. 64. seqq.*

Abigeatus] quando gregem vel pecus ex pascuis subtraxit. v. Carpz. *d. tr. qu. 86. n. 26. seqq.*

Receptatio] sive subterfugii præstatio: de quo crimine Carpz. *ib. qu. 134. n. 37. seqq.*

Stellionatus] Repet. huc *D. 3. th. 10. in f.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 59.*

Termini motio] vid. *Diss. nostr.* de hoc argumento.

Populares] conf. *sup. D. 7. th. 11.*

Cujus interest] vid. Bronch. *C. 4. qu. 69.*

Lib.

Lib. XLIIX. Tit. I. de Publ. Jud.

Th. XIV.

Judicia publica] Quid sint: v. Frantzk. *Ex. 14. qu. 5.* Unde dicta: Ungeb. *Ex. 16. qu. 6.*

Ut Deportatio] Atqui Magnæ Callistratus in alleg. *l. 5. §. f. ff. de Extraord. cogn.* accenset. v. Ungeb. *Ex. 4. qu. 6.*

Non-capitalibus] Facit ad hujus th. intellectum *th. 3.* D. *2. sup.*

Th. XIV.

Hactenus fuerunt delicta Privata: sequuntur Judicia Publica, μ quæ ex LL. publicorum judiciorum veniunt *l. 1. ff. de publ. judic.* & cuivis è populo ad vindictam publicam permittuntur §. *1. Inst. d. t.* Dividuntur in capitalia & ν non capitalia §. *2. Inst. l. 2. ff. eod.* illorum pœna mors est vel naturalis vel civilis *l. 103. ff. de V. S.* velut capitis deminutio maxima aut media, ut deportatio, ξ quæ in locum interdictionis ignis & aquæ successit *l. 2. §. 1. ff. de pœn. l. 3. ff. de L. Jul. pecul. l. 5. §. ult. ff. de extraord. cognit.* In non-capitalibus præter infamiam (quæ ex omnibus judiciis publicis ο oritur *l. 7. ff. de publ. jud.*) pecuniaria aut corporis aliqua afflictio irrogatur *d. §. 2. Inst. & d. l. 2. ff. eod.*

D. STRUVI
μ D. 49. *th. 1. seqq.* j. D. 48. *th. 1. &* 114.
ν *conf.* D. 49. *th.* 104.
ξ *v.* D. 8. *th.* 68.
ο *conf.* D. 7. *th.* 18. j. D. 4. *th.* 77.

Tit. II. De Accusat. & Inscript. Tit. III. De custod. & exhib. Reor. Tit. 17. de Requir. reis vel absent. damn.

Th. XV.

Absens citatus] Cùm absentes regulariter damnari nequeant, *v. D. 21. th. 3. circa f.* & causæ civiles omissâ citatione sint nullæ. *D. 2. th. 14.* longè justius hæc in criminalibus servantur.

Salvum conductum] Rois cri-

Th. XV.

Proceditur in judiciis hisce publicis vel per viam Inquisitionis, π quæ etiam ordinarium est remedium) vel Accusationis; ρ & vel contra absentem vel præsentem. Absens legitimè

π D. 49. *th. 9. add.* D. 9. *th.* 47.
ρ *d.* D. 49. *th. 6. seqq.*

cita-

D.Struv. σ th. 94. citatus si intra annum σ non comparet, bona ejus jam antè annotata in fiscum rediguntur *l. 1. §. 2. l. fin. pr. ff. l. 1. & 2. C. de requir. reis.* & ipse reus ob contumaciam proscribitur *Constit. crim. Car. V. art. 155.* Præsens autoritate Judicis, habitâ ratione personarum & qualitatum delicti, nisi salvum conductum impetraverit, capitur, & vel carceri τ includitur, *l. 5. ff. de custod. & exhib. reor.* vel fidejussoribus υ juxta tradita præced. *disp. th. 6.* committitur *l. 1. l. 3. & l. 4. ff. de custod. & exhib. reor.*

τ th. 10. & seqq.

υ v. D. 47. th. 39. in. m.

criminum, utut atrocium, absentibus salvus conductus ad defensionem haut difficulter dandus est. Ita in Regio Wismariensi Tribunali ad instantiam cujusdam homicidii Rei d. 13. Jul. 1653. decretum scribit Dn. Mev. *p. 1. Decis. 3.*

Fidejussoribus] Quin, si alia præstari nequeat, juratoriam admittendam esse, curiæ Wismariensis Senatores in eadem causa conclusisse, idem *decis. 4.* testatur. Utrum verò & ab accusatore satisdatio exigenda? Carpz. *p. 1. C. 5. d. 23.*

Custodia causâ] Sed benè tamen correctionis ergò. Carpz. *pr. Cr. qu. 111. n. 82. j. qu. 41. n. 124.*

φ D. 49. th. 15. & 16. Nulli verò privato φ carceres custodiæ causâ habere permittitur *l. 1. C. de priv. carc. inhib.*

Tit. IV. Ad L. Jul. Majest.

Th. XVI.

Inter crimina publica, ad quorum species nunc pergendum, primum locum facilè meretur Crimen læsæ Maj. ex L. Jul. χ vindicandum, quod duplex ψ est, Perduellionis, & simplex læsæ majestatis crimen. Perduellio est, ω cùm subditorum aliquis directò adversus

χ th. 17.

ψ th. 19.

ω th. 20.

Th. XVI.

Duplex est] Quomodo differant? v. Frantzk. *Ex. 14. qu. 6.*

Consiliarios] De Augusta, vid. Riemer. *Dec. 14. qu. 1.*

Conatus] Nemo tenetur expectare primum ictum: cuivis licet

sus rempub. hostile quid molitur, vel Principis personam ejusque Consiliarios offendit, aut offendere saltem nititur *l. 1. pr.* §. 1. *l. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* In hoc enim crimine (quod quidem per verba contumeliosa *a* non committitur *l. 7.* §. *3. ff. ad L. Jul. Maj. l. un.* C. *si quis Imp. maled.*) conatus *b* quoque punitur; nec solùm ipsi rei *c* ultimô suppliciô afficiuntur, memoria eorum post mortem damnatur, & bona omnia, quæ à die perpetrati sceleris eorum fuerunt, fisco cedunt. §. 5. *Inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. ult. ff. l. 5. in fin. pr. l. 6. l. 7. & ult.* C. *ad L. Jul. Maj.* sed & in exemplum filii *d* à proximorum successione excluduntur, & infamiâ notantur. *d. l. 5.* §. 1. C. *d. t.* Simplex *e* læsæ maj. crimen, cujus exempla vid. *in l. 3. vers. eâdem lege. l. 4. in fin. l. 5.* §. *fin. l. 6. l. 7.* §. *ult. d. t. l. 2.* C. *de priv. carc. l. 2.* C. *de fals. mon.* tam graviter non punitur.

D. STRUV.

a th. 21. in f.

b add. D. 48. th. 5. & 6.

c D. 49. th. 20. n. 1. 2. & 3.

d ib. n. 4.

e th. 21.

licet se defendere & adversarium armis, nocendique facultate exuere: quis E. Reip. invideat, si & ipsa justum metum conceperit, quò minus & illa prævenire, suæque securitati studere debeat. Neque modum excedit, liberos reorum bonâ existimatione denudando; quia non pœna sed exarmatio est, ansa nocendi præciditur. A successione & hereditate excluduntur: neque hoc pœnam dixeris! non magis atque illud, quando Legislator in futurum cavet, ne alluvio privatis cedat & accrescat: de quo v. Carpz. *p. 3. C. 31. d. 13.*

Memoria damnatur] Formam sententiæ hujusmodi condemnatoriæ, quâ memoria, licèt præter jus & fas, innocentissimi Herois Caspari Colinii, Thalassiarchi magni Regni Galliæ, post cœdem ipsius in laniena Parisiensi nefariè perpetratâ, 6. Kal. Nov. 1572. publicô SCtô Parlamenti Parisiensis damnata est, invenio apud Thuan. *Lib. 53. histor. p. m. 1093.* Cui justior surrogatur in Joh. Castellum, Jesuiticæ societatis discipulum, Regem Galliæ Henricum 1594. cultrô confossurum.

Tit. V. Ad L. Jul. De Adult.

Th. XVII.

D. Struv. f D. 49. th. 26. g th. 28. h th. 27. n. 3. i D. 49. th. 32. k th. 30.

Sequitur Adulterium, *f* quod non solùm in jam nuptam *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ad L. Jul. de adult. l. 101. ff. de V. S.* (licèt meretrix quondam fuerit *l. 13. § 1. ff. ad L. Jul. de adult.*) sed & in sponsam *g* alterius *d. l. 13. §. 3. ff. eod.* imò etiam à marito in solutam, *h* tam de jure civili *d. l. 13. §. 6. ff. d. t. Ordin. Crim. Car. V. art. 120. §. 1.* quàm divino *Matth. V. 32. & XIX. 9.* & Canonico *c. non mœchaberis. 32. q. 5. c. nemo bland. 2. q. 4.* committitur. Pœna ejus ex ipsa L. Julia *i* non fuit capitalis *l. 5. ff. de quæst. l. 6. ff. de divort. l. 11. pr. de adult. l. 4. §. 7. ff. de re milit. arg. l. 18. ff. de test. l. 20. §. 6. ff. de test.* sed tandem à Constantino talis est constituta *Novel. 134. c. 10. l. 30. C. ad L. Jul. de adult.* quæ etiam, non attentâ *d. Novel. 134. c. 10.* in fœminis *k* hodiernô jure locum habet.

Th. XVII.

Licèt meretrix] Benè tamen Autor QUONDAM addit: facta enim ex soluta & scorto, uxor honesta. v. Bronch. *C. 4, qu. 80.*

In sponsam] quòd ne spes quidem nuptiarum sit temeranda. v. Bronch. *ib. qu. 81.* & Riemerum *Dec. 14. qu. 2.*

Non fuit capitalis] Ex qua sententia fluit illa quorundam *legis 18. C. de Transact.* interpretatio, de qua sup. D. *2. th. 30.* quasi Tribonianus sui temporis mores assuerit. Sed vide Ungeb. *Ex. 16. qu. 11.* add. Riemer. *Dec. 14. qu. 3.*

Th. XIIX.

l th. 25. in m.

Adulterio proximum est Stuprum, *l* quod in virginem vel viduam honestè viventem perpetratur, & vel sine violentia; cujus pœna hodie est, ut stuprata vel dotetur, vel

Th. XIIX.

Vel dotetur, vel] Lex Mosaica conjunctim utrumque requirit. *Exod. 22, v. 17. Deut. 22, v. 28. 29.* quod canon tamen in alternativam

tivam resolvit. *c. 1. x. de Adult.* idque generali consuetudine passim receptum; & in Electoratu Sax. per *C. 27. p.* 4. confirmatum. ubi Carpzov. *& pr. Cr. qu. 64. n.* 12. De Frisia idem testatur Sandius *L. 2. T. 1. d. 10.* Modò, quod ad puellas adstringat, viduis exclusis.

Non cognoverit] Jung. Carpzov. *pr. Cr. qu. 40. n. 28.* cum *Qu. 75. n. 68.*

vel in matrimonio habeatur. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. stuprum. n. 3.* vel cum violentia, *m* & tunc summum illi irrogatur supplicium, *Constit. crim. art. 119.* Quòd si raptus *n* virginis aut viduæ libidinis vel matrimonii caussâ acciderit, raptor ille, sive consenserit mulier, sive non consenserit, unà cum complicibus suis ultimô suppliciô punitur *l. un.* C. *de rapt. virg.* quæ tamen pœna mitigatur, si raptam carnaliter non cognoverit *d. l. un. pr.* C. *de rapt. virg.* jure quoque Canon. (secus quàm civili) mulierem consentientem raptor ducere & pœnæ se subtrahere potest. *c. pen. & ult. ext. de raptor.*

D. Stauv. *m th. 40.* *n th. 41.*

Tit. VI. Ad L. Jul. De vi Publ.

Th. XIX.

Quæ potissimùm] Ante compilationem pandectarum quidem vis publica à privata secernebatur ex persona lædentis & patientis: Ita ut si horum alteruter publica fuisset persona, vis publica quoque dicta fuerit. Verùm *hodiè* differentia ab armorum præsentia vel absentia desumitur, alioquin maxima horum delictorum introduceretur confusio: quia multoties unum idemq; factum in

Th. XIX.

Vis est vel publica vel privata. Illa *o* quæ à privato armis infertur §. *8. Inst. de publ. iud.* vel sine armis à persona publica *l. 7. ff. l. 1.* C. *ad L. Jul. de vi pub.* vel à privato personæ publicæ *d. l. 7. in fin.* & aliis modis *l. 3. pr. l. 5. pr. l. 10. pr. l. 3. §. 4. l. ult. ff. d. t.* Privata est, *p* quæ potissimùm

o D. 49. th. 45. & seqq. *p th. 48.*

D.Struv. mùm fit sine armis, §. 8. *Inst. de pub. jud.* §. 6. *Inst. de interd.* Utraque vis arbitrariè *q* punitur. Clar. *d. lib. 5. sent.* §. *fin. q. 83.* Vi publicæ affine est crimen fractæ pacis, *r* de quo vide *Ord. Cam. Imp. p. 2. tit. 9.* Gail. *de p. p. lib.* 1. & 2.

q th. 46. & 49.

r th. 47.

in utramque vim incidit, & quod hic de publica dicitur, de privata alibi modò, non iisdem verbis, repetitur. v. Carpz. *pr. Cr. qu. 40. n. 5.*

Affine est] Differunt ut genus & species: Omnis siquidem fractio pacis vis est, sed non contrà. Tria E. cumulativè ad crimen fractæ pacis requiruntur (1.) vis publica eaque major quàm cui armis resisti possit (2.) vis armata, hominibus sc. coactis & coadunatis (3.) Dolus malus & destinatum nocendi consilium. v. Carpz. *d. tr. qu. 35. per tot.* add. Autor sup. D. 21. *th. 31. in f.*

Tit. IIX. Ad L. Corn. de Sicar.

Th. XX.

Progredimur ad Homicidium, *s* quod vel vulgare, vel Parricidium. Prius L. Cornel. de Sicar. *t* vindicatur, modò ex proposito & dolosè *u* commissum sit, pœnâ *x* gladii §. 5. *Inst. de publ. jud. l. 7. ff. ad L. Cornel. de sicar.* nec refert, num masculus an fœmina, liber an servus *l. 1.* §. 2. *ff. l. pen.* C. *h. t.* natus an nasciturus *y* (modò jam animatus fuerit) *Exod. 21, 22. c. Moses. 32. q. 2. c. 21. in fin.*

s th. 51.

t th. 50.

u th. 52. & D. 45. th. 7.

x D. 49. th. 53.

y D. 48. th. 5. in m.

Th. XX.

Jam animatus] Distinctio hæc adprobatur in P. H. O. *art. 133. & Const. El. Sax. 4. p. 4.* ubi Carpz. *d. l. 2. & in pr. Cr. qu. 11. per tot.* add. Frantzk. *Ex. 14. qu.* 10. Ungeb. *Ex. 16. qu. 12.*

Occidi mandavit] qui ad alios occidendos alios conducunt, assassinatores; & conductitii Assassini; crimen ipsum Assassiniū dicuntur, quæ Banditarum in Italia hodie expeditio est. Mandantis pœna eadem est, ac si ipse perfecisset. v. g. Si parricidium mandavit, culeo insertus suffocatur. Carpz. *pr. Cr.*

Cr. qu. 14. n. 31. Mandatarius verò rotâ contunditur. Id. *ib. num. 19.* add. Bronch. *C. 2. misc. qu. 65.* Riemer. *Decad. 15. qu. 5.* Frantzk. *Ex. 14. qu. 8.*

fin. extr. de homic. occisus sit. Eâdem pœnâ tenetur quoque, qui occidi saltem mandavit ζ *arg. c. 72. de R. J. in 6. l. 169. ff. de R. J. l. 15. §. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar.* & poculum fortè abortionis mulieri præbuit *l. 38. §. 5. ff. de pœn.*

D. Struv.
ζ D. 48. th. 12. n. 3. & D. 49. th. 57. j. D. 22. th. 5.

Th. XXI.

Necessarium] Ad quod tria concurrere debent (1.) Causa; Injusta scil. offensio. P. H. O. *art. 140. verb.* So einer iemand mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überläufft / ansicht oder schlägt (2.) Modus: ut tuitio sit proportionata periculo *d. art. 140. verb.* Und der Benöhtigte kan füglich ohne Fährligkeit oder Verletzung seines Leibes. (3.) Tempus, ut sc. fiat in continenti. Nam, quod ex intervallo fit, non pertinet ad defensionem, sed vindictam. v. Carpz. *pr. Cr. qu. 38. n. 20. seqq.* Autor *sup. D. 1. th. 9.*

Fugâ consulere] de hoc argumento consul. Frantzk. *Ex. 12. qu. 6.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 51.*

Th. XXI.

Homicidium Necessarium α (sicut & Casuale β) veniam omninò meretur, modò moderamen inculpatæ tutelæ fuerit observatum: circa quod cùm multa quæri soleant, tria saltem nudè hic attingere placet. (1.) Ad inculpatam sui defensionem paritas armorum non desideratur, nec (2.) primum aggressoris ictum expectare est necesse. (3.) quicunque commodè & sine periculo fugere γ potest, saluti suæ fugâ consulere tenetur.

α D. 49. th. 55. conf. D. 9. th. 74. & D. 14. th. 21. n. 2. β D. 49. th. 54. add. D. 48. th. 7. pr.
γ D. 49. th. 55. n. 3.

Tit. IX. Ad L. Pompej. De Parric.

Th. XXII.

Illi quidem rotâ] Venenarii scil. Differentia namque inter hos & magicis artibus deditos servatur. Istud verò non re-

Th. XXII.

Pœnâ L. Cornel. etiam Venenarii δ *l. 1. §. 1. l. 3. pr. ff. ad L. Cornel. de sicar.* item

δ th. 58.

D. Struv. ε th. 59. conf. th. 82. n. 5. vers. cujq.

item arti magicæ ε & incantationibus dediti, §. 5. *Inst. de publ. jud. t. t. C. de malef. & mathem.* nec non Parricidæ tenebantur *l. 1. ff. de L. Pomp. de parric.* sed hi omnis ob magnitudinem facinorum nunc graviori supplicio, & illi quidem rotâ, isti igne è medio tolluntur. *Constit. crim. art. 109. & 130.* In Parricidas, ζ qui in lineâ rectâ constitutos trucidarunt jam olim nova culei pœna constituta fuit §. *6. Inst. de publ. jud. l. 9. pr. ff. de L. Pomp. de parr. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* quæ nec jure novissimo repetitur abrogata, licet non ubique & rarò usurpetur.

ζ th. 68.

refert, marem an fœminam venenô aliis fuisse insidiatam: Rota huic & illi dictatur, teste Carpzov. *pr. Cr. qu. 20. n. 26. seqq.*

Isti igne] pro diversitate tamen graduum: cùm aliqui gladiô solùm feriantur, v. *Const. El. Sax. 2. p. 4.* ibique Carpz. *d. 6. & pr. Cr. qu. 50. num. 4.* Alii demum ob professionem sortilegii expressam, abnegationem Dei, & commixtionem cum Satana igne cremantur, *d. Const. 2. p. 4.* ibique Carpzov. *d. 1. & pr. Cr. qu. 49. num. 13. seqq.*

Neq; abrogata] prout ante triennium in uxorem quandam heic loci statuebatur: Nisi speciali gratiâ in gladii pœnam mutetur, uti in parentibus paucas ante septimanas ibidem vidimus.

Tit. X. Ad L. Corn. De Falsis.

Th. XXIII.

η th. 69.

Crimen Falsi η (quô veritas dolosè immutatur) committitur variè, de quo hæc saltem controversa delibamus. (1.) Testis, θ qui veri testimonii caussâ pecuniam accepit, licèt etiam verum dixerit, falsi reus est *l. 1. §. 1. & 2. ff. ad L. Corn.*

θ th. 71. & seqq.

Th. XXIII.

Testis qui veri] Belohnte Zeugen sind auch verworffen und nicht zuläßig / sondern peinlich zu straffe / P. H. O. *art. 64.* Licèt enim nemini h. m. noceant, & suô potius officiô in re

lici-

licita fungantur: modus tamen reprobus est, adeoque bona quoque causa malè agendo perditur. Quanquàm mitius puniantur. Carpz. *pr. Cr. qu. 83. n. 49. seqq.*

Extra ordinem] Judex potest testem, qui apud se falsum testimonium dixit, pro qualitate criminis punire. Bronch. *C. 1. misc. qu. 93.*

Sciens pignori] conf. sup. *D. 12. th. 14.*

Corn. de fals. (2.) Testis qui aliquid affirmavit extra judicium, si contrarium ejus deponat in judicio, non falsi pœnâ, sed extra ordinem est puniendus. Menoch. *arb. cas. 312.* Clar. §. *falsum. n. 5.* (3.) Qui rem alienam ι sciens pignori dat, dicens suam esse, non crimen falsi, sed stellionatum x committit. *l. 16. §. 1. l. 36. §. ult. ff. de pign. act. l. 2. C. de crim. stell. l. fin. ff. eod.* D. STRUV.

ι *conf. D. 19. th. 49. n. 1. & th. 5. c. fin. j. D. 26. th. 17. in m.*

x *v. D. 48. 109.*

Th. XXIV.

Ad mortem usq;] Id quod Autor jam *sup. th. 10. b.* asseruit: cui adstipulatur Carpz. *pr. Cr. qu. 2. n. 15. j. qu. 119. n. 16. seq. & qu. 133. n. 19. seqq.*

Eamq; exponentes] Autor utrumque copulativè requirere videtur; ut sc. & fabricaverit quis falsam monetam, & simul expenderit: quô casu rigor dicti *articuli 111.* P. H. O. obtineat: quod & cum jure Sax. concordat: Ubi, qui alterutrum tantùm fecit, gladiô punitur. Carpz. *pr. Cr. qu. 42. n. 26. seqq.* Imò si ab aliis fabrefactos solùm expenderit, fustigatus perpetuò relegatur. *ib. num. 97.*

Aut

Th. XXIV.

Pœna falsi pro varietate hujus criminis non est certa, sed fermè arbitraria, λ ita tamen ut ad mortem usque exasperari possit *l. 22. C. ad L. Cornel. de fals. Constit. crim. art. 122.* Sanè monetam falsam μ cudentes eamque fraudulenter exponentes flammis exuruntur *l. 2. C. de fals. monet. Constit. crim. art. 111.* cum iis tamen, qui bonam & justam monetam propriâ autoritate cudunt, vel tantùm minuunt aut radunt, mitius agitur, ut pro causæ

λ *D. 49. th. 69.*

μ *th. 70. inf.*

con-

D.Struv. condirione, vel corporali vel pecuniariâ pœnâ plectantur, *d. constit. crim. art.* III. Bocer. *cl.* 4. *d.* 15. *th.* 44.

Aut radunt] Licèt anteà justum pondus excesserit, & posteà sufficiens pondus remanserit: Propter malum exemplum. Id. *ib. qu.* 43. *n.* 33.

Tit. XIIX. *De Quæstionib.*

Th. XXV.

Hæc hactenus de præcipuis publici judicii criminibus: nunc paucula de Quæstionibus, Pœnis, & modis, quibus crimina eorumque pœnæ exstinguantur, subjungemus.
ν th. 98. Quæstio ν h. l. est interrogatio de crimine, adhibitâ torturâ vel cruciatu corporis, ad eruendam veritatem facta, Germ. Die peinliche Frage. Habet locum in criminibus præsertim capitalibus
ξ th. 99. n. 3. ξ *l.* 1. *pr. l.* 8. *ff. de quæst.* Ab ea verò Judex neutiquàm incipere, sed, postquàm priùs de corpore
ο th. 98. n. 1. delicti ο constiterit, cautè ad eam devenire debet, & non, nisi veritas aliter haberi nequeat, ac justis legitimisque
π D. 49. th. 99. c. fin. indiciis π iisque duobus ad minimum testibus, non etiam uno
ϱ th. 100. in m. ϱ saltem, probatis *constit. crim. art.* 20. 23. & 30. urgeatur. Non autem plura indicia simul, sed & unum probabile ac propinquum
σ ibid. σ sufficere potest, *constit. crim. art.*

Th. XXV.

In criminibus] In causis enim civilibus non nisi crimen annexum habeant, ad torturam deveniendum. Carpz. *pr. Cr. qu.* 117. *n.* 23. *seq.* & *qu.* 119. *n.* 36. *seq.* ubi etiam *n.* 46. de Testibus deponere recusantibus agit. *v.* sup. *D.* 13. *th.* 31. & nostra *disp. de Qq. th.* 29. *n.* 135. *seqq.*

Effluxio sanguinis] Hujus farinæ indicia in jure Canon. veniunt appellatione purgationis vulgaris, ibique sub eod. titulo videri possunt: & contradistinguuntur purgationi canonicæ; quasi vulgus iis pondus inesse credat, à canonibus autem non sint receptæ vel approbatæ. Cùm scil. inter Physicos

eos de veris eorum causis nondum constet, non audebunt JCti fundamento adeò lubrico torturam vel pœnam, ad quam à tortura facilis est transitus, superstruere. Agitur enim de vita hominis, & requiruntur probationes luce meridianâ clariores. Accensemus his Monomachiam, olim in Germania usitatam, de qua Fronto Rex Daniæ cavit, ut omnes controversiæ per eam sopirentur. Wisenbach. *Disp. 24. th. 6. pag. 891.* Hodie Judices hæc non attendunt, nisi alia concurrant indicia. v. Carpz. *pr. Cr. qu. 122. n. 28. seqq.*

art. 29. 30, 31. Inter hæc indicia (de quibus latè vide Zanger. *d. Tortur. c. 2.* Bocer. *c. 3.* Crusium. *de indic. delict. part. 1. & 2.*) neutiquàm est connumeranda effluxio sanguinis de cadavere interfecti, in præsentia ejus, qui de homicidio est suspectus: nec in crimine sortilegii, si suspecta persona aquæ imposita supernatet. Bocer. *d. tr. c. 3. num. 101.* D. Struv.

Tit. XIX. *De Pœnis.*

Th. XXVI.

Relegatio] Licèt enim ad eum solum spectet, cui criminalis competit Jurisdictio, Carpz. *pr. Cr. qu. 109. n. 55. seqq.* & olim deportationi similis fuerit, præsertim perpetua. Id. *qu. 130. n. 14.* & quandoque cum infamia conjuncta sit. Id. *qu. 135. n. 60.* attamen hæc omnia ad vitam non attinent.

Nec fustigatio] corpora-

Th. XXVI

Pœna h. e. coërcitio delicti τ in delinquentes dividitur in Capitalem & non Capitalem υ *l. 2. ff. de pœn.* Ad illam propriè Relegatio φ non pertinet. *l. 2. ff. de publ. jud. d. l. 2. pr. & l. 28. §. 1. ff. de pœn.* uti nec fustigatio *d. l. 28. §. 1. ff. eod.* nec pœna perpetui carceris juri civili quidem ignota *l. 8. §. 9. l. 35. ff. d. t.* Canonicô tamen jure & moribus permissa *c. 27. in fin. X. de V. S. c. quamvis. de pœn. in 6.* Gail. 1. *de p. p. c. 1. num. 32.* Dividitur

τ *th. 103. add. D. 1. th. 30. & seqq.*

υ *d. D. 49. th. 104.*

φ *conf. th. 110.*

D.STRUV. etiam in ordinariam h. e. certam & expressè in delictum aliquod sancitam, & extraordinariam χ arbitrio judicis relictam, quæ pro qualitate delicti & circumstantiis ad mortem naturalem extendi potest. ψ *l. 9. ff. de extraord. crim. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. repet. Constit. crim. Car. V. art.* 112. *&* 113. Nonnunquàm Judex ipse ordinariam pœnam in extraordinariam & mitiorem ω convertere potest, quò pertinent caussæ variæ, quæ mitigationem pœnæ exposcunt, de quibus latè vid. Tiraquel. *tr. de pœn. temper.* Carpzov. *pract. crim. p. 3. q. 142. & seqq.* Gail. *2. de p. p. c. 9. n. 24.*

χ *conf. D. 48. th. 73. & seqq.*

ψ *ibid. th. 75. in f.*

ω *d. D. 48. th. 8. & 10. n. 2. it. th. 25. j. D. 49. th. 90.*

poralis quidem est, sed non capitalis. Carpzov. *d. tr. qu. 102. num. 10. seq. & qu. 129. num. 14. seqq.* æquiparatur amputationi manûs, & certò respectu gravior habetur. v. Disp. nostr. *de Manibus. th. 31.*

Perpetui carceris] Jure Romanô carcer custodia, non pœna esse debebat. *l. 8. §. 9. ff. de Pœn.* P. H. O. *art. 11.* Hodiè tamen pœnæ locô adhiberi solet. P. H. O. *a. 157. 216. pr. & passim.* Capitalis tamen haberi non potest, quia nec vitam, nec corpus, nec statum afficit. v. Carpz. *pr. Cr. qu. 53. n. 25. qu. 106. n. 57. qu. 111. n. 57. & passim.*

Arbitrio Judicis] vid. Bronch. *C. 4. qu. 68.*

Ad mortem extendi] consulatur Riemer. *Decad. 15. qu. 9.* Bronch. *C. 2. misc. qu. 68.*

Tit. XVI. Ad SCtum Turpill.

Th. XXVII.

Denique aboletur crimen, & cum eo pœna exstinguitur aut remittitur variis modis, ad quos im-

Th. XXVII.

Mors rei] sc. quantum ad pœnæ afflictivæ irrogationem: Aliis terrendis quandoque in cadaver aliquid statuitur, prout in nostra *de Cadaver-*

ver punitor. passim posuimus. Carpzov. *pr. Cr. qu. 141. n. 5.* quemadmodum nec confiscationi præjudicatur. v. Carpzov. *ibid. num. 3.* quò facit & nostra *de Bonis damnatorum* disputatio. Cadavera tamen reorum delinquentium in reatu mortuorum, licèt sepeliri permittantur, à carnifice tamen in loco famoso terræ inferuntur. Carpz. *J.prud. Consist. L. 2. d. 379.*

Legem moralem] add. sup. *D. 14. th. 16. in f.*

Præscriptio] de qua not. quòd de momento in momentum computetur; nec Jure Sax. consvetum additamentum recipiat. Carpz. *pr. Cr. qu. 141. n. 61. seqq.* add. Bronch. *C. 2. misc. qu. 70.*

Brevioris] v. g. in delictis carnis. v. Carpzov. *d. qu. 141. n. 40.*

Longioris] enormia & uti vocant excepta: v. g. Hæresis. Apostasia, Parricidium & reliqua *d. qu. 141. num. 52.* enumerata.

Transactio] vid. sup. D. 2. *th. 30.*

Pœnitentia] Idem Autor dixit *sup. D. 3. th. 12.* certô tamen modô ipse admisit, *sup. th. 8.*

imprimis pertinet (1.) Mors rei *l. 6. ff. de publ. jud. l. 15. §. 3. ff. ad Sc. Turpil. l. 2. & 3. C. si reus vel accusat. mort.* (2.) Remissio & indulgentia Principis *b* (non tamen contra legem moralem *c c. 16. ext. de major. & obed.*) *l. 1. §. fin. ff. de quæst. l. 3. §. fin. ff. de off. Procos. l. 4. in f. l. 27. l. 31. ff. de pœn. t. t. C. de sent. pas. & restit.* (3.) Abolitio *d* quæ vel generalis vel specialis *l. 8. 9. 10. ff. ad Sc. Turpil. t. t. C. de abolit. & t. C. de general. abolit.* (4.) Sententia *e* absolutoria *l. 7. §. 2. ff. de accus. c. 6. extr. eod.* (5.) Præscriptio 20. annorum, *f* quâ publica crimina pleraque (dantur enim quædam brevioris, quædam longioris ævi) exstinguuntur *l. 12. C. de L. Cornel. de fals. l. 2. §. 1. ff. de requir. reis. l. 13. ff. de divers. & tempor. except. l. 1. §. 3. de jur. fisc.* (6.) Transactio *g* juxta distinctionem in *l. 18. C. de*

D. Struv. *a* D. 49. th. 106. add. D. 46. th. 86. & 87.

b D. 49. th. 90.

c arg. D. 29. th. 89.

d ibid. th. 89.

e th. 92. e fin. j. D. 46. th. 24.

f D. 49. th. 92. in m. & D. 46. th. 29.

g D. 6. th. 61. & seqq.

D. Struv. th. 90. qu. 2. & th. 81. j. D. 48. th. 8. in m.

de transact. non etiam g Pœnitentia g *l. 56. ff. de furt. l. 5. ff. de vi bon. rapt. l. 3. C. de Apostat.*

g D. 49.

th. 8. h. Mitigationem aliquam promereri, v. g. In Blasphemia, Carpzov. *pr. Cr. qu. 45. num. 66. seqq.* Veneficio, *qu. 49. num. 71.* Diffidatione. *qu. 37. num. 35.* Incendio. *qu. 39. num. 3. 4.* Furto. *qu. 80. num. 65. seqq.* Quæstoribus perfidis. *qu. 85. num. 55. seq.* Raptu. *qu. 90. num. 58.* videri potest.



DI-

DISPUTATIO XXV.
ad Lib. XLIX. & L. Pandectarum.

Respondente

JOH. THEODORO à GÜLICH, Osnabr.

Lib. XLIX. Tit. I. de Appellationibus & relationibus.

Th. I.

T*Um alia remedia*] v. g. Nullitatis, *v. th. 14. 15. h. &* D. 2. *th. 14. D. 3. th. 10.* Restitutionis in integrum: quia & contra sententiam Minor restituitur. *D. 4. th. 19.*

Extrajudicialibus] Ita olim ab ipsa denominatione Tutores dati appellare necesse habebant, quantumvis actus ille esset extrajudicialis. Hodie tamen appellatio demum fieri debet à sententia excusationes rejiciente, *v.* D. *14. th. 21.* Ita contra incarcerationem decretam appellatre licebit. Contra arestum: quodlibet etiam onus vel munus impositum. *l. 47. C. h. l. 1. §. 3. ff. quand. appell.* A denegata vel protracta Justitia, post trinam sc. requisitionem. Item, quandocunque Judex extrajudicialiter procedens

Th. I.

EXtremum in jurisdictione, Executionem α putà, tum alia remedia, β tum Appellatio inhibet, vel etiam tollit. Appellare est γ ad superiorem provocare Judicem, ut sententiam velut iniquam corrigat & in melius reformet *l. 17. ff. de minor. l. 1. pr. ff. de appell.* Dividitur à Dd. communiter in Judicialem & extrajudicialem: illa fit à Judicum pronunciatis; hæc ab actibus δ extrajudicialibus *c. bona memoria 51. ubi Canonist. commun. extr. de appell. l. 1. §. 2. ff. quand. appell. l. 4. & 7. C. de appell.* Wesemb. *par. ff. de appell. n. 5.* Ros-

D. Struv.
α v. D. 9. th. 73. D. 44. th. 17.
β d. D. 9. th. 72. D. 44. th. 10. in m. D. 50. th. 26. seqq.
γ conf. ib. th. 2.
δ v. ib. th. 3. in f.

D.Struv. Rosbach. *de proces. civ. tit. 73. n. 3. & 4.*

dens aliquid statuit. v. Geil. 1. *Obs. 110.* conf. eleg. Dn. Mev. *p. 1. decis. Wismar. 61.*

Tit. V. de Apellat. recipiendis, vel non.

Th. II.

ε ib. tb. 10. Appellare cuivis ε per iniquitatem jus dicentis gravato licet, nec solùm Domino in caussa propria aut communi *l. 1. & l. 2. C. si unus ex plur. appell.* sed & *ζ tb. 11. ib.* aliis alienô ζ nomine, v.c. procuratori, tutori, curatori *l. 4. §. 2. & seqq. l. 5. ff. de appell. l. 2. ff. an per al. caus. appell. red. pos.* item *η d. tb. 10. pr.* omnibus quorum η interest *l. 4. §. 2. l. 5. pr. ff. de appell.*, quò pertinet etiam Dominus feudi in caussa vasalli, & Magistratus seu dominus in caussa subditi *arg. d. l. 4. §. 2. & seqq. l. 5. ff. de appell.* Guid. Pap. *decis. 464.* Gail. 1. *O. 125.* quin & qui citra mandatum agere, etiam citra mandatum appellare possunt. *l. 1. in f. ff. an per al. caus. appel. l. 21. C. de procurat.* Gail. *1. obs. 153.* Besold. *tr. de appell. c. 5. n. 10.* Ipsi

Th. II.

Procuratori] Et quidni licere statuamus huic, quem cogi sup. D. 3. *thes. 21.* audivimus. Dummodò ne mandatum ad certum actum sit restrictum. De Tutore vid. sup. *Diss. 15. th. 14.*

Quorum interest] Requiritur tamen ut ad minimùm summariè & apparenter doceant interesse. *l. 24. pr. de Inoff. test.* & intra docendum appellationi adhereant. Carpz. *p. 1. C. 19. d. 11. n. 5.*

Magistratus] Licèt subditus obtemperare paratus sit, Ne sc. per exemplum adversus unum fiat præjudicium reliquis. Ita in supremo Wismariensi Tribunali recepta est appellatio Senatûs Stetinensis contra Quæstorem Regium, prohibentem ad certum molendinum ire civem. Dn. Mev. *p. 1. Decis. 61.*

Qui citra mandatum] v.g. cognatæ personæ, v. *D. 3. th. 16.*

Prodesse] Etiam in causa individi-

dividua; modò una eademque fuerit condemnationis & appellationis causa inter plures. Carpz. Processf. *T.18. art.2. n.43.* Quid si à certis tantùm sententiæ capitibus appellatum? Id. *p.1. C.19.* d. *9.*

Th. III.

Absentia] Tum (1.) quia non condemnantur in causa principali, sed tantùm ob contumaciam, & ita in puncto incidenti, tanquàm interlocutoriâ sententia, à qua juxta *th.7.h.* non appellandum: Tum (2.) quia ex propria voluntate condemnantur, & cum quodam emolumento suo quoad causam principalem. Plures rationes vid. ap. Carpzov. *Processf. d. l. num.35.*

Tribus sententiis] Posset tamen Judex inferior subditis suis coram se plures indulgere instantias, Leuterationis, Restitutionis, Revisionis, Nullitatis, & sic in eadem causa plures ferre sententias, easque conformes, & hac ratione appellationes ad Superiorem excludere. Quapropter Camera Imperialis tales sententias & instantias omnes pro una reputat, & sic post tertiam quoque sententiam recipit appellationem: quam obser-

Ipsi quoque appellato δ prodesse provocantis appellationem non negandum. *l. 37. pr. C. de appell.* Just. Zinzerling. *disp. de appell. th.13. lit. a.*

δ D.Struv. δ *v. th.16.*

Th. III.

Non habent jus appellandi (1.) condemnati ob caussam contumacis ι absentiæ *l.23. §.ult. ff. de appell. l.73. §.ult. ff. de judic.* (2.) confessi κ & convicti de crimine *l. 2.* C. *quor. appell. non recip.* (3.) qui juri huic appellandi λ renunciârunt *l. ult.* §. *ult. C. de temp. appell. l. 1. §. si quis 3. ff. à quib. appell. non lic.* (4.) tribus sententiis conformibus μ victi *l. un. pr. C. ne lic. in una ead. caus. Novell. 82. c. 5. c. sua nobis. 65. ext. de appell.* quod tamen aliquot casibus limitatur; nec hodie in supremo Cameræ Imper. judicio attenditur, prout testantur ac probant Mynf. 1. *obs.* 15. Gail. 1. *obs. 72. n.3.* Zinzerl. *d. D. th.42.* repugnante li-

ι *th.11. circ. cas. n.1.*
κ *ib. n.2.*
λ *ib. n.3.*
μ *th.4. in f.*

D.Struv. cet Pet. Friderô. l. 2. de proces. c. 27. num. 6.

observantiam & supremum Tribunal Wismariense sequi testatur prælaudatus Dn. Mœv. p. 1. decis. 63.

Tit. II. A quibus appellare non licet.

Th. IV.

Appellari potest à quovis γ judice inferiori, modò hic privilegiô quodam de non appellando (ut Elector ξ Saxoniæ & Brandenburgicus, item Duces Saxoniæ & quidam alii *arg. l. un. §. 1. ff. de off. præf. Prat. l. un. C. de sentent. Præf. prat.*) non sit munitus. A supremo autem Principe v. c. Imperatore appellare non licet, cùm ipse sit qui ultimò provocetur. *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non lic.* quô jure ultimæ provocationis, concessâ cuidam omnimodâ jurisdictione, nullatenus se abdicasse o censeri debet. Gilman. Symphor. Camer. *tom. 1. p. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1. n. 176.* A fallis tamen decretis & rescriptis summi Principis appellari potest. *l. 1. §. 1. ff. de appell. junct. l. 2. C. eod. l. ult. ff. quand. appell.*

γ D. 50. th. 6.

ξ ib. th. 7.

o conf. D. 4. th. 80. circa f. j. synt. feud. c. 6. aph. 18. n. 5.

Th. IV.

Et quidam alii] Sic Rex & Corona Sveciæ ratione territoriorum intra Romanum Imperium acceptorum, vigore instrumenti pacis Osnabrugensis *art. X.* eodem privilegiô muniti sunt. De ArchiDucibus Austriæ, testatur Mynsing. *s. O.* 58. De Burgundiæ Ducibus, Geil. *de P. P. c. 11. n. 7.* de Lotharingiæ & Würtembergiæ Bocer. *Class. 7. Diß. 34. th. 35.* de Republica Argentoratensi v. Lymn. *de J. P. Lib. 7. c. 3. n. 26. in f.*

A falsis decretis] scil. ad relationem officialium emanantibus: quia tunc magis à sententia Quæstorum aliorumve Magistratuum, quàm ipsius Principis, ut qui consulendo mage quàm decernendo rescripsit, appellatur. Limn. *d. tr. L. 2. c. 9. n. 117.*

Tit.

Tit. III. Quis, à quo appelletur.

Th. V.

Ad eundem] Utrum à Cæsare malè informato ad melius informandum appellatio sic dicenda & admittenda? Rationes & exempla habet Limn. *d. l. n. 104.* seqq. Annon verò Judex de sua sententia cognoscere potest? Bronch. *C. 1. enant. 72.*

Sit suspectus] Facit huc eleganter Ordinatio Curiæ provinc. Saxon. Jenens. cap. 17. §. Die andern Edelleute. ibi: ehe vor diesem Hoffgericht/ als wen von Ihnen Recht geweigert/ oder unziemlich verzogen/ oder sich die Untergerichte aus redlichen und beständigen Anzeigungen verdächtig und partheyisch erweisen würden. Cæterùm de Judice suspecto v. sup. *D. 5. th. 12.*

Rectà ad majorem] vid. itidem sup. *D. 4. th. 13. pr. vers. Quibusdam.*

Non mandans] quia eandem habent potestatem & sunt quasi eadem persona. *v. sup. D. 2. th. 10.* Aliquam tamen limitationem Innocentius III. Pontif. in *c. 27. §. porro cum delegatus. x. de Off. deleg.* admittit.

Th. V.

Debet Appellatio fieri non ab eodem ad eundem *arg. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. 51. ff. de recept.* sed ad alium & quidem superiorem *l. 4. ff. de recept. c. cum inferior. 16. extr. de major. & obed.* idque π gradatim π *l. 4. C. de jurisd. omn. jud. l. 1. §. 3. l. 21. pr. ff. de appel. Ordin. Cam. p. 2. t. 29. pr.* nisi medius judex sit suspectus, deneget justitiam, aut consentiat. Mynsf. 1. *O. 67.* Gail. 1. *O. 119. n. 2.* vel jure speciali præteriri, & rectà ad judicem majorem procedere appellatio possit, *arg. l. un. in fin. C. quand. Imp. int. pupil. vel vid.* Besold. *d. tr. c. 4. n. 14.* Error tamen in eo commissus non nocet, ut Appellatio, non observatô ordine, pro deserta habeatur *l. 1. §. 3. l. 21. pr. & §. 1. ff. de appell.* A sententia ejus, cui mandata est jurisdictio, non mandans, sed ę hujus superior est appellandus. *l. 1. pr. & §. 1. l. ult. ff. quis à quo appell. arg. l. 3. ff. de off. ejus cui mand.*

D. Struv. π *Synt. civ. Ex. 50. th. 8.*

ę *D. 4. th. 31. in m. th. 42. inf.*

Th. VI.

D. Struv. σ D. 50. th. 3. τ conf. ib. th. 7. inf. υ th. 4. n. 2. φ ib. n. 3. χ ead. th. pr. ψ d. th. 3. pr.

Quod attinet caussas, regulariter in quacunque σ caussa appellare licet, sive illa fuerit magna sive exigua *l. 20. C. de appell.* Excipiuntur tamen (1.) quæ sunt infra competentem τ quantitatem. *l. 10.* §. 1. *ff. l. 37. C. de appell. Ord. Cam. p. 2. tit. 28.* §. Und sonderlich. Denaiſ. *jur. Cam. tit. 29.* (2.) quæ dilationem υ non admittunt, *l. 7. ff. de appell. recip. l. 6.* C. *quor. appell. non recip.* quò pertinet caussa φ executionis *l. 4. pr. ff. l. 6. C. de appell.* item momenti seu χ momentaneæ possessionis *l. un.* C. *si de moment. poss. fuer. appell.* (3.) ex consuetudine Germaniæ (aliud jure Justinianeô *l. 6. l. 16. ff. de appell.*) caussæ criminales ψ Gail. 1. *obs.* 1. *n. 28.* Mynſ. 4. *O. 41. & seq.* Bocer. *cl.* 6. *d. 34. th. 10.* Besold. *d. tr. c. 7. n. 4.*

Th. VI.

Sive exigua] facit *l. 3. C. & c. 11. x. de appell.* Nisi & ipsum hoc exaudiamus: Juxta quantitatem J. dictionis & privilegia cuique concessa. Nam per *N. 23. c. 3. & N. 69. c. 1.* causæ ad certã quantitatem sunt restrictæ, infra quam appellatio non admittitur. Sicuti in Camera Spirensi per noviss. *R. J. Ratibon. 1654.* §. *112.* Summa 400. talerorum constituta, *& in* §. *115.* ad instantiam Statuum extensio promissa. Ducibus *Holsatiæ* ab Impp. Matthia & Ferdinando hæc privilegia concessa sunt, ut summa appellabilis sit mille florenorum aureorum: Quin, si debitum sit confessatum & liquidum, etiam si dictam summam excedat; In delictis gravioribus, ut & causis injuriarum criminalibus nulla planè appellatio recipiatur. In curia provinciali Ducum Sax. Jenensi *cap. 17.* §. es mögen auch. causæ appellabiles sunt sexaginta florenorum.

Competentem quantitatem] Quantitas appellabilis circa speciem, non ex eo quanti vendi potest, sed ex usu censenda est: & quomodo circa hominem rusticum id fiat. Dn. Mev. *p. 1.* Wismar. *Decis. 68.*

Th. VII.

Th. VII.

Nisi vim definitivæ] divisio hæc sententiarum tradebatur *sup. D. 21. th. 2.* Licere autem & ab interlocutoria tunc appellare, quando tale gravamen infert, quod per definitivam tolli non potest, rationem habet: quia facta infecta fieri non possunt, melius est prævenire quàm post vulneratam causam remedia quærere. Tales sunt, quæ torturam, incarcerationem, jurisjurandi præstationem, *v. D. 5. th. 22.* imponunt.

Jure Canonicô] Quod & apud Saxones observari, testatur Wesemb. *h. n. 5.* add. Carpz. *Process. Tit. 18. art. 2. n. 7. seqq.* & *p. 1. C. 12. d. 10. n. 4. 5.* it. *C. 19. d. 23. n. 1.* & *d. 24. n. 12.*

Th. VII.

D.Struv. *a eâd. th. 3. in m. p. 996. pr.*

Ab interlocutoria *a* quoque jure civili regulariter non appellatur *l. 5. vers. ult. C. quor. appell. non recip. arg. l. 36. C. de appell.* nisi talis sit, quæ vim habeat sententiæ definitivæ *l. 39. pr. l. 7. §. 2. circ. fin. ff. de minor. l. 5. C. quor. appel. non recip. Ord. Cam. p. 2. tit. 29.* §. Und so von Beyurthel. vel gravamen contineat ejusmodi, *a* quod per appellationem à definitiva tolli non queat. *l. 9. ff. qui satisd. cog. l. 2. ff. de appell. recip. Ord. Cam. d. tit. 29. §. ult.* Gail. 1. *O. 130.* Jure verò Canon. *b* ab omni gravamine, & ita quoque ab interlocutoria gravante appellare licet, *c. super. 10. ext. de appell. c. 1. c. 3. §. si verò. tit. eod. in 6. c. 2. de dol. & contum. in 6.* Sed jus civile in Cam. Imp. observari testatur præter cæteros Roßbach. *process. civil. tit. 73. num. 20.*

a d. p. 996. lin. 2.

b ib. lin. 4.

Tit. VI. de Libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur.

Th. IIX.

Notario & testibus] Jure quidem communi non nisi ubi copia Judicis haberi nequit. *l. 7. ff. & c. 73. x. de Appellat.* Ord. Cam.

Th. IIX.

Modus & forma appellandi est, *c* ut vel à sententia lata apud acta statim fiat, &

c D. 50. th. 12.

D. Struv. & tunc sufficit appellantem vivâ voce dicere, Appello *l. 2. l. 5. & ult. ff. l. 14. C. de appell.* vel etiam post intervallum extra judicium coram Notario & testibus, *Ord. Cam. p. 2. tit. 29.* §. Item so soll. Mynſ. *4. O. 44. & seq.* Gail. *1. O. 119. num. 3.* idque per libellos appellatorios appellationis summam cum nomine appellantis & copia sententiæ continentes *l. 1. §. ult. junct. l. 3. l. 7. ff. l. 6. §. pen. C. de appell.* Appellatio verò ab interlocutoria, in scriptis tantùm cum specifica expressione caussarum seu gravaminum fieri debet. *c. ut debitus. 59. ibi: caussa. ext. de appel. & c. 1. eod. in 6.* Mynſ. 3. *O.* 15. Gail. 1. *O. 130. n. 6.*

Cam. *p. 2. t. 29. §. 5.* Jure Saxonum verò indistinctè. *p. 1. C. 20.* Ubi Carpzovius *d. 1.* ampliat, procedere, licèt appellatio Judici non fuerit insinuata. Requiritur tamen ut in præsentia testium, ad minimum duorum facta fuerit. Carpz. *in suo Process. T. 18. art. 3. n. 4.*

Libellos appellat.] Noten-tur ergò libelli in jure nostro triplices: appellatorii, ut *h. n. th.* conventionalis. de quo *D. 2. th. 29.* Diffamatorius, de quo *D. 24. th. 11.*

Tit. IV. Quando appellandum, & intra qua tempora.

Th. IX.

Tempus ad interponendam *d* appellationem appellanti datum jure novô est intervallum 10. dierum *Novel. 23. c. 1. auth. hodie. C. de appel. c. 15. §. taliter. extr. de sent. & re jud.* quod à tempore latæ sententiæ de momento in momen-

d v. th. 9.

Th. IX.

Tempus ad interpon.] Constat appellationis integrum distinctis quibusdam actibus ut partibus; interponendæ, apud Judicem à quo: introducendæ, apud Judicem superiorem, ad quem appellatur; & prosequendæ s. justificandæ coram eodem: de primo vid. etiam D. *21. th. 8. pr.*

De

De momento] hujus generis computationem reperies *D. 4. th. 7. & 18. D. 20. th. 29. D. 22. th. 5.* Naturalia negocia naturalem requirunt computationem.

Modò sciverit] Utilis ergo est ratione initii: continua ratione continuationis: conf. D. 24. *th. 12. & sim.*

Th. X.

Dimissorios] germ. Abschiedsbriefe / Abschiffungs- oder Bekäntnis-Briefe. Continent videl. in se quomodo Judex à quo vel appellationi deferat, & vocantur *Reverentiales:* vel contradicat, & *Refutatorii* dicuntur. Computantur autem triginta hi dies statim à die latæ sententiæ, ita ut decendium includant. v. Caprz. *p.* 1. C. *20. d. 7. n. 4. seqq.* currunt autem demum scienti. Id. *in processf. T. 18. a. 3. n. 48. seqq.* Notabile autem est, appellanti coram Notario opus non esse his dimissoriis; cùm ipse suâ autoritate abierit coram alio appellaturus.

Hodie] In Cam. Spirensi propter *noviss. R. J. 1654. §. 61.* quatuor menses: & in foro Sax. unicus à die datorum apostolorum computandus indulgetur.

mentum currit *d. Nov. 23.* D. STRUV.
c. 1. modò appellans eam latam esse sciverit, Gail. *1. obs. 139. n. 5.* & gravamen non sit continuum; quô casu appellare licet, quamdiu gravamen durat, Gail. *d. Obs. 139. n. 13.*

Th. X.

Introducendæ appellationi præfinitum olim tempus *e* fuit 30. dierum, intra quod Appellans libellos dimissorios, quos Apostolos vocant, & acta *f* judicialia petere *l. un. ff. de libel. dimiss. l. 6. §. ult. C. de appell.* & utraque intra idem spatium Judici ad quem, exhibere debebat. *Novel. 126. c. ult. c. ab eo. pr. de appell. in 6.* Hodie ex stilo Cam. Imp. ad introducendam appellationem tempus semestre indulgetur *Ordin. Camer. p. 2. tit. 30.* intra quod, nisi ex legitimis caussis prorogatio impetrata fuerit, citatio impetrari & reproduci debet. *Ordin. Cam.*

e d. th. 12. pr.

f th. 13. inf.

D. STRUV. *Cam. Imp. p. 2. tit. 30. in pr. & §. 1.*

getur. Carpzov. *dict. art. 4. num. 16.*

Prorogatio] quæ in appellatione introducenda, non in interponenda licet. Carpz. *d. a. 3. num. 14. & 36.*

Th. XI.

Tempora hæc interponendæ & introducendæ appellationis dicuntur Fatalia, quòd iis elapsis appellatio quasi exspiret ac moriatur. Cujac. *in par. C. de tempor. & reparat. appell.* Besold. *d. tr. c. 8. num.* 1. Quapropter etiam appellatus tunc, ut appellatio deserta *g* pronuncietur, & caussa principalis exequendæ sententiæ gratiâ *h* ad priorem Judicem remittatur, petere potest: *Ordin. Cam. Imp. d. tit. 30.* §. Und so also. Nonnunquàm tamen ob justa impedimenta adversus lapsum fatalium restitutio in integrum *i* locum habet, *c. ex ratione. 8. ubi Dd. ext. de appell.* Mynf. 5. *O. 98.* Gail. 1. *obs.* 143. Cæterùm prosequendæ & *k* finiendæ appellationis fatalia jure civili statuta, *l. 13. pr. & §. 1. C. de judic. l. ult. §. illud. 4. C. de tempor. appell. Nov. 49. pr. &* §. 1. in Camera Imp. uti & in aliis Dicasteriis inferioribus non observantur. Gail. 1. *obs.* 141. *num. 7. & 8.*

g d. th. 13. pr.

h conf. th. 14. inf.

i v. D. 8. th. 47. in f.

k conf. D. 50. th. 14. pr.

Th. XI.

Fatalia] eodem sensu sup. *D. 13. th. 19.* terminus probatorius dicebatur fatalis.

Pronuncietur] Nunquàm enim appellatio ipso factô, absque Judicis declaratione pro deserta habetur, sed semper desuper pronunciandum. Carpz. *d. tr. & tit. art. 6. num. 109. seq.*

Restit. in integr.] de qua conf. sup. *Diss. 4. th. 19.*

Non observantur] ob multitudinem caussarum ipse Judex impeditur, ut adeo nulla cunctatio parti possit imputari. Jure tamen Sax. magis constringuntur quàm relaxantur fatalia, teste Carpzov. *d. t. 18. a. 5. n. 30. seqq.*

Tit.

Tit. VII. Nihil innovari appellatione interpositâ.

Th. XII.

Suspendat, devolvat] Duplex ergò est appellationis effectus, *alter*, quô cognitio causæ ad superiorem, qui anteà, ob instantiarum distinctionem erat incompetens, devolvitur; *alter* verò, quô manûs Judicis inferioris constringuntur, ne lite apud alium pendente pergat: non verò in totum soliô detruditur, sed manet negotium in suspenso, donec Superior vel remittat, vel plenariè ad se trahat.

Nihil innovandum] Limitatur (1.) in civilibus, ratione fructuum apud Sequestrem collocandorum. *l. 21. §. f. ff. de Appell.* (2.) in criminalibus, ubi facinorosus, non attentâ appellatione suâ in carcere detineri potest, ne dimissus aufugiat. Brunnem. *ad l. 3. 12. 13. C. de appell.* Unde supremum Wismariense Tribunal pro incarcerato relaxando mandatum sine clausula decernere noluit. apud Dn. Mev. *p. 1. Decis. 1.*

Th. XII. D. Strauch *l v. ibid. th. 15.*

Effectus *l* Appellationis est, quòd Jurisdictionem Judicis inferioris quoad illam caussam suspendat, & ejus ulteriorem discussionem ad superiorem devolvat. *l. 6. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Hinc & pendente appellatione nihil est innovandum *l. un. ff. nihil nov. pend. appel. l. 3. 12. 13. C. de appellat.* nisi casibus quibusdam exceptis; & attentata pendente appellatione omnia sunt revocanda. *d. l. un. ff. nihil nov. appel. pend. c. non solùm. de appell. in 6. Clem. fin. ut lit. pend.* vid. Gail. *1. ob. 145. & seq.* licitum etiam in hac secunda instantia est materialia non satis probata aut deducta *m* meliùs ded[illegible]re ac probare. *l. 6. §. 1. C. de appellat. l. 4. C. de tempor. & repar. appell.* Tessaur. *decis. 246. num. 4.* Mascard. *concl. 118. per tot.* *m th. 14 in m, ib.*

D. Struv. n ib. vers. Discussâ.

Th. XIII.

Judicis officio *n* incumbit, caussâ satis à se trutinatâ, si malè appellatum, sententiam confirmare, & caussam ad Judicem priorem remittere; sin benè, sententiam infringere & vel ex parte vel totam reformare. Quòd si à parte duntaxat sententiæ est appellatum, Judex appellationis etiam eam partem corrigere potest, à qua non est appellatum *l. ult. C. de appel. l. ult. C. quand. provoc. non est neces.*

Th. XIII.

Si benè] Quàmvis autem non expediat hôc casu causam ad priorem Judicem remittere, cùm effectum appellatio devolutivum semel obtinuerit, & suspicio sit contra Judicem inferiorem, qui semel partem gravavit, quòd idem posthac sit factúrus: quia tamen causa quandoque non meretur operæ pretium, ut majoribus sumptibus coram superiori tractetur, & fortè plura adhuc supersunt in ea tractanda: potest Superior, si confidat in inferiore, causam ipsi denuò committere; Cùm enim eandem alii de novo delegare possit, melius utiq; est, ei commendare cui penitius cognita est. Ita Carpz. *Process. T. 18. a. 6. n. 56. seq.*

Tit. IIX. Quæ sentent. sine appellat. rescinduntur.

Th. XIV.

Dantur quædam sententiæ, quæ sine appellatione rescinduntur, quòd ipso jure nullæ sint, id quod variis modis vel ratione personarum, *o* quæ judicium constituunt, vel ratione processûs, sive ordinis, *p* vel ratione ipsarum sententia-

o ib. th. 17. n. 1.

p ib. n. 2.

Th. XIV.

Personarum] v. g. Judicis vel inhabilis: qualis erat Barbarius ille Philippus, de quo v. Autor *sup. D. 1. th. 34.* vel incompetentis, cui impune non paretur. v. Carpz. *L. 3. Resp. 98. n. 9.* vel Procuratoris mandatô carentis. v. *sup. D. 3. th. 16.*

Rat. processûs] sive ordinis judiciarii non servati: quan-

quando vel citatio omissa, *sup. D. 2. th.* 14 vel ab executione ceptum sit. v. Geil. *1. O. 42.* Cæterùm, ob quas nullitates processûs coram inferiori Judicio, recipienda sit appellatio in superiori? tractatum & determinatum vid. ap. Dn. Mev. *p. 1. Decis. Wismar. 78.*

Sententiarum] de quarum requisitis, v. Aut. sup. *D. 21. th. 5. 6.* Carpzov. *Process. T. 16. art. 1. 2. 3.* ut si fortè non sit conformis libello. Potestas enim Judicis fundatur super solo libello. Id. *L. 1. Resp. 72. num. 12. 13.*

Th. XV.

Vel principaliter] & separatim, scil. vel excipiendo contra eum qui sententiæ executionem petit, aut peculiarem nullitatis actionem movendo. Quandoque verò cumulatur cum aliis remediis, dum vel Appellationi alternativè adjungitur, petendo, ut primùm super nullitate; eâ verò non procedente, super iniquitate sententiæ pronuncietur. v. Perez. *ad Tit. C. Quando provoc. non est necess. n. 11.* vel Restitutioni in inte-

tiarum *q* accidere potest; de quibus videri potest Vantius *integrô tract. de Nullitatibus.* Imprimis verò sententia est nulla, si aliter, quàm legibus, constitutionibus aut moribus proditum, *r* sit concepta *l. 2. C. quand. provoc. non est necess.* ubi tamen distinguendum, utrùm contra jus constitutionis, an contra jus partis sententia pronunciata sit: Priori casu nulla: posteriori, velut iniqua, per appellationem est corrigenda *l. 1. §. 2. ff. quæ sent. sin. appell. rescind.*

q D. Struv. *ib. n. 3.*

r conf. D. 44. th. 5. n. 1. p. 641.

Th. XV.

Potest autem Nullitas sententiæ ejusve querela vel principaliter deduci, *s* vel cum iniquitate in caussa appellationis *l. 41. ff. fam. ercisc. Ord. Cam. Imp. p. 3. tit. 34.* uti & cum restitutione in integrum *t* cumulari: Mynſ. 2. *Obs. 25.* & principaliter quidem vel coram eodem Judice, *u* qui nulliter judicavit, si sit ordi-

s d. D. 50. th. 18.

t conf. ib. th. 127. j. th. 18.

u v. ib. th. 19.

D. Stauv. ordinarius; vel coram Judice appellationis, quod usu ferè obtinuit, teste Gail. *d. O. 127. n. 7.* Rosbach. *de nullit. n. 32.* & tunc totum negotium ad eundem devolvitur, ac nisi longiorem desideret caussæ cognitionem, sententiæ executio *x* interim differtur, *l. ult.* C. *de ord. cognit. l. 2.* C. *ad L. Cornel. de fals. l. 13.* §. 3. *ff. ad Sc. Trebell.* Cæterùm fatalia appellationum nullitatem non constringunt, quò minùs ex communi Dd. sententia per modum actionis intra 30. annos *y* proponi ac deduci possit. Gail. *d. O.* 127. *n. 8.* Mynsing. *5. Obs. 92. num. 9.* Pet Frider. *lib.* 3. *de contin. caus. c.* 11. *concl.* 12. *n. 28.*

x conf. th. 20. ibid. & D. 44. th. 17.

y d. D. 50. *th. 18. circa f.*

integrum. v. Vantium *tr. de Nullit. process. Tit. 6. num. 7. & 9. cum seqq.*

Nisi longiorem] Probè hoc! Quia enim Justitiæ ipsius interest, ut rei judicatæ autoritatem tueamur, non patietur Judex remoram injici, aut vincentem victoriâ defraudari. conf. *Ord. Process. El. Sax. Tit. 35.* §. Wenn auch gleich. Carpz. *in suo Process. T. 19. art. 4. n. 1. 2. & 28.* Gail. *1. O. 127. n. 7.*

Intra 30. annos] Etiam Saxonicô jure à decretis aliisque actibus judicialibus: Si tamen per modum sententiæ decisum fuerit, in Electoratu non nisi intra terminum Sax. sive sex septimanas & tres dies agere licet. dict. *Ord. Process. Elect. Sax. T. 38. pr. verb.* innerhalb 6. Wochen 3. Tage. Carpz. *in suo Process. T. 19. art. 3. n. 9. seqq.* Secus in aliis provinciis. Dn. Richt. *ad Auth. Disp. 2. coroll. 8.*

Tit. XIV. de Jure Fisci.

Th. XVI.

Sequuntur *z* in hoc & postremo libro materiæ variæ ad jus publicum fermè spectantes, quarum aliquas (cùm omnes non liceat) q. per transennam saltem & obiter dispiciemus, primò de Fisco ejus

z v. ib. th. 31.

Th. XVI.

Ejusq; jure] Quò refero (1.) Immunitatem à cautione. *D. 6. th. 16. inf.* (2.) Jus pignoris taciti. *D. 12. th. 8.* & (3.) prælationis. *ib. th. 24.* & si quæ sunt similia. *Civi-*

Civitates] Quod, quàmvis negare videatur Cothman. *allegatô* ab Autore *locô:* quasi Civitates ejusmodi sint tanquam privati. *n. 24. & 25.* propterea tamen à Dn. Mevio *Comm. ad Jus Lub. L. 2. T. 2. a. 14. n. 50.* notatur, quia eæ rationes ex antiquato in Imperio nostro jure Romano depromptæ, ad statum præsentem non quadrant, ubi & Principes & civitates liberiori jure, & amplioribus privilegiis gaudent. Videtur tamen Cothman. *d. l.* non tam de jure quàm de facto disputare: quòd civitas, de qua ibi, nondum probasset privilegium aut immemorialem præscriptionem: prout colligo ex *num. 52. seqq.* add. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. de Bon. vacant. Lib. 10.*

ejusque jure paucula proposituri. D. STRUV.
Definitur a. Fiscus, quòd sit Camera Imperii, complectens, quæ ad commodum pecuniarium *α* pertinent. *α th. 32. ib.* Peregrin. *lib. 1. de jur. fisc. tit. 1. n. 2.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. memb. 1. n. 56.* Dum Imperii hîc fit mentio, facilè colligitur, fiscum non constitui nec haberi posse nisi ab illo, qui imperium habet, qualis v. c. est Imperator Romanus & alii Reges, Principes ac Respubl. superiorem non recognoscentes; quibus in Rom. Imp. ob jus superioritatis etiam Electores, *β* Principes, ac cæteri Status Imperii sunt accensendi. *β th. 33. in m.* Cæteri Mediati Statûs ac civitates *γ* jus fisci non nisi per expressam concessionem aut immemorialis temporis præscriptionem sibi arrogare queunt. *γ ib. inf.* Bocer. *tr. de jurisd.* Ern. Cothman. *vol. 2. consil. 55. num. 42.*

Th. XVII.

Modò indignus] Bona enim illa tum demum Fisco debentur, quando indignus in se transtulit & sua fecit: Cœte-

Th. XVII.

Cùm Reip. intersit fiscum bonis abundare, caussas, *δ* ex quibus illi acquiritur, cognitas esse oportet. Sunt autem ex variis hæ præcipuæ *δ ib. th. 33. & S. F. c. 6. aph. 13. in f. & aph. 21. seqq.*

ᵋ D.Struv. d. th. 33. n. 1. & D. 35. th. 94. & S. F. dict. c. 6. aph. 29.

cipuæ (1.) caussa est testamenti, ut: Si quis indignus ᵋ sit eo, quod in testamento ipsi est relictum *l. 1. pr. l. 13. §. ult. ff. de jur. fisc. t. t. ff. & Cod. de his quæ ut indign. l. 8. §. 14. ff. de inoff. testam.* hoc cedit fisco, modò indignus hereditatem adierit aut relictum occupârit *l. 15. ff. ad SCt. Sylan. l. 3. §. 18. l. 8. §. fin. ff. eod.* alioqui si non adierit, fiscus substitutum aut venientem ab intestato non excludit *l. un. §. 13. C. de caduc. toll. Nov. 1. c. 1. v. si verò.* Fusar. *tr. de substit. q. 50. & seq.* Bocer. *tr. de Regal. c. 3. n. 47.*

Cæterùm antè, dum adhuc vacua, & reliquæ hereditatis portio sunt, Fisco nondum competit fundamentum petendi: Nec enim defunctum, aut heredes, (utrosque immerentes) punire Legum Rom. latores voluerunt, eripiendo id, quod non-adeundo indignus illis reliquit; sed eô solùm ut instrumentô acquirendi uti; planè uti fungo quod attraxit, exprimitur.

Th. XIIX.

ζ D. 50. th. 33. n. 1. & S. F. cap. 6. aph. 29.

ŋ S. C. D. 38. th. 41.

Caussa secunda est intestati, ex qua Bona vacantia ζ h. e. herede omni, vel ratione sanguinis etiam ultra 10. agnationis & cognationis gradum constitutô *vid. sup. diss. 18. th. 27.* vel alio legitimô jure (ut conjux) veniente destituta Erbloſe Güter ad fiscum ŋ devolvuntur, *t. t. C. de bon. vacant. l. 1. §. 2. l. 41. ff. de jur. fisc.* quæ devolutio tamen fit cum onere suo *l. 7. C. de distract. pign. l. 6. §. 3. ff. ad*

Th. XIIX.

Etiam ultra 10.] Repetatur huc *D. 18. th. 27. in f.* add. Riem. *Decad. 8. qu. 3.*

Erbloſe Güter] Hæc apud plerasque gentes inter cives ac peregrinos servatur differentia, ut hi relictis quantumvis cognatis ad successionem aptis, tamen nec ex testamento, nec ab intestato ad eos quidquam transferre possint, sed fisco bona cedant. In Galliis jus Albinagii vocatur, de quo Bodinus *de Rep. Lib. I. cap. 6. pag. m. 62. seq.* prolixè. Episcopo Monasteriensi in Germania, quantum ad peregrinos in ista civitate dece-

decedentes attinet, idem jus competere, testatur Sprengerus *in Ellychniis. p. m. 1755.* *ad Sc. Trebel.* Gail. *2. O. 86.* D.STRUV. *n.*4. Sixt. *de regal. c. 8. n.* 42.

Fit cum onere] An E. Fiscus hôc casu pro herede reputandus? Riemer. *Dec. 8. qu. 10.*

Th. XIX.

Tertia caussa est Contractus sub pœna θ certa fisco applicanda, si alteruter contravenerit, initus *l. 1. in fin. pr. ff. de jur. fisci. l. 42. ff. de recept. l. 5. C. si manc. ita fuer. alien.* Duar. *ad tit. de jur. fisc. c. 2.* nec refert sive stipulatione sive pactô ad eam contrahens se obligaverit, cùm hodie eadem vis sit pacti ι quæ stipulationis. Lindeman. *ad tit. Inst. de V. O. th. 5.* Pertinet etiam ad hanc caussam pactum Procuratoris aut Advocati de κ quota litis *l. 53. ff. de pact. l. 15. C. de procur. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit.*

θ *conf.* D. *27. th. 54. in m. cum* D. *47. th. 21.*

ι D. *6. th. 17.*

κ *ibid. th. 44. lin. 8. j.* D. *7. th. 11.*

Th. XIX.

Est contractus] Non solùm illicitus & vel ratione modi vel objecti damnatus, v. g. usurarius, de quo *sup* D. *13. th. 10.* Sed & in se quidem permissus, cui tamen contrahentes, ad firmius se constringendum, pœnam in casum contrafactionis adjecerunt. Unde non obstat, quòd alteri, v. g. Fisco non liceat stipulari. §. 4. *J. de Inut. stip.* quia Fiscus solutionis solùm recipiendæ causâ adjicitur. v. Pac. *C. 3. qu. 19.*

Sive pacto] Adfuit hoc D. *2. th. 26.* D. *23. thes. 8. & sim.*

Pactum Advocati] de quo vid. *sup.* D. *3. th. 5.*

Th. XX.

Quarta caussa est Delictum, λ quod vel in committendo vel omittendo consistit. Ad illud pertinet (1.) crimen læsæ μ Maj. *l. 6. ff. ad L. Jul.*

λ *S. F. c. 6. aph. 29.*

μ *S. C. D. 49. th. 20. n. 3.*

Th. XX.

Læsa Majest.] cujus sc. pœna etiam confiscatio est. v. *sup.* D. *24. th. 16.* Add. Riemer. *Decad. IIX. qu. 6.*

Ex

D. Struv. *L. Jul. Maj. Nov. 134. § fin.* (2.) Vis υ privata *l. 1. pr. ff. de vi publ. l.* 2. C. *eod.* (3.) incestæ ξ nuptiæ *Novel. 12. c.* 1. *& seqq. Nov. 154. l. 6. cum Auth. seqq. C. de incest. nupt.* adde Clar. §. *incestus. num. 2.* Bocer. *de regal. c. 3. n. 56.* Sixtin. *lib. 2. de regal. c. 11. n. 30.* (4.) Αὐτοχειρία ex conscientia ο delati admissique criminis facta *l.* 1. *C. de bon. cor. qui mort. sibi consciv. l. ult. & t. t. ff. de bon. cor. qui ant. sent. Constit. crim. Car. V. art. 135.* Quoad crimen læsæ Maj. illud tenendum, quòd bona reorum, quæ sunt sub alio Statu π Imperii, non ab Imperatore, sed ab illo Statu sint confiscanda. *arg. l. 24. C. de donat. int. vir. & ux. l. 20.* C. *de Episc. & Cler.* Omittendo delinquitur ab eo, qui merces vectigali ρ subjectas profiteri illudque solvere neglexerit *l. 14. l. fin. ff. de public. vid. sup. disp. 19. th. 21.*

υ *ib. th. 49.*
ξ *th. 38. j.* D. *29. th. 50. inf.*
ο *d.* D. *49. th. 108.*
π *arg.* D. *50. th. 35.*
ρ *v.* D. *39. th. 49. seq.*

Ex conscientia] Repetantur huc dicta *sup.* D. *1. th. 14. p. 43. in f.*

Sed ab illo Statu] Vide hac de re eleganter capitulationem Ferdinandi III. Imper. *art. 29.* Pari ratione in Jure can. Clericus beneficiô ob delictum privandus, damnatur quidem à Judice loci domicilii, privatio autem fit per Episcopum loci beneficii. *c. 14. x. de For. comp.*

Vectigali] Hoc argumentum pertinet ad D. *19. th. 21. ubi vid.*

Th. XXI.

Ad titulum seu caussam delicti pertinent etiam compendia σ mulctarum *l. 5. l. ult.* §. *4. C. de mod. multar.* de quibus plura vid ap. Bocer. *d. tr. de regal. c. 3. num. 8.* quæ hodiernis moribus fermè fructibus jurisdictionis accensentur. Wesemb. *par. C. de mod. mulctar. n. 6.*

σ *S. F. c. 6. aph. 19.*

Th. XXI.

Fructibus J. dictionis] Ante tempora nim. Friderici Imp. regalium tantùm jure mulctæ veniebant *v. 2. F. 56.* Hodie J. dictio patrimonialis esse cepit *v. sup.* D. *2. th. 4.* facta est dominii privati,

Roß-

vati, & habetur sicuti aliud quodvis prædium, in commodum privatum, cujus fructûs sunt reditus illi & mulctæ. Quæ ratio est, quare tributaria quoque sit, & collectis publicis obnoxia: æstimatur videlicet juxta quantitatem ac summam annuorum proventuum, illique congrua imponitur collecta. Sicuti & Senatus oppidanus hujus loci, cum Jurisdictionem adhuc teneret, singulis terminis certam persolvebat pensionem.

Roßbach *in proces. civ. tit. 2. num. 15.* Denique Thesaurus, τ si ubicunque magicis artibus sit inventus *l. 1. C. de thesaur. lib. X.* vel in loco fisci ab alio repertus & pro parte suppressus *l. 3. §. fin. ff. de jur. fisc.* totus, & posteriori quidem casu cum altero tanto: Si fortuitô casu in loco publico aut fiscali sive profano sive religioso inventus sit, pro parte dimidia *l. 1. pr. l. 3. §. 10. ff. d. t.* fisco cedit.

D. Struv. τ *ib. aph. 27. j. cap. 12. aph. 5. & S.C.D. 41. th. 53. seq.*

Thesaurus] Hujus sedes est sup. D. *20. th. 9.* ubi vid.

Lib. X. Cod. Tit. XI. de Delatoribus.

Tit. XIII. De iis qui se deferunt.

Th. XXII.

Partem rei] plerumque quartam, unde & *Quadruplatores* dicebantur: quanquam & delatores, item Accusatores, præsertim si crimen publicum deferant, vocati fuerint. Ut adeò Delatio pro objecto habeat omne id quòd Reip. sciri interest. Germ. solemus Rügen nominare; quod

Th. XXII.

Ut verò hæc ad fiscum pertinentia illi incorporentur & adjungantur, opus est nunciatione seu v delatione. Deferre autem quis potest vel alios vel seipsum. Utroque casu deferens aliquam partem rei delatæ pro prœmio consequitur *l. 13. pr. & §. 5. ff. de jure fisc.* quâ de re plura vid. apud Peregrin. *lib. 2. de jur. fisc. tit. 1. n. 16.* Hodie delationes Advocati fisci obeunt

v *D. 50. th. 36. j. D. 43. th. 10.*

D. Struv. *l. 5. C. de delator.* quos necessitas officii ab omni crimine & calumnia excusat. *l. 5. §. 13. ff. de his quæ ut indign.* Ad instruendam verò caussam Denunciatores, quibus tamen promiscuè non est credendum, admittuntur. Vid. Damhoud. *prax. crimin. c. 6. n. 12.*

quod officium in pagis utplurimùm Sculteris incumbit. Alicubi locorum peculiare collegium s. tribunal Rüge Gericht institutum esse solet. Veluti in ditionibus Serenissimi Dn. *Ernesti, Ducis Sax.* quam in rem peculiarem *Ordinationem 1646.* publicavit: cujus in *Constitutionibus suis provincialibus 1653. part. 2. Tit. 11. p. 110.* meminit.

Hodie delationibus] Legatur atque conjungatur cum hac nostra sup. D. 3. *th. 17.*

Th. XXIII.

φ *de quib. D. 50. th. 37.*

χ *ib. n. 4. j. D. 26. th. 15. & 30. it. D. 44 th. 47. n. 4. p. 662.*

ψ *conf.* D. *16. th. 18. seqq.*

Privilegia fisci varia φ sunt, eaque vel extrajudicialia vel judicialia, quæ hîc persequi omnia nimis longum foret. Unum hoc saltem attingimus, quòd Fiscus ex omni contractu jus pignoris χ nanciscatur in bonis debitoris *l. 46. §. 3. ff. de jur. fisc. l. 2. C. de privil. fisc.* & ratione eorum, quæ post contractum sunt quæsita, cæteris anterioribus hypothecariis præferatur *l. 28. ff. de jur. fisc.* Alioqui & in dubio fiscus jure communi utitur *l. 12. ff. de compensat. l. 35. ff. de pignor.* & ex contractu ψ suo ad instar privati efficaciter obligatur *l. 3. C. de rescind. vend. l. benè à Zenone*

Th. XXIII.

Jus pignoris] taciti, scil. de quo jam *sup. D. XII. th. 8.*

Cæteris præferatur] de hoc privilegio eâdem *D. 12. th. 24. n. 4.* fuit actum.

Jure comm. utitur] Sic & Fisco exceptio compensationis. *D. 10. th. 9. in f.* & civitati exceptio SCti Macedoniani opponi potest. *Disp. 9. th. 20. pr.* quia mutuum dando jure privatorum utitur. *D. 8. th. 4. in f.* & Princeps pro lubitu privilegia onerosô concessa titulô revocare

none 3. *C. de quadrien. praescript.* nec in poenarum persecutione ullo utitur privilegiô, quin creditores anteriores omnes ipsi praeferantur *l. un. C. poen. fiscal. cred. praef. lib. X.* & ibi Cujac. D. Struv.

re nequit. D. 1. *th.* 26. quantum ad usuras autem aliquid singulare est in D. 13. *thes.* 7. *in f.*

Poenarum persecut.] Nam hôc casu sola tacita hypotheca Fisco competit. *v. Ord. process. El. Sax. Tit.* 43. §. Deßgleichen ob wol der Fiscus &c. add. Carpz. *p.* 1. *C.* 28. *d.* 51. *n.* 5. & *d.* 104. & quidem à tempore condemnationis incipiens.

Tit. XV. de Captivis & de Postliminio & de redemtis ab hostib.

Th. XXIV.

Res mobiles] Quod non sola loci mutatio ipsam rerum mobilium Proprietatem mutet, ex D. 20. *th.* 6. *pr.* & *textib. ibi alleg.* didicimus: quare si res hosti ereptas citra ejus persecutionem deferamus ad territorium tertii Neutralis, non desinunt esse nostrae ob solam loci conditionem, quas ipse victus pro derelictis habuit, nobisque cessit. Quòd si fugientes nos ad territorium communis amici prosequatur, licèt in ejus respectum hostiliter nobis non eripiat, justum tamen est, ut restituamus, quod vi eripere posset, si eâ uti vellet; quippe nostrum nondum factum. De hac Qu. elegantem vide casum apud Dn. Mar-

Th. XXIV.

Postliminii jus quoad personas ω parum habet amplius utilitatis; quoad res a tamen adhuc attenditur. Quò pertinet quaestio, (1.) An res mobiles hostibus ereptae, si in illorũ, qui hostibus sunt amici, fines aut terras citra persecutionem hostilem delatae fuerint, jure postliminii gaudeant, ac eo ipso censeantur ad dominos reversae? Quod negamus, per *l. 28. ff. de capt. & postlimin.* & altera: (2.) Num agri amicorum ab hostibus quon-

ω v.D.50. th. 39.

a v.th.40.

D. Struv. quondam per injuriam occupati & insessi, iis expulsis, suis dominis sint restituendi, non secus, ac si postliminii jure ad ipsos tunc redirent? Quod omninò adserendum existimamus *l. 20. §. 1. ff. de capt. & postlim. l. 36. ff. de relig. & sumpt. fun. Novel. 36. Constit. de pac. Constant. §. sententiæ. vers. possessiones.*

Marquardum *Tr. de Jure Mercat. sing. Lib. 1. c. 15. num. 25. seqq.*

Num agri] facit huc articulus secundus *pacificationis Hispano-Lusitanicæ* d. 13. Febr. 1668. initæ: Alle feste Güter sollen Ihren Eignern von Uhralters restituiret werden/oder auch an derselben Erben/mit Beding/ daß Sie die melioration, so bräuchlich und nothwendig/ bezahlen.

Tit. XVI. de Re militari.

Th. XXV.

De Re Militari quàmvis fortè satius sit nihil, quàm pauca tradere; exercitii tamen gratiâ hoc saltem movere placet: Militiam pro salute Reipub. imò & pro religionis defensione obire, ab officio hominis Christiani non esse alienum, ad eamque cives, quàmvis invitos, nisi ob ætatem, similemve caussam aut privilegium excusentur, cogi *b* posse *l. 4. § 10. & 11. ff. de re milit.* Grot. *lib. 2. de jur. bel. c. ult.*

b conf. D. 50. *th.* 41. *in m.*

Th. XXV.

Ab officio Christiani] Quæstionem hanc, utpote mixtam & Theologiæ cum Jure communem, tractatam ab utrisque videmus: videlicet Jacobus Fabricius SS. Theol. D. & concionator Aulicus Sedinensis *in suis quæstionibus bellicis Qu. 1. & 18.* tum in genere disquirit; Ecquid justum sit & christianâ religione dignum belligerare? tum in specie, Num libertatem Germanicam & salvificam nostram religionem armis defendere licitum sit? Cui add. Joh. Geteld J. U. D. *discursus politicus:* An subditis in causa religionis, si vi ad eam adigantur, defensio contra magistratum superiorem sit licita & concessa? *Impressus Rostochi 1626.*

Ad

Ad eamq; cives cogi] Inter Jura Principum Imperii nostri non postremum est Sequela, sive facultas subditos ad territorii defensionem evocandi, germ. Reiß und Folge dictum. de quo Illustris Dn. Seckendorf. *fui emct. part. 2. cap. 10. n. 8. pag. 271. seq.*

Tit. XVII. de Castrensi peculio.

Th. XXVI.

Peculio Castrensi] hujus natura explicata est sup. *D. 9. th. 24.* Jus autem testandi D. *10. th. 4.* ubi vid.

Hodie succeditur] Sedes ordinaria hujus argumenti adfuit sup. *D. 18. th. 15. seqq.* cui add. *D. 9. th. 28.*

Th. XXVI.

In peculio Castrensi *c* filiusfam. locô patrisfam. habetur, ita ut de eo liberè non solùm inter vivos, sed etiam ultima voluntate disponere queat. Ipso verò intestatô mortuô, olim Pater bona castrensia jure peculii *d* occupabat *l. 2. l. 9. ff. de castr. pecul.* deinde liberi & fratres patri sunt prælati *l. 3. l. 4. C. de bon. quæ lib.* Hodie verò secundùm ordinem in *Novel. 118. c. 2.* præscriptum *e* jure hereditariô in iis succeditur. Idem & de peculio q. castrensi dicendum. *l. ult. C. de inoff. testam.*

D. STRUV.
c ib. th. 43. j. D. 20. th. 62. & 67. & D. 37. th. 29.
d v. D. 38. th. 14. p. 433.
e de quo ib. th. 13.

Lib. L. Tit. I. Ad Municipalem.

Th. XXVII.

Nativitate] Jure civitatis parentibus competente ut plurimùm liberi quoque fruuntur, & quidem alicubi citra specialem impetrationem, solùm vi juris à parentibus quæsiti. *Statuta hujus oppidi* à filiis civium vinum & cerevisiam venum expositoris (quale jus inter jura civium communiter reputari solet)

Th. XXVII.

Municipem fieri nativitate *f* manumissione, *g* adoptione *h* & assumptione, *i* traditur in *l. 1. pr. l. 6. ff. ad municip. l. 7. C. de incol.* Sed hodie caussa secunda & tertia non, vel parùm frequentantur. Prma

f D. 50. th. 49. n. 1. D. 9. th. 17.
g v. D. 50. th. 49. n. 2. j. D. 40. th. 36. & IX. 17. lin. 4.
h ib. p. 312. n. 2 j. th. seq. D. 3. th. 65. & D. 50. th. 49. n. 12.
i ab. th. 50.

D.Struv. caussa Nativitas etiam non ita aliquem adstringit loco, ut necessariò ibi, ubi natus est, cogatur esse civis, sed originarius aliò domicilium transferens, *k* ipso secessu & animô non redeundi, jus civitatis originarium amittit Gail. *2. O. 36. num. 7.* Paurmeist. *L. 2. de jurisd. c. 8. num. 37.*

k D. 9. th. 19. 31. seq. j. D. 50. th. 54.

solet) hoc solum requirunt, ut domicilium hîc constitutum habeant, & Senatui ad instar suorum parentum onera civica praestent. *Tit.* Vom Bürgerrecht. §. 4. quod tamen §. *seq.* declaratur, si vel nati fuerint, à parentibus jam civibus, vel tempore juris impetrati nondum duodecim annos fuerint nati: alioquin distinctim & pro se quoque idem jus impetrare obstricti sint. Id quod Statutis Hamburgensibus *part. 1. tit. 2. art. 3.* hactenus convenit, quatenus ibi originarii aeque ac extranei indistinctè nomina profiteri & receptione solenni demùm cives fieri possunt. Hoc tamen praerogativae prae exteris utplurimùm filiis civium datur, ut pretium pro receptione solvendum ex parte remittatur.

Manumissione] Libertus patroni forum sortitur. *v. sup.* D. *5. th. 10.*

Non ita adstringit] quae Germanorum hodie libertas est. vid. Dn. Mev. *ad Jus Lub. Lib. 1. Tit. 2. rubr. n. 17. seqq.* Statuta hujus civitatis neminem ad jus civitatis admittunt, nisi duobus fidejussoribus, qui & cives sint, & immobilia hîc possideant, caveat, ad minimum in jure impetrato per triennium persiturum. *Tit.* Von Bürgerrecht *§. 1. n. 2.* quòd si citra legitimam causam renunciare & cum Senatu litigare audeat, jure civitatis excluditur *eod. tit. §. 6.*

Th. XXIIX.

Advenae, *l* ut jus impetrent civitatis, praeviâ in illorum personas & conditionẽ inquisitione, *m* certam aliquam pecuniam solvere *n* & juramentô sese ad obsequium Magistratui praestandum ac salutem civita-

l conf. D. 50. th. 53. m th. 50. n. 2. p. 1014. n th. 51. n. 2.

Th. XXIIX.

Praviâ inquisitione] per Senatum vel Deputatos facienda; & quidẽ juxta hujus oppidi statuta in nativitatẽ & discessum à loco unde huc migrârunt.

Quo-

vitatis promovendam obstringere *o* tenentur; quô tamen fides & obedientia Superiori *p* ratione potestatis & jurisdictionis praeeminentis debita semper excepta censeri debet. Migraturi, *q* vel bona cujusdam defuncti ex civitate ablaturi plerisque in locis partem suorum vel hereditariorum bonorum prius solvere tenentur: German. Abschoß oder Abzug-Geld. Rauchbar. *lib.* 1. *q.* 15. Thomas Maul. *tr. de homag. c.* 10. Gail. 2. *obs.* 35. & 36. quae tamen consuetudo ob quarundam personarum v. c. clericorum & scholarium immunitatem meritò restringitur. Lindem. *in histor. jur. Rom. th.* 45.

D. Struv. *o ib. n.* 3. *p conf. S. F. cap.* 11. *aph.* 8. *q S. C. D.* 50. *th.* 54. *in m.*

Quo tamen fides] subordinata enim sunt, nō opposita, fides Senatui data, Bürger-Eyd: & homagium Principi praestandum, Erbhuldigungs-Eyd. leg. Dn. Mev. *ad rubr. dict. Tit.* 2. *Lib.* 1. *Juris Lubec. num.* 32.

Migraturi] Licet civibus ac subditis alienis, qui naturâ liberi homines sunt, invitis Dominis & superioribus jus civitatis resignare, aliò migrare & civitatem petere. *l.* 5. §. *f. ff. de Capt. & postlim. rev. R. I. August.* 1555. §. Wo aber unsere.

Vel bona cujusdam] duplex ergò est hoc jus; aut enim sumitur de Civibus sedem suam aliò transferentibus: aut de exteris hereditatem in nostra Rep. cernentibus.

Tit. II. de Decurionibus & filiis eorum.

Th. XXIX.

Olim civitatibus ac municipiis Duumviri ac Decuriones *r* praeerant, à quibus ad hodiernos Consules & Senatores civitatum Principibus subjectarum argumenta duci solent. *s* Luc. de Pen. *in l.* 45. *n.* 6. C. *de decur.*, quae tamen ob insigne discrimen & mutationem hodierni statûs

r D. 50. *th.* 56. *s ib. in f.*

Th. XXIX.

Discrimen] Licèt enim moderni Senatores in pristinorum Decurionum locum successerint, eorum tamen, in lautioribus, praecipuè civitatibus, longè potior hodie est conditio, vel ex longaeva

D.Struv. ſtatûs ab illo, qui quondam fuit, non in omnibus, præſertim mixti ſtatûs civitatibus, niſi cum evidenti abſurditate procedunt. vid. Joh. Sibrand. *part. 1. jur. pub. Lubec. ſect. 16. n. 55.* Mevium *in jur. Lub. lib. 1. tit. 1. n. 21.*

gæva præſcriptione, vel ipſorum Principum privilegiis. v. Dn. Mev. *d. tr. Lib. 1. Tit. 1. rubr. n. 18. ſeqq.* & ad *L. 2. T. 2. a. 14. n. 58.* & Qu. proœm. *2. n. 48. ſeqq.*

Tit. IV. de Muneribus & honoribus.

Th. XXX.

t v. th. 46. Municipes *t* inde quòd munerum ſint participes, dicti ſunt. *l. 1. §. 1. ff. ad municip.* Munera *u* autem ſunt vel perſonalia *x* vel patrimonialia *y* vel mixta *z* *l. 1. §. 1. & 2. l. 18. pr. ff. de mun. & honor.* Poſtremi generis videntur eſſe & illa, quæ perſonis pro rebus imponuntur. *l. 18. §. ult. ff. d. t.* Weſemb. *in par. ff. d. t. n. 5.* v. c. Collectæ, * quæ quidem materialiter ſunt onera rerum, formaliter verò ſubjectarum perſonarum. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. ducum. c. 5. n. 329.*

u th. 59.
x th. 60. in f. & ſeq.
y th. 64.
z th. 65.
** diſſent. 16. in m. conf. D. 12. th. 24.*

Th. XXX.

Perſonalia] v. g. fieri Senatorem, vel Legatum: quod utrumque invitus quoque niſi legitimè excuſetur, ſuſcipere tenetur. *v. Jus Lub. Lib. 1. Tit. 1. art. 6. & 10.* quin & viliora ſunt atque etiam ſordida: ut cauponariam exercere, proxenetam eſſe, pollinctorem vel carnificem fieri.

Vel mixta] quæ, uti quidem mihi videtur, præſtantur quidem in ære, ſed non propter bona; verùm ſolius perſonæ intuitu: quod germ. Standgeld vocari ſolet. Sunt enim ſubditi paſſim in certas claſſes & ordines tributi: quorum differentiæ in ſtatutis, præſertim quæ rem ſumtuariam attinent, privilegiis, oneribus, præcipuè im Kopffgelde/Standſteuren aliisque negotiis civilibus effectum multiplicem ſortiuntur. Dn. Mev. *d. tr. L. 1. T. 2. rubr. n. 71. ſeqq.* In Ducatu Megapolitano mos hic collectandi viget, ut edicta Principum illorum oſtendunt.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
In quo
Prior numerus *Disputationem*, alter *thesin*; *Notas* verò ad Autorem N. majusculum denotat, cui pagina & linea subjicitur.

A.

ABOLITIO CRIMINIS.

Quot modis hæc abolitio contingat. XXIV. 27. *N. ibid.*

Abolitio criminis, propriè sic dicta, est vel generalis vel specialis. *ibi.*

Abolitò crimine extinguitur aut remittitur etiam ejus pœna. *ibid. vid. pœna.*

Abschoß/ Abzugsgeld.

Sic vocatur illa pars bonorum, quam quis, vel bona cujusdam defuncti ex civitate ablaturus, vel aliò migraturus, prius solvit. XXV. 28. *N. ibid.*

Clerici, it. Scholares ab hoc onere meritò debent esse immunes. *ibi.*

ABSENS. ABSENTIA.

Utrum absentiâ nostrâ processum impedire, & ad reditum protelare possimus. *N. p. 148. lin. 29.*

Quomodo procedatur contra Reum criminis absentem. XXIV. 15.

Absentiæ causa potest ab alio allegari pro Reo Criminis III. 18. *N. ib.*

Contra absentem non potest ferri sententia, nisi sit contumax. XXI. 3. *N. ib.*

An ita ob causam contumacis absentiæ condemnatus habeat jus appellandi. *vid. XXV. 3. N. ib.*

Absentibus læsis datur Restitutio contra præsentes qui læserunt. IV. 24. *N. ib.*

Qualis tunc esse debeat absentia. *ibid.*

Si absentes læserint præsentes, tunc, quando his succurrendũ, non attenditur qualis fuerit absentia. *ibi. N. ibid.*

Jus novum de hac absentium aut præsentium restitutione. *vid. ib. 26.*

ABSOLUTIO.

Utrum ante L. C. Reus rectè dicatur ab instantia absolvi. *N. p. 105. lin. 30.*

ACADEMIA.

An Academiis nostris *ex auth. Habita C. ne fil. pro pat.* per ibi positam vocem Jurisdictionis ita competat merum Imperium, uti Italicis. II. *6. N. p. 95. lin. 11. & ult.*

Academia Rostochiensis qualem habeat jurisdictionem. *N. p. 92. lin. 27. p. 95. lin. 25.*

Academici sunt immunes à vectigalibus. XIX. 20.

ACCEPTILATIO.

Dicitur etiam imaginaria solutio. XXIII. 29. N. ib.

Quoad originem est juris civilis. ib. N. ib.

Quid & quotuplex sit. ib.

Per acceptilationem ipse saltim Creditor, non alius, (nisi remediô novationis & suô nomine) debitorem liberare potest. *ib. 30. N. ibid.*

Acceptilatio non in diem, nec sub conditione fieri debet. *ib.*

Per acceptilationem ipsô jure tollitur obligatio, it. liberatur pignus. ib. 16. XII. 25.

Inutilis acceptilatio nihilominus utile pactum continet & ejus vim habet. XXIII. 16, *N. ibid.*

ACCESSIO.

Accessio est modus acquirendi dominii. XX. 5.

Accessio est *vel* naturalis *vel* industrialis. *Illa* contingit aut occasione rei nostræ v. g. featurâ animalium, aut aliunde v. g. per alluvionem, &c. ibi. 11.

Industralis accidit in texturâ, inædificatione &c. ib. 12.

An præstandæ sint accessiones rei legatæ. XVII. 21.

ACCESSORIUM.

Accessoria testamenti quæ. XVII. 1.

ACCRESCENDI JUS.

Cur hoc jus introductum. N. p. 231. lin. 4.

In usufructu pluribus conjunctim legato locum habet jus accrescendi. VI. 6. *ubi alia specialia de jure accresc.*

Inter heredes re & verbis, vel re saltim conjunctos locum habet jus accrescendi. XVI. 21.

An idem dicendum de iis, qui verbis tantùm sunt juncti. ib. N. ibid.

An hoc jus à testatore prohiberi possit. ib.

Si v. g. duobus proprietas legaretur, & unus ab initio partem suam repudiaret, tunc locum habet Jus accrescendi, secus si semel acquisita amitteretur. In usu-

usufructu v. obtinet hoc jus quandocunque amittatur. *N. p. 231. lin. 24.*

Venditâ hereditate non transit Jus accrescendi. XI. 11. N. ib.

ACCUSATIO. ACCUSATOR.

De falsi accusatione transigere non licet. *II. 30. in f* si scil. falsi crimen ita sit comparatum, ut sanguinis pœnam non inferat: aliàs secus est. *N. p. 125. lin. 21.*

An in publicis judiciis à parte Accusatoris Procurator mitti possit. *vid. voc. Procurator.*

ACTA.

Non tàm secundùm acta & probata, quàm secundùm conscientiam judicandum est. I. 35.

ACTIO.

Obligatio est mater actionum. XXII. 14.

Actionis nomen exprimere non est necessum nec de Jure Civ. nec Can. II. 19. N. p. 111. lin. 30.

Quid sit actio. XXII. 18. N. ib.

Actio est vel realis vel personalis. XXII. 18. IV. 6. N. ib. item p. 166. lin. 22.

Unde ita dicantur & quæ earum natura N. p. 278. lin. 31. & seqq.

Quotuplices sint causæ actionum realium. N. p. 225. pr.

Actio personalis quomodo possit fieri aut dici realis. N. *p. 166. lin. 22.*

In Actionibus realibus rem suam esse, in personalibus rem sibi deberi petendum est. N. p. 213. lin. 19.

De divisione actionum in b. f. & stricti juris. *vid. in seq.*

Actiones possunt oppignorari. XII. 10. item vendi. XI. 12.

Ex contractu liberi hominis alteri non acquiritur actio. IX. 15. in m.

An actiones sint in bonis. XII. 4.

An sub legato bonorum, aut sub legato mobilium aut immobilium contineantur etiam Actiones *vid. Legatum.*

Actiones tam civiles quàm prætoriæ quamdiu durent & dentur. XXII. 6. n. ib.

Actiones quomodo perpetuæ dicantur. XXII. 6.

ACTIO ÆDILITIA.

Contra quem detur. VII. 2.

ACTIO ÆSTIMATORIA.

Differt ab actione ex æstimato. N. p. 396. lin. 37.

Actio æstimatoria seu quanto minoris datur ex edicto Ædilitio contra fallacias vendentium. XII. 30.

Ad quid detur. ib.

 Est

Est actio temporalis, in heredes tamen transitoria. ibid.

ACTIO BONÆ FIDEI ET STRICTI JURIS.

Ita dividitur actio tam de Jure canonico quàm civili. XXII.19. N. ib.

Hæc divisio non afficit omnes omninò actiones, sed tantùm personales, quæ ex contractibus nascuntur. ibi.19.in m.

Quænam sint bonæ fidei, aut stricti juris. *ibi.*

An stricti juris omni æquitate & bonitate careant. N. p. 674. lin. 12.

An exceptio doli, opposita stricti juris actioni, eam faciat b. fidei. *ib. inf.*

ACTIO COMMODATI.

Actio commodati est vel directa vel contraria. IIX.33.

Contra actionem commodati non admittitur compensatio. X. 12.

ACTIO CONFESSORIA.

Hæc datur propter usumfructum & servitutes reales. VI.14.

Quis eam instituat. *ibi.*

An pro vindicandis servitutibus competat etiam usufructuario *ibid.*

ACTIO DE CONSTITUTA PECUNIA.

Contra quem detur hæc actio. IIX. 31. *plura de constituto vid. inf. voc. Constitutum.*

ACTIO DE DEJECTO VEL EFFUSO.

Actio hæc persequitur damnum per dejectionem aut effusionem datum. VII. 11.

An etiam detur heredi aut in heredem. ib. N. p. 267. *lin. 19.* & lin. 29.

Datur etiam Actio in factum prætoria adversus eum qui saltim ibi, ubi vulgò iter fit, positum vel suspensum habet, quod nocere potest. VII. 12. N. p. 268. lin. 5.

Hæc actio est popularis, & cuivis conceditur. *ib.*

ACTIO DEPOSITI.

Actio depositi est vel directa vel contraria. XV. 21. 23.

Cui detur directa, & ad quid. *ib. 21. 22.*

Contra quem detur. *ib.*

Cui detur actio depositi contraria, & ad quid detur. *ib.* 23. N. p. 361. in 26.

Actione depositi directâ conventus, & ob dolum condemnatus, fit infamis. III. 10. it. X. 22. N. *ib.* Secus in actione depositi contraria. *ib.* 23. N. *ibid.*

Con-

Contra actionem depositi non admittitur compensatio. X.12. N. ib.

ACTIO DIRECTA.

Actio directa modò opponitur contrariæ, modò utili. N. p. 137. lin. 22.

ACTIO DOLI.

Actione doli conventus, & suô nomine condemnatus, fit infamis. III. 10. N. p. 138. *lin. 15.*

Actio hæc datur saltim in subsidium, quando scil. alia ordinaria actio non adest. IV. 16 N. *ibi.*

Non datur contra certas personas, quarum famæ parcendum & tunc in ejus locum substituitur actio in factum. IV. 16.

Hæc actio est personalis & designandus est, cujus dolo factum. ibi. IV. 17.

Est suô modô arbitraria. ib.

Quando datur in alios ad quos aliquid pervenit, tunc datur tanq. actio in factum, N. p. 178. lin. 15.

ACTIO EMPTI, VENDITI.

Hæ actiones oriuntur ex contractu empt. vendit. & utræque sunt directæ, civiles, b. fidei. XI. 16.

Actio empti directa competit emptori & ejus heredi modò pretium solutum, aut ritè oblatum, aut fides de eo habita. ib.

Datur ad rem cum fructibus & omni causa tradendam. ib.

Actio venditi cui, contra quem, & ad quid detur. *ibi*. 18.

Hæc actio persequitur etiam non promissas usuras pretii tardius soluti, N. ib.

ACTIO DE EO QUOD CERTO LOCO,

Hæc actio est arbitraria, & accedit actionibus stricti juris. IIX. 30. N. ib.

Judicis arbitrium quomodo hîc se habeat. ib. N. ibid.

Hæc actio datur etiam in fidejussores, sed ita, ut ipsorum obligatio per moram Reorum non augeatur. ib.

ACTIO EXERCITORIA.

Vid. Exercitoria actio.

ACTIO AD EXHIBENDUM.

Quid sit exhibere. N. p. 278 *lin.* 29.

Est actio personalis, in rem scripta. VII. 25. N. ib.

Cui & propter quasnam res competat. ibi.

Quid si jussus à Judice non exhibeat, cum tamen possit. *ibid.*

ACTIO IN FACTUM.

Suô modô etiam dici potest utilis. *N. p. 263. lin. 26.*

Est hæc actio prætoria, hinc differt ab utili, quæ est Civilis. *N. p. 264. li. 9. p. 268. lin. 3. maximè p. 396. li. 18.*

Refertur ad actiones personales. XXII. 18.

ACTIO FINIUM REGUNDORUM.

Vid. Finium regundorum &c.

ACTIO FUNERARIA.

Hæc actio datur ad sumptus funebres repetendos. VII.31.

Introducta est ex bono & æquo, dum impendens cum defuncto quasi contraxit] & ejus negocia gessit. *ibi.*

add. voc. Sumptus.

ACTIO FURTI.

Modò civiliter modò criminaliter instituitur. *N. p. 138. lin. 22.* XXIV. 3.

Cui, contra quos, & ad quid detur. *ib.*

An etiam detur contra eos, qui aut opem tantùm, aut consilium tantùm in furto adhibuerunt. *ib. N. ibid.*

ACTIO HYPOTHECARIA.

Quænam actio propriè ita dicatur. *XII. 15. in m.*

Quid probandum sit in hac actione. XIII. 15.

Quid hodiè circa hanc actionem obtineat. *ib. 16.*

Datur et. pro dote exigenda. XIV. 24. Et quidem ex legis dispositione, etiam citra conventionem. *N. ib.*

it. pro legato consequendo. XVII. 22.

ACTIO INJURIARUM.

Actio injuriarum est vel civilis vel criminalis XXIV. 10.

Actione unâ vel civili vel criminali intentatâ, altera cessat. ib.

Cum actione ad palinodiam, non solùm æstimatoria, sed & criminalis conjungi potest. ib. N. ib.

Actione injuriarum conventus, & ob dolum suô nomine condemnatus sit infamis. *III. 10.* N. *p. 138. lin. 15. XXIV. 10. in f.*

Quomodo extinguatur actio injuriarum. *ib. 12. & 9. N. ib.*

ACTIO IN REM SCRIPTA.

Unde dicatur. IV. 12. N. ibi.

Quid sit. ibi.

ACTIO DE IN REM VERSO.

Oritur ex utilitate ejus, qui in potestate habet. IX. 33.

Contra quem detur. IX. 32.

Hæc actio plenior est actione de peculio. IX. 32.

Datur in solidum, quatenus est versum. IX. 32.

Non est eadem cum actione de peculio, sed ab ea etiam separatim potest institui. *ib.* N. *ib.*

ACTIO INSTITORIA.

Vid. Institoria actio.

ACTIO JUDICATI.

De hac Actione *vid.* XXI. 8. IIX. 22.

ACTIO LEGIS AQUILIÆ.

Vid. Lex. Aquilia.

ACTIO LITIGIOSA.

Unde ita dicatur. XXII. 9.

ACTIO

ACTIO LOCATI.
Vid. Locati conducti actio.
ACTIO MANDATI.
Hæc actio est vel directa vel contraria. X. 29. 30.
Actio directa cui, contra quem, & ad quid detur. ib. 29. XXIII. 14.
An etiam ei detur, cujus non interest. N. ib.
Persequitur etiam levissimam culpam. ib.
Actione mandati conventus, & ob dolum condemnatus, fit infamis. III. 10.
Actio mandati Contraria cui, contra quem, & ad quid detur. X. 30.
Hæc actio non datur ad resarcitionem damni, quod per casum fortuitum accidit. X. 30. N. ibi.
Cessat mandati actio in mandato rei turpis. X. 27.
ACTIO MIXTA.
Quænam ita dicatur. VII. 15.
An dentur tales actiones, & unde oriantur. *N. ibid. & p. 271. lin. 12.*
ACTIO NEGATORIA.
Hæc datur propter usumfr. & servitutes reales. I. 14.
Et quidem datur domino. ib.
Non datur propter res corporales. ib. N. ib.
ACTIO NEGOT. GESTOR.
Ordinariè competit quando absentis & ignorantis negotia gesta sunt: extraordinariè verò quando is, cujus negotia sunt, præsens fuit & non ignoravit. *III. 26. N. ibi. in quibus A. Faber refutatur.*
Contra quem detur. ibi.
An hæc actio, loco Actionis mandati, detur, quando Mandatarius fines mandati excessit. X. 28. N. ib.
ACTIO NOXALIS.
Datur ad reparandum damnum, à bruto illatum. VII. 1.
Estque vel directa vel utilis. ibi. 2.
Hodiè non datur ad noxæ deditionem. *ibid. N. p. 255. lin. 9.* ubi dicitur, si instituatur actio Civilis rei persecutoria, noxæ deditionẽ hodienum habere locum, modò noxium animal vel confestim dimittatur, vel non recipiatur. Si actio pœnalis, condictio scil. ex nova Imperii lege, tunc noxæ deditionem non habere locum.
Hæc actio datur etiam contra dominum propter delicta Servorum. ibi. 13.
Delicta autem hîc intelliguntur privata, & ea ob quæ civiliter agitur. ib.
An etiam detur contra b. f. possessorem. N. p. 269. lin. 18.
Ut detur hæc actio, necesse est

servum

servum dominò ignorante, aut, cum sciret, frustrà prohibente, deliquisse. ib. 14.

Est hæc actio saltim adjectitia qualitas aliarum actionum ex delictis competentium. VII.13. N. ib. *in quibus & de introductione hujus actionis.*

Datur vel ad servum noxæ dedendum vel ad æstimationem præstandam. ib. 13.

Hodiè actiones noxales in judiciis non frequentantur. ib. 14. N. p. 270. lin. 5.

ACTIO DE PASTU.

Qualis sit, & quando detur. VII. 3.

ACTIO PAULIANA.

Hæc actio in favorem Creditorum introducta est à Prætore, contra alienationem bonorum à debitoribus in fraudem Creditorum factam. XXI. 18.

Hæc actio est realis actio. ib. N. p. 646. lin. 16.

Contra quos & quamdiu detur. *ib. & 19. ubi et. contra ipsos Creditores datur.* *N. ib.*

ACTIO DE PECULIO.

Actio hæc est honoraria. IX. 26

Datur ex contractibus filii adversus Patrem: nec extinguit Civilem actionem contra filium. ib. 26.

An etiam detur aut dari possit ex delictis causisque pœnalibus filiorum. ibi, 27. N. ibid.

Ex contractibus Servorum datur etiam actio de peculio. VII. 13.

Quamdiu duret hæc actio post mortem filii. IX. 28. N. ib.

ACTIO PERSONALIS.

Vid. Actio.

ACTIO PIGNORATITIA.

Quotuplex sit. XXII. 27.

ACTIO POPULARIS.

Dicitur ita, quòd à quovis è populo exerceri possit, XXIV. 13.

Ex quibusdam delictis privatis extraordinariis nascuntur actiones populares. ib. VII. 11. 12

In hac actione Acturo non incumbit aliud interesse probare, quàm concivem se esse. *N. p. 267. lin. 22.*

ACTIO PRÆJUDICIALIS.

Qualis sit natura & quale officium hujus actionis. *N. p. 264. lin. 16.*

Hæc actio refertur ad actiones reales. XXII. 18. N. p. 673. lin. 9.

ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS.

Est introducta in subsidium aliarum actionum. XI. 35.

Dicitur in factum Civilis, ad differentiam actionis in factum Prætoriæ. ibid. N. ib.

Cur præscriptis verbis dicatur. N. p. 396. lin. 32.

Datur

Datur ex omni Contractu innominato. *ib.*
Est b. fidei quando datur ex æstimato & permutatione; Ex aliis verò speciebus est stricti juris. *ib.*

ACTIO PUBLICIANA.

A Prætore est introducta. *V.27.*
Dici potest rei vindicatio utilis. *ib. 27. N. p. 138. lin. 8.*
Datur sub colore dominii per usucapionem quæsiti *ibi. N. p. 222. lin. 32.*
Datur non Domino, & etiam sub qualitate b.f.possessoris accommodatur ipsi Domino. *ibi N. p. 223. lin. 9.*
Ut competat hæc actio requiritur ut sit res tradita. *V. 27. N. ib.*
In eodem Libello Publiciana cum rei vindicatione disjunctim proponi potest. *ibid.*
Contra quos non detur. *ibi. inf. N. p. 224. lin. 4.*

ACTIO QUANTI MINORIS.

Vid. Actio æstimatoria.

ACTIO QUOD JUSSU.

Oritur ex voluntate ejus, qui in potestate habet *IX.33.*
Voluntas hæc vel verbis vel facto declaratur, & dicitur hîc jussus, nec attenditur an præcedat, an sequatur, an concurrat. *ibi. N. ibid.*
Ad quid detur. *ibid.*

ACTIO REALIS.

Vid. Actio.

ACTIO REDHIBITORIA.

Datur ex Edicto Ædilitio contra fallacias vendentium. *XII.30.*
Tendit ad rescissionem venditionis. *ib.*
Est temporalis, in heredes tamen transitoria. *ib.*
Annon contineatur sub actione empti, & sic sit inutilis aut superflua. *ibid.*

ACTIO RERUM AMOTARUM.

Datur ob res divortii causa, constante matrimonio, à conjuge amotas. *XIV. 31.*
Cui, contra quos, & ad quid competat. *ib.*
Annon potius, loco hujus actionis, detur Condictio sine causa, *N. p. 471. lin. 31.*

ACTIO RESCISSORIA ET RESTITUTORIA.

Unde dicatur restitutoria. *X.5.*
Datur Creditori contra pristinum debitorem. *ibi.*

ACTIO SERVIANA ET QUASI SERVIANA.

Hæ actiones sunt reales actiones. *XII.15.*
Quid Creditoribus sit probandum in his action. *ibi. N. ibid.*
Affine remedium est Interdictum Salvianum. *N. p. 407. lin. 10.*

ACTIO PRO SOCIO.

Actio hæc est utrinque directa. X. 37.
Est vel generalis, vel specialis. *ib.*
Actione pro Socio conventus & ob dolum condemnatus fit infamis. III. 10.
An hæc actio etiam detur pro sorte & rebus dividendis. N.p.369. lin. 25.

ACTIO EX STIPULATU.

De actione ex stipulatu pro dote exigenda. *vid. XIV. 24.* & pro dote repetenda. *ibi. 28.*
Hæc actio præter suam naturam hoc casu est b. fidei. *ib. 28.* N. p. 467. lin. 31. *XXII. 26. N. ib.*
Actio ex stipulatu quando possit fieri arbitraria. *ib.*
Datur quandoque ad repetendum etiamsi matrimonium nondum solutum. *ibid. 29. N. p. 470. lin. 13.*
De Actione ex stipulatu, quæ datur contra fidejussores. *vid. XXIII. 14.*

ACTIO DE TIGNO JUNCTO.

Cui & ad quid detur. *XX. 13.*
An sit saltim rei persecutoria, an etiam pœnalis. *ib. N. p. 614. lin. 15.*

ACTIO TRIBUTORIA.

Vid. Tributoria Actio.

ACTIO TUTELÆ.

Oritur ex gestione tutelæ, velut ex quasi contractu. *XV. 23.*
Actio tutelæ est duplex, directa & contraria. *ib.*
Cui, contra quem, & ad quid detur directa. *ib. 24.*
Quomodo detur contra tutorum heredes & fidejussores. *ib. 27.*
Contraria cui, contra quem, & ad quid detur. *ib. 26.*
Actione tutelæ directâ conventus, & ob dolum condemnatus, fit infamis. *III. 10.* cur directâ? *N. p. 138. lin. 10.*
Hæc actio consumitur quandoque per aliam v. g per actionem de distrahendis rationibus. *XV. 25.*

ACTIO VI BONOR. RAPTOR.

De hac actione *vid. XXIV. 6.*

ACTIO DE VI.

Est hæc actio personalis, in rem scripta, arbitraria &c. *IV. 11.*

ACTIO UTILIS.

Ejus descriptio. *N. p. 604. lin. 26.*
Hæc est civilis actio, hinc differt ab actione in factum, quæ est prætoria. *N. p. 264. lin. 9.*

ACTOR.

Quis dicatur Actor. *V. 1.*
Quis sit Actor in duplicibus Judiciis. *ib. N. p. 192. lin. 6.*
Olim nemo alieno nomine agere poterat. *N. p. 127. lin. 24.* nisi

pro tutela, libertate & populo. *ibid.*
Actoris vices quandoque fama supplet. *N. p. 192. lin. 2.*
Quis possit esse Actor & quis non. *V. 2.*
Quæ instrumenta edere teneatur. *II. 22.*
Actore non probante Reus absolvitur. *V. 23. XIII. 15.*

ACTUARIUS.

Actuarius si non adhibeatur in judicio tunc nullitas committitur. *N. p. 191. lin. 18.*

ACTUS, ITER, VIA.

De Itinere & via *vid. inf.*
Actui per consequentiam iter inest: sed tamen potest dari Actus sine via. *VI. 24. N. ib.*
Actus semper inest viæ. *ib. N. ibid.*

ACTUS v. g. STIPULATIONIS, &c.

Actus stipulationis continuus esse debet. *XXII. 23.*

ADDICTIO IN DIEM.

Vid. emptio venditio.

ADITIO HEREDITATIS.

Aditio hereditatis est quasi Contractus. *XVI. 1.*
Aditio hæc locum habet quando est delata hereditas. *ib.*
Potest hæc aditio fieri vel ipso factô seu gestione pro herede, vel nudâ voluntate, verbis quibuscunque declarata *ib. 30.*
Per eam dominium quidem, non tamen possessio, nisi apprehendatur, in heredem transfertur. *ib N. ib.*
Adita hereditas non potest repudiari, & in heredem transfert omne commodum & incommodum. *XVI. 32. N. ib.*
Utrum etiam non adita hereditas ad heredem transmittatur. *N. p. 525. lin. 16. vid. inf. Transmissio hered.*
Juri adeundi 30. annis præscribitur. *XVI. 32 N. ib.*

ADJUDICATIO JUDICIS.

Quomodo fiat in hereditatis divisione. *VII. 21.*
Adjudicatio hæc dominium statim in accipientem transfert, modò defunctus dominus rei adjudicatæ fuerit. *ibi. 22.*

ADMINISTRATOR.

Administratores Civitatis mutuum accipientes vel civitatem vel semetipsos obligant. *IIX. 4.*
Hinc bona eorum tacitô interea pignore tenentur. N. p 288. lin. 17. *add. voc. Mutuum.*

ADOPTIO.

Extraneus adoptans per adoptionem

nem non acquirit sibi potestatem. *l. 30. N. p. 67. lin. 20.*
An fœminæ possint adoptare. *N. p. 77. lin. 16.*
Adoptivi liberi quomodo succedant. *vid. successio.*

ADPROMISSOR.

Quis ita dicatur. *XXIII. 1.*

ADSCRIPTITII.

Adscriptitii homines quales sint, & quo jure fruantur. *l. 27.* N. *p. 72. lin. 1.*

ADVENA.

Quinam sint Advenæ & quomodo differant à forensibus. N. *p. 36. pr.*
Quomodo impetrent jus Civitatis, & quidnam ab ipsis emigrantibus exigatur, *vid. XXV. 28.*

ADVENTITIUM PECULIUM.

vid. peculium.

ADVOCATI.

Dicuntur ita quòd advocentur ut partibus adsint. *III. 1.*
Appellantur aliàs Causarum Patroni, Causidici, Togati. *ibi.*
Ipsorum officium laudabile vitæque hominum maximè necessarium est. *ibi.* N. *p. 128. lin. 5.*
Ad officium hoc nemo absque eruditionis testimonio, & specimine edito admittitur. N. *d. l.*
Ad hocce officium quandoque inviti compelli possunt sub pœna vel pecuniaria vel interdictionis fori. *III. 2.* N. *p. 128. lin. 12. ubi etiam referuntur exceptiones.*
Pauperum patrocinium gratis suscipere & præstare tenentur. *ibi.* N. *p. 129. lin. 6.*
Officium Advocati. *ibi. 4.* N. *p. 130. lin. 10.*
Advocatus fideliter causæ patrocinari, nec secreta pandere debet. *ibi.*
Si pro tua causa saltem consilium confecerit, an ad adversarii causam defendendã prosilire possit. *ib.* N. *p. 130. lin. 28.*
An fraude & fallaciis uti possit. *III. 4.* N. *p. 131. lin. 5.*
Ultra levem culpam nihil præstare tenetur. N. *p. 130. lin. 15.*
Quid circa errores Advocati sit notandum. *ib. 7.*
Pœna prævaricatoris Advocati. N. *p. 130. lin. 20.*
Quomodo propter imperitiam, ex qua læditur Cliens, teneatur. *VII. 5.*
De quota litis pacisci minimè licet. III. 5.
Salarium ad certum modum rectè exigit, etiamsi non sit promissum, & sive vincat, sive sine culpa vincatur: debetur etiam salarium si citra laborem consilium

lium & remedium ipsi in promtu fuerit. *ib.*

Quænam remedia & actiones dentur ad salarium hoc consequendum. N. *p.131. lin.20.*

Quid si in propria causa versetur. N. *ibi.*

Advocatus qui promisit ad definitivam sententiam adesse, an ad totam causam & utramque instantiam datus sit. N. *p. 151. lin. 11.*

Item An in judicio appellationis pro eodem pretio patrocinari teneatur. N. *d.loc. lin.10.*

De Advocatis Fisci. *vid.* XXV. 22.

ADULTERIUM.

Quomodo committatur adulterium. XXIV. 17.

Ejus pœna. *ib.*

Adulterium non sub ratione mali, sed sub ratione boni appetitur. N. *p.5. lin. 28.*

De Adulterio transigere non licet. II. *30.*

An & quando adulterium capitale fuit. N. *p. 124. lin.25.XXIV.* *17.* N. *ib.*

Adulterium dat justam causam divortii. XIV. 27. nisi reconciliatio interveniat vel verè, vel præsumptivè. N. *ib.*

ADULTERINI LIBERI.

An succedant. *XIIX. 23.*

ÆDES.

An incendii causa demoliri possint, & quis damnum ferat. *IX.* 8. VII. *6.*

vid. inf. domicilium.

ÆDILITIUM EDICTUM.

Hoc Edictum imprimis contra fallacias vendentium Emptoribus succurrit. XII. 29.

Pertinet ad res quasvis, modò non sint viles aut exiguæ. *ib.* N. *p. 163. lin. 10.*

Extensum est ad permutationes, divisiones, dationes in solutum. &c. *ib.*

Non pertinet ad donationes & locationes. *ib.*

De Actionibus ex hoc Edicto scil. redhibitoria & quantò minoris seu Æstimatoria *vid. sup.*

ÆGRITUDO.

Ægritudo corporis, dum mentem non alienat, non impedit Transactionem. *II. 28. N. ib.* nec Testamenti factionem. *ibid.*

ÆQUITAS.

Aliud est æquum, aliud æquitas. *N. p. 66. lin. 27.*

Quid sit æquum & bonum, & quomodo ars ejus exerceatur. N. *p. 4. lin. 18.*

Æquitas, quatenus est attemperatio juris positivi, omnis est non scripta. *I. 24. N. lin. 23.*
An omni juri insit æquitas & bonitas. *I. 1. N. p. 5. lin. 9 seqq.*
Æquitatis, si non sit cerebrina, semper potior est habenda ratio quàm stricti juris. I. 24.
An æquitas alia sit naturalis, alia Civilis. *N. 66. lin. 16.*

ÆS ALIENUM.

Æs alienum ex hereditate prius deducitur. XVII. 27.

ÆSTIMATIO.

Æstimatio an debeatur feudô legatô. XVII. 12.
An detur pro pauperie. VII. 1.

AFFECTIONIS JURAM.

Vid. Juramentum.

AFFINITAS.

Quomodo ratione affinitatis prohibeantur nuptiæ. XIV. 13. 15. 16.

AFFIRMANS.

Affirmanti incumbit probatio, quandoque neganti. XIII. 17. 21.

AGGRESSOR.

An aggressores bonorum & alios invasores occidere liceat. I. 9. N. p. 30. lin. 6. vid. voc. defensio.

AGNATUS.

Jure Sax. Agnati excludunt Cognatos à tutela. *N. p. 477. lin. 27.*
An spem successionis habeant. XV. 5.
De Agnato Electoris quomodo sit Tutor primogeniti Electoris filii, *vid. inf. voc. Tutor.*

AGRIMENSOR.

Agrimensor est instar Judicis & ejus ars plurimum valet. VII. 29.
Rectè ipsi datur honorarium, quod olim pulveratica aut pulveraticum dicebatur. ibi.
Si dolosè aut ex lata culpâ fefellit, tunc tenetur actione in factum. ibid.
An hæc actio sit ex delicto, an ex contractu. N. ib.
Agrimensoris culpa lata comparatur dolo. ib.

ALBINAGII JUS.

Quid sit. *N. p. 750. lin. 31.*

ALEÆ LUSUS.

Aleæ lusus est prohibitus. *VII. 28. N. ib.*
Victus in alea non potest conveniri, imò quod solvit, id vel ipse vel ejus heredes possunt repetere. *ibi N. p. 281. lin. 11.*
Nec etiam datur actio eis, apud quos aleâ lusum, sicubi damna ipsis vel injuriæ fuerint illatæ. *N. p. 281. lin. 18.*
Hodiè si dolus & coactio absint, & ludens liberam habeat bonorum administrationẽ, non condicitur id quod perditum. ib. 28.

ALIE-

ALIENA RES.

An possit legari. XVII. 3.

Quando evinci possit res aliena vendita. XII. 34.

ALIENATIO.

Alienatio judicii mutandi causa facta quid sit. IV. 27.

Alienatio judicii mutandi causa facta est causa restitutionis in integrum. ibi.

Quibus remediis ista restitutio impetretur & fiat. ib. ib. 27. & 28. N. ib.

Quando tutor res pupilli alienare possit. XV. 14

De alienatione rei dotalis. vid. XIV. 25.

De alienatione prædiorum pupilli, & rerum aliarum. Vid. XV. 25.

ALIENUM FACTUM.

Vid. factum.

ALIMENTA.

Ex lege naturæ & jure pietatis alendi sunt à patre liberi, ex justis nuptiis procreati, item naturales & vulgò quæsiti. Non verò incestuosi & adulterini. XIV. 32. XXII. 17. N ib.

Sub alimentis non continentur impensæ studiorum. XVII. 10.

Quomodo determinentur alimenta legata. ib.

De ratihabitione Parentum in nuptiis liberorum. XIV. *9. in f. N. ib.*

REDHIBITORIA ACTIO.

De hac vid. XII. 30.

REI VINDICATIO.

Quid sit. V. 21.
Causa & fundamentum rei vindicationis ex parte Actoris est dominium; ex parte rei est possessio. *ib. 22. 23.*
Dominium istud ab Actore probandum est. *ib. N p. 213. lin. 34.*
Qualis possessio ex parte Rei requiratur. *ib. 23.*
Ad quid detur. *ib. 24.*

RENUNCIATIO.

Mater & Avia tutelam liberorum gerere volentes secundis nuptiis & SCto Vellej. renunciant citra juramentum. XV, *6. N. ib. add.* IX, *20.*

REPLICATIO.

Est species exceptionis. II. 21.
An ad Replicam Actoris fundandam Reus teneatur edere Instrumenta. *ib. N. p. 114. lin. 18*

REPRÆSENTATIO.

Jus repræsentationis in linea descendenti in infinitum locum habet. XIIX. *16. N. p. 565. lin. 36.*
Non verò in linea ascendenti. *ib. 24.*

RERUM AMOTARUM ACTIO.

vid. Actio rerum amotarum.

RES.

Res incorporales nec mobilibus nec immobilibus annumerantur. *I. 33.* nonnunquam tamen hoc fit. *ibid. N. p. 81. lin. 3. p. 82. lin. 6.*
Rerum etiam incorporalium datur dominium. XX. *1. N. ib.*

RES CREDITA.

vid. Creditum.

RES JUDICATA.

Quid sit. XXI. *1. N ib. & p. 126. lin. 10.*
Rei judicatæ æquiparatur transactio ritè facta. II, *31.*

RES LITIGIOSA.

Quænam ita dicatur. *N. p. 404. lin. 15.* XXII. *9. N ib.*
Res litigiosa non potest vendi. XI. *7. N. ib. add.* XXII. *9. N. ib.*
Res litigiosæ immobiles hypothecæ quidem rectè obligantur, non verò mobiles. XII. *11. N. ib.*

RES MOBILES.

vid. voc. Res

RESPONSA JURISCONSULTORUM.

Eorum origo. *N. p. 47. lin. 10.*
An ad jus scriptum, an verò ad jus non scriptum sint referenda. I. *16. N. p. 46. lin. 14.*

Qualem olim & qualem hodiè habeant auctoritatem. *ib*. N. *p*.47. *lin*. 35.

RES PRO DERELICTO HABITA.

Cujus sit res pro derelicto habita. XX. 10.

Non habentur pro rebus derelictis (1) quæ navis levandæ causa in tempestate ejiciuntur (2) quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt. *ib*.

RESPUBLICA.

Fruitur jure minorum. IV. 22.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Quid sit. IV. 1. N. *ib*.

Petitio restitutionis & ipsa restitutio differunt. *ib*. 1.

Restituturus causæ justitiā, veritatem, & quantitatem cognoscere & examinare, debet. *ib*. 4. N. *p*. 164. *lin*. 19.

Benef. restitutionis est reale. *ib*. 8. N. *ib*.

Quò tempore sit petenda & finienda restitutio. *ib*. 7. & 8.

RESTITUTORIA ET RESCISSORIA ACTIO.

De hac vid. X. 5.

RETORSIO.

Per retorsionem injuria penitus abolerur. XXIV. 12. N. *ib*.

RETROVENDITIO.

Pactum retrovenditionis in emptione vend. præcisè est servandum, nec juri redimendi, venditori quæsito, longissimò tempore præscribitur. XI. 10. N. *ib*.

REUS.

Quis in Judiciis Reus dicatur. V. 3. N. *ib*.

Quando absolvatur. *ib*. 21. *XIII*. 15.

An instrumenta edere teneatur. *II*. 21.

RUSTICUS.

An Rustico noceat ignorantia Juris. *XIII*. 33.

S.

SALARIUM.

ADvocatus salarium rectè exigit, sive promissum, sive non promissum fuerit: sive vincat, sive sine culpa vincatur. *III*. 5. N. *p*. 132. *lin*. 12.

Quænam pro Salario consequendo competant actiones. N. *p*. 131. *lin*. 20.

SALVUS CONDUCTUS.

Reis Criminum, utut atrocium, absentibus, salvus Conductus ad defensionem haud difficulter dandus est. N. *p*. 722. *lin*. 2. *XXIV*. 15.

SANGUIS.

Sanguinis effluxio de cadavere interfecti non est sufficiens indicium ad quæstionem Criminalem instituendam. *XXIV*. 15. N. *ib*.

SA.

SATISDATIO.

Satisdatio propriè fit datis fidejussoribus. II. 16.

Moribus necessitas fidejussorum scrupulosè non exigitur. *N. 109. lin. 7.*

De satisdatione usufructuarii, *vid. usufructuarius.* Tutoris, *vid. Tutor.*

SCHOLARES.

Quale forum sortiantur Scholares. *V. 11.*

An sint immunes à vectigalibus. *XIX. 20.*

SCRIPTURA.

An differentiam constituat inter Jus scriptum & consuetudinem. *N. p. 47. lin. 4.*

Scriptura non est de essentia Legis. I. *20. N. p. 55. lin. 31. add. p. 56. lin. 21. & seqq.*

SCTUM MACEDONIANUM.

Spectat hoc SCtum & ad filios & filiasfamil. Imò etiam ad Nepotes, it. ad industrios aut qui frugi sunt, it. ad eos qui sunt in dignitate. *IX. 19. N. p. 331. lin. 26.*

Non autem prodest emancipatis. *N. p. 330. lin. alt.* nec militibus. *IX. 19. in f.*

SCTUM VELLEJANUM.

Sic dicitur à Vellejo Consule Romano. X. 1.

Hoc SCto mulieribus, quibus ex intercessione sua lis movetur, succurritur. *X. 1.* Et sic improbatur naturalis earum obligatio. *N. p. 343. lin. 10. XXII. 15.*

Quid sit intercedere. X. 2. *N. ib.*

Quando cesset SCtum Vellejanum. *X. 6. 7.* N. *ib.*

SENTENTIA.

Quid & quotuplex sit. *XXI. 1. 2 N. ib.*

Quis ferre possit sententiam. *ib.*

Si plures sint Judices, non nisi omnibus præsentibus ferri potest. *ib. 2.*

Contra quem ferri possit sententia. *ib. 3.*

Quinam effectus sententiæ. *ib. 8.*

SERVIANA ACTIO.

De hac vid. XII. 15.

SOCIETAS. SOCIUS.

Societas est vel conventionalis, vel casualis. it. vel generalis vel specialis. *X. 31.*

Quænam dicatur Societas Leonina. *ib.*

Quomodo finiatur Societas. *ib.*

SOLUTIO.

Solutio est vel vera ac naturalis, vel quasi. *XXIII. 16. 22.*

Quis verè ac naturaliter possit solvere vel non. *ib. 22.*

Cui rectè solvatur vel non *ib. 24. 25*

Solvendum est quod debetur, sive factum sit, sive res sit. *ib. 26.*

SPONSA.

An cum Sponsa alterius committatur adulterium. *XXIV. 17.*

SPONSALIA.
Quid sint. XIV. 1.
Dividuntur in Sponsalia de futuro & de præsenti. ib. N. ibid.
Quot modis dissolvantur Sponsalia. ib. 5.
SPURII.
Quomodo succedant. XIIX. 13.
STATUTUM.
Quinam possint Statuta concedere. I. 11.
Quando & cur indigeant confirmatione. ib. N. p. 35. lin. 31.
Quomodo forenses Statutis obligentur. ib. N. p. 36. pr.
An valeat Statutum extra Statuentium territorium. ib. 11.
STIPULATIO.
Quid sit. XXII. 20
Qui & quibus stipulari possint. ib. 21. N. ib.
In stipulationem deducuntur vel res, quæ sunt in comercio vel facta. ib. 22. 25.
Quomodo promissor facti alieni teneatur vel non. ib.
SUBSTITUTIO.
Heredis substitutio quid & quotuplex sit. XVI. 22. & seqq.
Quis possit pupillariter substituere & quamdiu ita substituatur. ib. 26.
SUCCESSORIUM PACTUM.
adde Sup. voc. Pactum.
SURDUS.
Surdus non potest esse Actor V. 2. nec testis in testamento. XVI. 7.
Nec stipulari potest. XXII. 21.
SUSPECTI POSTULATIO.
vid. postulatio suspecti.
SYNDICUS.
Procurator universitatis aut Collegii vocatur Syndicus. III. 22.
T.
TACITUM PIGNUS.
Tale pignus habent liberi in bonis parentis usufructuarii pro bonis maternis. IX. 30. add. XII. 8. 9.
TAXATIO.
Quando fieri debeat. XXI. 7.
TERMINUS.
De Termino probatorio. vid. XIII. 9.
TESTAMENTUM.
Si dicitur à testatione mentis, XVI. 2.
Est origine sua juris gentium, & per jus civile magis explicatum. ib. N. ib.
Quid sit. ib.
Continere debet directam heredis institutionem. ib.
Testamentorum divisio. ib. 3.
Quomodo infirmetur testamentum. ib. 18.
TESTIS.
Quinam idoneus aut inidoneus. XIII. 28. in specie ad testamenta probanda. XVI. 7. 8. N. ibid.

Non-

Nonnullis contra certas personas dictio testimonii remittitur. ib. N. ib.

TRANSACTIO.

Quid sit & quomodo differat à pacto II. 22.
Fieri potest vel pacto vel stipulatione & aut simplici aut Aquiliana. ib. 27. N. p. 122. lin. 10.
Quinam transigere possint. ib. 28. N. p. 122. lin. 18. ubi etiam de ægroto.
Prætextu alicujus læsionis non potest rescindi. II. 31. N. p. 126. lin. 16.

TREBELLIANICA QUARTA.

Hanc deducit heres fiduciarius à fideicommissis. XIIX. 10. in f.
Quænam in Trebellianicam imputentur. ib. 11.
Quando cesset deductio Trebellianicæ. XIIX. 13.

TUTELA.

Origine sua est juris naturalis. XV. 1.
Quid sit. ib.
Dividitur in testamentariam, legitimam & dativam. ib. 2.
De Excusatione à tutela vid. Excusatio add. voc. Tutor.

TUTELA CORPORIS.

vid. defensio.

TUTOR.

Tutoris datio nec Imperii nec Jurisdictionis est. II. 1.
Officium Tutoris & potestas. XV. 13. 14. 15. 16.
Tutores maximè desinunt esse (1) remotione, quando sunt suspecti (2) Excusatione. XV. 17.
Quis dicatur suspectus. ib.

V.

VECTIGAL.

Quid sit. XIX. 17.
Quisnam possit vectigalia constituere. ib. 18.
Quænam personæ aut res sint immunes à vectigalibus. ib. 20.

VENDITIO.

vid. emtio venditio.
De venditione pignoris. vid. XII. 17.

VENDITOR.

vid. emptio venditio.

VENENARIUS. VENENUM.

An Venenum possit vendi. XI. 7. N. ib.
Venenariorum pœna. XXIV. 22. N. ib.

VERITAS.

An & quomodo Judex homines veraces efficere studeat. N. p. 39. lin 5.
Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur. N. p. 84. lin. 11.

VIA.

Via est vel publica vel privata. VI. 24.

VIDUA.

Vidua sequitur forum mariti. V. 10. 11. in m.
An

An vidua fratris in uxorem duci possit. XIV.16.

VIS.

Vis est vel publica vel privata. XXIV. 19.
Vi publicæ affine est Crimen fractæ pacis. ib.N.p.726.lin.7.
An sibi ipsi liceat vim inferre. I.14.

VOLUNTAS.

An in hominibus detur constans & perpetua voluntas, N.p.37. lin. 4.
Coacta voluntas est etiam voluntas. IV. 11. N. ib.

USUCAPIO.

Inter hanc & præscriptionem hodiè ferè nulla est differentia. XX. 27. N. ib.
Quid sit. ib.
Finis usucapionis est bonum publicum, hinc non est ab æquitate aliena. XX. 31. N. ib.

USURA. USURARIUS.

Usura & fœnus quomodo conveniant aut differant. XIII.1. N.ib.
Item usuræ & annui reditꝰ ib.9.
Quid sit. XIII. 1.
Debetur vel ex mora, vel ex conventione. ib. 3. it. ex longa earum præstatione ib. 8. Conventio hæc vel est stipulatio, vel pactum. ib. 7.
Quantitas usurarum quænam. ib. 9. N. ib.

USUFRUCTUARIUS.

Officium usufructuarii quale sit? VI. 9. N. p. 235. lin. 31.
Quomodo caveat. ib. 16. N. ib.
Quibus remissa sit hæc cautio. ib. N. ib.
Cui & quomodo cedere possit usumfructum. VI. 12. N. ib.

USUSFRUCTUS.

Dicitur Servitus personalis plenior. VI. 4.
Quid sit. ib.
Est jus: sed an per Jus intelligatur Servitus. N.p.228. lin.21.
Ususfructus finitur vel tempore vel morte naturali. ib. 10.
Quomodo amittatur ususfructus. ib. 11.

USURPATIO.

Usurpatio est interruptio usucapionis. XX. 30.

USUS. USUARIUS.

Usus non ad omnem rei utilitatem, sed tantùm ad necessitatem refertur. VI. 15.
Usus est individuus. ib. N. ib.
Usuarius quandoq; plus quàm fructuarius percipit. N.p.241.lin.9.

UXOR.

Uxor sequitur forum mariti. V.10.
De tacito pignore, pro dote uxoribus in bonis mariti competente, vid. XII. 8. it. pro paraphernalibus. N. p. 402. lin. 31.
De Legato ususfructûs, uxori relicto. vid. XVII. 7.

FINIS.

UNIVERSI
IURIS CIVIL.
STRUVIO-SCHNO-
BELIANI
CUM COMMENTARIO
nuper editi
SYNOPSIS,
Cui annectitur
REPERTORIUM
Textuum in hoc opere tùm explicatorum, tùm conciliatorum.

JENÆ,
Sumptibus JOHANNIS MEYERI,
ANNO 1669.



LECTORI BENEVOLO SALUTEM!

IUs Civile Struvio-Schnobelianum, noviſſimè editum, Cultoribus Legum, ob gratam rerum copiam, conciſis verbis traditam, & ob manuductionem ad aurea opera Struviana, in Theoria æquè ac in Praxi perquam *utile* eſſe futurum, nemo candidi pectoris negabit.

Et cùm memoria non ſemper ſit fida cuſtos eorum, quæ legimus atque cognovimus; nec quæ ſub uno titulo continentur, aut quæ pertinent ad certam materiam, unô in loco tradi poſſint, aut tradita ſint; Inſuper etiam non cuilibet, imprimis in jure aliquid elaboranti, integrum ſit perlegere totum illud opus; hinc, ut memorata *utilitas* eò magis promoveatur, viſum fuit Indicem ad Schnobelium & Notas, itidem nuperrimè editum à voce COLLECTÆ ſupplere, & ea, quæ vel aſſeruntur, vel negantur, vel aliò remittuntur, SYNOPTICE tradere: Inſuper etiam REPERTORIUM aliquod in explicatos textus addere. Hiſce præmonitis Te, Lector Candide, Valere jubeo!

Prior numerus *Disputationem*, alter *thesin*: *Notas* verò ad Autorem N. majusculum denotat, cui pagina & linea subjicitur.

C.

COLLECTÆ.

Collectas & tributa usufructuarius solvere tenetur. *VI. 9. N. p. 235. lin. 21.*

Legatò usufructu omnium bonorum, Legatarius collectas, sine spe recipiendi, tenetur solvere. *XVII. 7.*

COMMISSUM.

Commissarum rerum dominium ipsò jure in dominum vectigalis transit: ad possessionem tamen consequendam opus est sententiâ judicis declaratoria. *XIX. 21.*

Processus super commisso, coram ipso domino vectigalis, Jurisdictionem habente, potest institui. *N. p. 592. lin. 25.*

Quid si legitimè puniti ad Cameram Spirensem confugiant. *ib. lin. 31.*

Si quis partem rerum reticuit, ea pars saltim committitur. *XIX. 21.*

Commissa intra quinquennium rei vindicatione persequi possunt. *ib.*

COMMODATUM.

In commodato etiam levissima culpa præstanda est. *IIX. 33. N. p. 314. lin. 11.*

Res commodata restituenda est, nec Commodatori potest objici compensatio. *ib. 33.*

COMMUNI DIVIDUNDO JUDICIUM.

Quid agatur per hoc judicium. *VII. 16. in f.*

Datur etiam propter id, quod post divisionem hereditatis indivisũ est relictum. *ib. 23. N. p. 277. lin. 2.*

Si ex errore hæc divisio perperàm facta sit, licet enormem læsionem non contineat, dividentibus non nocet. *ibi. 24. N. ib.*

COMPENSATIO.

Omnes, licet juraverint (*scil. eò tempore, quô ipsis nihil contrà debebatur*) se soluturos, compensare possunt. *ib. X. 9. N. p. 350. lin. 3. ubi etiam traditur quid Jur. Sax. obtineat.*

Procurator in rem suam, seu Cessionarius, rectè compensat. *X. 10. N. ib.*

De

De coheredis & Correi debitore. *vid. ib. 10.*
Locum habet compensatio in quavis actione, modò quantitas seu res fungibilis utrinque debeatur. *ib. 12.*
Non habet locum in actione depositi, momenti, commodati. *ibid IIX. 33.*
Non ipsa delicta, sed id solùm, quod ex iis pecuniariè debetur, compensari potest. *X. 11.*
Compensatio ipsò quidem jure fit, alleganda tamen est. *ibi. 13.*
Quinam effectus compensationis. *ib. 14.*
Utrum, is qui compensat, hoc ipsò fateatur se debere. *N. p. 354. lin. 2.*
Judicis officium in compensatione. *N. ib. lin. 25.*

COMPETENTIA FORI.

Quænam inter forum & judicem competentem differentia. *N. p. 197. lin. 16.*
Actor forum Rei sequitur. *V. 8.*
Forum domicilii semper generale & ordinarium est. *N. p. 198. lin. 7.*
In domicilio Originis, nec si ibi reperiatur, potest conveniri Reus. *N. p. 198. lin. 15.*
Vagabundus ubique rectè convenitur. *N. ib. lin. 17.*
De concursu fori. *N. ib. lin. 20.*
Exempla personarum quæ non ex propria, sed aliarum persona Forum sortiuntur. *V. 10.*
Competentia fori quandoque æstimatur ex quantitate ejus, quod in Judicium deducitur ac petitur. *ibi. N. p. 200. lin. 34.*
Forum competens quod constitutum est certis personis aut certis causis ex jure singulari. *V. 11.*

COMPLACENTIA.

Quomodo ex actibus seu gestis ea colligatur. *N. p. 183. lin. 8.*

CONCORDIA

Ad concordiam & transactionem Judex partes hortari, non autem præcisè compellere potest. *II. 32.*

CONCUBINATUS.

Hodiè concubinatus pro scortatione habetur: Liberi tamen ex eo nati, instar naturalium, adhuc legitimantur. *XIV. 33. N. ib.*

CONDICTIO.

Condictio ob turpem vel injustam causam quando detur. *IIX. 27.*
Condictio indebiti unde oriatur. It. quando & ad quid detur. *ib. 28. N. ib.*
Condictio furtiva nec realibus nec personalibus actionib9 per omnia respondet. *IIX. 29.*
Cui & contra quem detur. *ib. N. p. 311. lin. 4. XXIV. 5.*
An detur ex causa dominii, an ex causa delicti. *ib. N. p. 310. lin. 35.*

An detur, quando fur ipse criminaliter v. g. suspendiô punitus est. *N. p. 311. lin. 18.*

Datur ad rem furtivam extantem ejusque æstimationem in solidum recuperandam. *IIX. 29. N. p. 312. lin. 4.*

Non consumitur per actionem furti merè pœnalem. *XXIV. 5.*

Condictio surrogatur in locum rei vindicationis. *IIX. 8. in f.*

Condictio certi ex mutuo est generalis, distinctam naturam à cæteris certi condictionibus non habens. *IIX. 12. N. ib. add. XXII. 26. XXIII. 14.*

Condictio incerti, seu actio ex stipulatu datur v. g. ex stipulatione, si incertum quid promissum sit. *XXII. 26.*

CONDITIO.

Conditio possibilis, adjecta stipulationi aut aliis contractibus, spem facit debiti futuri, eamque ad heredes transmittit. De Legato conditionali secus est. *XXII. 24 N. p. 678. lin. 33.*

Quando conditiones habeantur pro impletis. *XVII. 16.*

CONFESSIO.

Confessio facta in tortura post eam repetenda & ratificanda est. *N. p. 639. lin. 19.*

Extrajudicialis confessio etiam plenè probat, si à parte adversa est acceptata. *ib. lin. 25.*

Confessi & convicti de crimine non habent Jus appellandi. *XXV. 3.*

CONFUSIO.

Confusio propriè accidit, cùm vel debitor Creditori, vel Creditor debitori succedit. *X. 8.*

Quomodo differat à compensatione. *ib.*

Alia confusio est in §. 26. *J. de R. D.* rerum liquidarum. *N. p. 349. lin. 14.*

CONJUGIUM.

vid. matrimonium, It. Nuptiæ.

CONJUX.

Contra Conjugem non datur famosa, v. g. furti, aut injuriarum actio. *XIV. 31. N. ib.*

Quomodo de jure Civ. it. Saxonico & vel communi, vel Electorali invicem succedant conjuges. *vid. XIIX. 29. N. ib.*

CONNEXITAS CAUSÆ.

Quomodo se habeat, & quale forum tribuat. *V. 9. in f. N. p. 200. lin. 4.*

CONSCIENTIA.

In judicando magis conscientiæ quàm actis & probatis obtemperandum est. *I. 35. N. p. 84. per tot.*

CONSENSUS.

Quando consensus vel jussus ex alicujus conniventia & taciturnitate elici possit. *N. p. 269. lin. 33. p. 334.*

p. 354. lin. 8. p. 362. lin. 23. XXIII. 3. *N. ib.*
De consensu parentum in nuptiis liberorum. *vid. Nuptiæ.*

CONSIGNATIO.

Consignatione sortis an tollatur usurarum debitum. XIII. 11.

CONSILIUM.

Quomodo differat à mandato. X. 26. *N. ib.*
An sit obligatorium. *ibid.*

CONSTITUTIO.

Quomodo differat à Rescripto. *N. p. 51. lin. 5.*
Constitutiones Electorales Saxonicæ quomodo ortæ & approbatæ. *N. p. 58. lin. 15.*

CONSTITUTUM.

Constitutum locum habet in debito proprio & alieno. VIII. 31. 32.
Accedere potest obligationi, etiam naturali tantùm, & quidem solò consensu, citra stipulationem. *ib. N. ib. it. lin. 18.*
An indebitum possit constitui. *N. p. 313. lin. 14.*
Constitutum priorem obligationem non innovat, sed ei accedit. VIII. 32.
Pro alio constituenti competit beneficium ordinis &c. *ib.*
Constituens est similis fidejussori. *N. ibid.*
Quomodo per constitutum possessorium possessio amittatur. XX. 25.

CONSVETUDO.

Ejus vis tanta est ut possit legem tollere. I. 23. *Oppon. l. 2. C. quæ sit long. consv. vid. N. p. 64. lin. 26.*
Consuetudo, quia facti est, ab allegante eam est probanda. *ib.*
Quomodo sit probanda. *N. p. 65. lin. 26.*
An possit legem interpretari. *N. p. 64. lin. 35.*
An per unicum excellentem Doctorem probetur. *I. 23. N. p. 65. lin. 17. ubi etiam de Advocato de stylo Curiæ testante.*

CONTINENTIA CAUSÆ.

vid. connexitas causæ.

CONTRACTUS.

Plerique contractus sunt juris gentium. IIX. 3.
Quomodo innominatus Contractus; Do ut facias, differat à locatione. *N. p. 385. lin. 24.*
Quomodo contractus differat à pacto. II. 22.
Quomodo oriatur & quid sit contractus proprius aut improprius. *N. p. 285. lin. 31.*
Nonnunquam ex aliorum Contractibus obligamur. IX. 1.
Quomodo quis ex Contractu forum sortiatur. *vid. V. 9. N. p. 198. lin. 22.*
An ex mutuo aliove Contractu, per Senatum aut Syndicum celebra-

lebrato, obligetur universitas. *III. 23. N. ib. add. voc. Mutuum.*

An ad contractum à filio, servo, Procuratore initum requiratur scientia patris, Domini vel principalis. *N. p. 374. lin. 10.*

An id, quod in contrahendo agitur, pro cauto & expresso habeatur. *N. p. 295. lin. 7.*

Contractus à minore, Curatorem non adhibente, initus, est ipsô jure Civ. nullus. *IV. 20. N. p. 181. lin. 9.* nisi jurejurando eum confirmaverit. *ibi. 21.*

Contractum chirographarium male impugnat Bachov. *N. p. 288. lin. 34.*

CONTRIBUTIO.

Si propter incendium domus aliqua, cæterarum conservandarum causâ, diruta est, quomodo fiat Contributio. *IX. 11.*

Si ad liberandam ab obsidione Civitatem aliquid prærogatum, quomodo contribuatur. *IX. 10.*

CONVENTIO.

Conventio usuraria quotuplex. *XIII. 7.*

CORREI.

An indistinctè habeant beneficium divisionis. *XXII. 28. N. ib.*

Correus qui solidum solvit habet actionem negotiorum gestorum. *ib.*

CORRUPTELA SERVI.

Est verum delictum, & tàm grave ut Criminibus extraordinariis accenseatur. *VII. 27. N. ib.*

In hoc delicto etiam Conatus pro Crimine habetur. *ib.*

Actio inde competens est vel directa vel utilis. *ibid.*

CREDITOR. CREDITUM.

Creditores alii sunt privilegiati simpliciter, alii hypothecarii cum privilegio prælationis, alii hypothecarii simplices, alii privilegiati personales, alii denique chirographarii. *XXI. 16.*

Jus Crediti amittit is, qui pecuniam vel rem sibi debitam etiam levi metu extorquet. *IV. 13.*

Item is qui dissimulatâ obligatione tutelam pupilli debitoris suscipit. *XV. 9. N. ib.*

Creditorum classes de Jur. Electorali Sax. *N. p. 283. lin. 12.*

Creditores hereditarii venditorem, non emptorem, nisi venditor non sit solvendo, convenire debent. *XI. 11.*

CRIMINALE JUDICIUM.

Quotuplex sit. *III. 10.*

CULPA.

Quando & quomodo indigitetur præstatio latæ levis & levissimæ culpæ. *N. p. 314. lin. 11. p. 358. lin. 24.*

Culpæ annumeratur Imperitia. *VII. 5.*

Cul-

Culpa Procuratoris quando Domino noceat. *III. 20.*

De culpa à marito præstanda in bonis dotalibus. *vid. XIV. 25.*

De culpa heredis fiduciarii. *vid. XIIX. 10. in m.*

Culpa cur non facilè sit imputanda negotiorum gestori. *III. 25.*

Culpa lata Agrimensoris dolo comparatur. *VII. 29.*

Culpa lata non restituentis aut non exhibentis comparatur dolo. *IIX. 24. N. p. 306. lin. 22.*

CURA. CURATOR.

Curator ad præsentissimum litis & damni totius periculum avertendum transigere potest. *II. 28.*

Cura non est impedimento nuptiis. *XIV. 17.*

An Curatorum consensus in nuptiis minorennium sit requirendus. *ibi. 11. N. ib.*

D.

DAMNUM.

Quot modis contingat. *VII. 1.*

Damnum quod à bruto infertur dicitur pauperies. *ib.*

Qualis actio detur ad hoc damnū reparandum. *ib.*

Qui casu magis quàm culpâ damnum dant, delinquere non censentur. *VII. 6.*

Damni infecti cautio seu stipulatio quid sit. *XIX. 11. 12.*

A quo peti possit hæc cautio. *ib. 13.*

Qui cautionem petiit, præstat prius jurament. calumniæ, postea adversarius intra statutum tempus cavere jubetur, huic jussui si non paret, fit missio ex primo, vel demum ex secundo decreto. *ib. 14. 15.*

Edictum de damno infecto, etiamsi damnum minimum metuatur, locum habet. *N p 163. lin. 14.*

Is, in cujus ædibus damnum ortum est, non tenetur ad damnum resarciendum, nisi culpa ejus liquidè probata sit ab Actore, *VII. 6.* Nec sufficit præsumptio. *N p. 261. lin. 4.*

Damnum, quod lege permittente datur, extra noxiam est. *ib. 7.*

Damnum à prædonibus illatum à quo resarciendum. *XIX. 22.*

DEBITOR. DEBITUM.

Quando debitor cogatur alium fidejussorem dare. *XXIII. 5.*

Quando incarceretur. *XXI. 12.*

Inter patrem & filium potest esse naturale debitum. *IX. 26.*

Debitor pupilli, si hujus tutor vult fieri, quidnam observet. *XV. 9.*

DECISIO.

An Responsa Collegii, quod solùm consilii hauriendi ergò introductum, Decisiones vocari possint. *N. p. 48. lin. 6.*

Decisiones Electorales Saxonicæ

à quò,

à quô, & qua occasione sint ortæ & editæ. *N. p. 58. lin. 35.*

DEFENSIO. DEFENSOR.

Quomodo defensor differat à procuratore. *N. p. 147. lin. 18.*

Quomodo necessaria defensio jure naturæ sit permissa. *N. p. 27. lin. 34. p. 29. lin. 8.* quomodo jure civili. *N. p. 29. lin. 17. p. 28. lin. 30.*

Defensor sequitur forum ejus quem defendere vult. *V. 10.*

DELEGATIO.

In delegatione sunt tres personæ 1. delegans. 2. delegandus 3. is cui delegatur. *XXIII. 20.*

De stipulatione & consensu intercedente. *vid. ib. N. ib.*

Qui delegavit ab obligatione prorsus liberatur, adeò ut Creditor, seu is, cui delegatio facta est, nunquam habeat regressum. *ib. 21.*

Delegatus an alium subdelegare possit. *II. 10.*

DELIBERANDI JUS.

Hoc jus competit heredibus ne præcipiti aditione damno afficiantur. *XVI. 28.*

DELICTUM.

Delictorum privatorum species sunt furtum, rapina, & injuria. *XXIV. 1.*

Quænam sint delicta extraordinaria. *ib. 13.*

Delicta quædam tàm vagæ naturæ sunt, ut nomen speciale nancisci nequiverint. *N. p. 116. lin. 22.*

Delicta ex voluntate & affectu potissimùm æstimantur. *I. 17. N. p. 50. lin. 1.*

Quænam dicantur delicta involuntaria. *ib. 17.*

Delicta etiam involuntaria per Leges coërcentur, maximè ea, quæ fiunt ex ignorantia juris, quandoque etiam ea quæ fiunt ex ignorantia facti. *I. 17. N. p. 50. lin. 23.*

De compensatione delictorum. *vid. compensatio.*

Quando de delicto paciscei liceat. *II. 30. III 11.*

Delinquens ex ignorantia facti an puniatur. *VII. 5.*

Ubi quis deliquit ibi etiam forum sortitur & potest conveniri. *V. 9.* Magis tamen ibi, ubi consummavit delictum. *N. p. 199. lin. 9.*

Hoc forum in Criminalibus principalius est. *N. p. 199. lin. 12.*

DEPORTATUS, DEPORTATIO.

An deportati possint testari. *XVI. 6.*

An possint esse testes in testamento. *ib. 7.*

Deportatio in cujus locum successerit. *XXIV. 14.*

DE-

DEPOSITUM. DEPOSITARIUS.

Depositum est vel rei non litigiosæ, vel litigiosæ: Illud propriè dicitur depositum; hoc v. sequestrum. *X. 16. N. ib.*

De sequestro vid. plur. hac voc.

Ad depositum requiritur consensus per verba expressa, nec sufficit scire aut pati ut res in domū inferatur. *ib. 17.*

Propter impensas liquidas, in ipsam rem factas, datur depositario jus retentionis. *ib. 23. N. p. 361. lin. 34.*

Depositarius rem depositam non possidet, sed naturaliter saltim detinet. *X. 18.*

Res deposita deponenti, quocunque tempore illam reposcat, est restituenda, etiamsi de certo tempore convenerit. *ib. 19. N. ib. & p. 294. lin. 34.*

De Deposito Spolii. *vid.* N. *p. 358. lin. 9.*

Depositarius regulariter saltim de dolo & lata culpa tenetur. *X. 20.*

Quandoque ad levem, imò levissimam culpam & casum fortuitum tenetur, propter pactum, moram &c. *ib. N. ibid.*

Si res deposita restitui nequeat, tunc Dominus rei accipit æstimationem per juramentum in litem. *ib. 21.*

De actione depositi. *vid. sup.*

Item de possessorio judicio, si res immobilis sit deposita, *vid. N. p. 360. lin. 9.*

DERELICTA RES.

vid. Res pro derelicto habita.

DERIVATIO.

Derivatio est duplex Grammatica & Logica. *N. p. 3. lin. 12.*

Derivatio Logica naturam magis quàm Syllabas respicit. *I. 1. N. p. 2. lin. 15. & p. 3. lin. 14.*

Grammatica verò literas ac Syllabas intuetur. *N. p. 13.* hinc verbalis; Logica verò realis dici posset. *ib.*

DETENTIO. DETENTOR.

Quomodo differat nudꝰ detentor à vero possessore. *N. p. 214. lin. ult.*

Detentor potest etiam rei vindicatione conveniri. *V. 23.*

An detentio rectè annumeretur juribus in re. *N. p. 616. lin. 25.*

DIGESTA.

Digesta s. Pandectæ dici possunt jus receptū respectu Codicis in quo est Jus constitutum. *N. p. 53. lin. 22.*

Ex computatione Sithmanni in solis Pandectis 8145. leges sub 442. titulis. Lehmannus longè plures asserit, nempe 9198. *N. p. 59. lin. 20.*

DIGNITAS.

Quot sint gradus dignitatum. *N. p. 97. lin. 5.*

DILATIO.

Quænam necessariæ dilationis causæ. *II. 18.*

An ad hasce causas audiendas altera pars citanda sit. *N. p. 110. lin. 31.*

Ob urgentissimam causam, (quæ prius cognoscenda. *N. p. 110. lin. 31.*) præstitô juramentô, etiam quarta dilatio danda est. *ib. N. p. 110. lin. 20.*

An etiam tertia dilatio per juramentum sit impetranda. *N. p. 111. lin. 17.*

DISSIMULATIO.

Per dissimulationem extinguitur actio injuriarum. *XXIV. 12.*

DIVORTIUM.

Causæ divortii hodiè in Ecclesiis reformatis ex solo jure divino æstimantur, & præter adulterium & malitiosam Desertionem nullæ admittuntur, quæ scil. vinculum matrimonii penitus dirimant. *XIV. 27.*

DOCTOR.

Doctor aut Licentiatus minor, extra artem suam læsus, in integrum restituitur. *IV. 18. N. ibid.*

DOLUS.

Doli homonymia. *IV. 14.* N. *ibi.*

Dolus est vel verus vel præsumptus. *ib. 14.*

Dolus dans causam Contractui b. f. reddit eundem ipso jure nullum. *ib. 15.* N. *ibi. XXII. 7. in m.*

Dolus causam dans Contractui stricti juris, purgatur per actionem ex Contractu, hic autem subsistit. *ibi. 15.* N. *p. 176. lin. 32. XXII. 27.*

Idem dicendum si dolus saltim incidat in Contractum, tàm b. f. quàm stricti juris. *ib.* N. *p. 177. lin. 11.*

Dolus est pro possessione h. e. dolosa alienatio non facta censetur fingiturque alienantem adhuc possidere. N. *p. 189. lin. 27.*

Quando dolus dicatur ex ipsa re oriri. N. *p. 681. lin. 26.*

Ebrius injuriam alicui inferens, modò post crapulam ipsum pœniteat, à dolo excusatur. *XXIV. 8.*

Dolus & affectus injuriandi unde præsumatur. *XXIV. 8.*

DOMICILIUM.

Quid & quotuplex sit, quomodo constituatur, probetur, amittatur, mutetur. N. *p. 198. lin. 3.*

Quomodo ratione domicilii quis forum sortiatur. *V. 9.* N. *ib. add. voc. forum, it. Competentia fori.*

In domicilio originis, nec si ibi reperiatur, convenitur Reus. N. *p. 198. lin. 15.*

De

De domo legata an contineat supellectilem *vid. Legatum.*
An statuæ affixæ dici debeant portio domus. N. *p.535. pr.*

DOMINIUM. DOMINUS.

Dicitur etiam proprietas. *XX. 1.*
Dominium proprietatis, it. directum it. utile quid sit. *ib. 2.*
Modi acquirendi dominium sunt vel juris gentium, vel juris civilis. *ib. 5.*
Juris gentium præcipui sunt 1. Occupatio, 2. accessio. 3. traditio. *de quib. vid. suis titulis.*
Juris civilis est usucapio, &c. *ib. 27. vid. usucapio.*
Quale dominium habeat maritus in dote. *XIV. 24. 25.*
An fructuarius appellatione domini contineatur. *VI. 7.*
Quomodo pluribus transferatur dominium aut usucapiendi conditio ab uno eôq; verò Domino, item quomodo à non dominis. N. *p.224. lin. 5.*
Etiam rerum incorporalium datur dominium. *XX. 1.* N. *ib.*
Dominii translatio cum titulo seu causa non est confundenda. N. *p.286. lin. 25.*
An in indebitè soluto transferatur dominium. N. *p.310. lin. 29.*

DONATIO.

Est origine & essentiâ suâ non juris civilis sed gentium. *XIX. 23.*
Si fit per traditionem, est modus acquirendi dominii: si per conventionem, est modus acquirendæ obligationis. *ib. & 27.* N. *ibid.*
Hodiè donatio etiam per nudum pactum, quod continet necessitatem tradendi, perficitur. *ibid. 27.*
An donator, ob res alienas donatas, teneatur de evictione. N. *p. 596. lin. 7.*
Donatio excedens quantitatem 500. solidorum actis est insinuanda. *XIX. 26.*
Insinuatione hac non factâ non tota donatio, sed quoad excessum saltim vitiatur. *ib.*
Casus quibus insinuatio impunè omitti potest. *vid. ib.*
Donatio regulariter non præsumitur. N. *p. 92. lin. 32. p. 156. lin. pen. XIX. 24.* N. *ib.*
An donatio remuneratoria sit propria donatio. N. *p. 594. lin. 18.*
An donatio *per l.35. C. de donat.* sit contractus facta. N. *p. 117. lin. 9.*
Donatarius qui usumfructum sibi retinuit, non cavet. N. *p. 242. lin. 35.*
Donationes inter virum & uxorem non valent, nisi mortis causa factæ, vel donantis morte confirmatæ, vel reciprocæ sint. *XIV. 26.*

Donatio propter nuptias subjacet Collationi: Non v. donatio simplex. *XIIX. 30. N.ib.*

Revocari potest donatio (1.) propter donatarii ingratitudinem. *XIX. 29.*

(2.) Si sit immodica & deminuat legitimam liberorum vel parentum. *ib. 30.*

(3.) ob supervenientiam liberorum *ib. 31.*

Revocatio ob ingratitudinem soli donatori, non ejus heredibus, est tributa, *ib.29. N. ib.*

De Mortis causa donatione. *vid. mortis caus. don.*

DOS.

Dos sumitur vel objectivè, vel formaliter, vel effectivè *N.p.462.l.11.*

Datur dos vel æstimatò, vel inæstimatò. *XIV. 25.*

Si quis Titio donaturus, dederit ejus filiæ dotem, eritne profectitia. *N.p.463.lin.17.*

A quo & quibus dos constituenda vel non. *XIV. 19. N.ib. XXII.17.*

Constituitur dos vel pollicitatione, vel pacto, vel stipulatione. Acquiritur verò traditione & Legatô. *XIV. 22.* Nonnunquam tamen pro tradita habetur. *ibi. N. ibid.*

An & quo indefinitè possit constitui dos. *ib. N. ibid.*

Res quævis in dotem dari possunt: & vel æstimatæ vel inæstimatæ. *ib. 20. ubi et. de feudalibus, N. ib.*

Inter concubinarios nulla est dos. *N.p.74. lin.27.*

Mulier omnia sua bona in dotem dare potest, quâ tamen datione non continentur futura seu post quæsita. *X. 21. N. ib.*

Si mulier dotis causa intervenerit, cessat SCtum Vellej. *ib. 6.*

An pro dote conservanda & restituenda fidejussor à marito dandus sit. *XXIII. 7.*

Effectus constitutæ dotis est 1. actio ex stipulatu, *de qua vid. sup.* it. hypothecaria pro dote exigenda. 2. dominium quod maritus in dote consequitur. *XIV. 24*

Quomodo se habeat hoc Dominium mariti in dote. *ib. 25. 29.*

De pactis dotalibus. *vid. inf. voc. pactum.*

De dote repetenda, *vid. sup. Actio ex stipul. it. XIV. 29. ubi etiam datur R. V.*

De exceptione quæ repetitioni opponitur. *vid. XIV. 30.*

De legato dotis. *vid. Legatum.*

De Collatione dotis. *vid. Collatio.*

DOTALIA INSTRUMENTA.

vid. Instrumentum.

DOTALITIUM.

Uxori competit usufructus in dotalitio. *VI. 5. in m.*

Pot-

Poteſt hunc uſumfr. ad vitam alii locare. *N. p. 234. lin. 6.*

DUELLUM.

An duella ullâ ratione ſolidâ, etiam quoad provocatos ſuſtineri vel excuſari poſſint: & Num provocatus occidens Adverſarium ordinariæ homicidii pœnæ obnoxius ſit. *N. p. 262. lin. 16.*

DUBIÆ RES. DUBITANS.

An ſint probandæ. *XIII. 18.*

An dubitans teſtari poſſit. *XVI. 5.*

E.

EMANCIPATIO. EMANCIPATUS.

Quomodo fiat ab extraneo adoptante. *N. p. 77. lin. 8.*

An fœminæ poſſint emancipare. N. *ibi. lin. 16.*

Liberi emancipati quomodo parentibus ſuccedant, aut hereditatem in heredes ſuos transmittant. XIIX. 17. *add. voc. Transmiſſio.*

In Saxonia emancipantur liberi ſeparatione rei familiaris; In Friſia ſolis nuptiis. *N. p. 331. lin. 4.*

Filio emancipato dari poteſt tutor à patre, ſed confirmandus eſt à Magiſtratu ſine inquiſitione. *XV. 3.*

EMPHYTEUSIS.

Conſtituitur vel per conventionem vel per teſtamentum. *XI. 25.* poteſt etiam per præſcriptionem acquiri. *N. ibi.*

Scriptura ad ejus ſubſtantiam non requiritur. *ib. 25.* N. *ib. in f.*

An ſit Contractus juris gentium. *ib. N. ibid.*

Quid obſervandũ ſit in Emphyteuſi 1. circa damna 2. circa canonem ſolvendum 3. circa alienationem. *XI. 26.*

Dominus non poteſt emphyteutam propriâ autoritate expellere. *ib.* licet ipſe Juriſdictionem habeat. *N. p. 390. lin. 26.*

Emphyteuta poteſt irrequiſitô Dominô rem donare & permutare. *X. 126.* Quid Jur. Sax. N. *ib. in f.*

Quid ſi oppignoret, aut dividat. *N. p. 391. lin. 3. XII. 11. in f.* it. leget. *XVII. 11.*

Utrum Canonis oblatione mora, propter quam aliàs Emphyteuta jus ſuum amittebat, purgetur. *N. p. 390. lin. 10.*

An Dominus penſionem recipiens, aut pœnam exigens, adhuc tamen emphyteutam expellere poſſit. *N ib. lin. 14.*

EMPTIO VENDITIO.

Hic Contractꝰ ſolô conſenſu perficitur, niſi conventum ut in Scripturam redigatur, tunc hoc prius implendum eſt; & intereà pœnitere licet, *XI. 2. ubi & de Arrhis. N ib & p. 56. lin. 2.*

Con-

Consensus in hoc Contractu requiritur certus & liber. *XI.2.*

Qualis error vitiet aut non vitiet emt. venditionem. *ib.* N. *ib.*

Consensus solùm ipsorum Contrahentium spectatur, non aliorum, nisi habeant Jus προτιμήσεως s. congrui. *ib.5.*

Venditio debet esse libera non coacta: nisi hæc libertas vel lege publica vel voluntate testatoris sit restricta *ib.* 4. N. *ib.*

An & quomodo Actiones & nomina vendi possint. *ib.12.*

Quid sub re vendita ulterius censeatur venditum. N *p.535 lin.14.*

Pretium in hoc Contractu in pecuniâ numerata consistere, it. Verum, certum & justum esse debet. *XI.8.9.* N. *ib.*

Si tamen fiat sine proposito fallendi naturaliter permissum est sese mutuò circumvenire. *ib.*

An in vendentis vel ementis arbitrium conferri possit emendi conditio & pretii determinatio. N. *p.377. lin. 11.*

De pactis quæ huic contractui adjiciuntur, scil. addictione in diem, pacto commissorio & pacto retrovenditionis *vid. XI.10. & infr.*

Quid venditâ hereditate de commodis aut oneribus ad emptoré transeat vel non, *vid. hereditas.*

A contractu hoc semel perfecto, sine voluntate utriusque contrahentium recedere non licet, nisi adsit læsio ultra dimidium. *XI. 13.* N. *ib.*

Res vendita præcisè est tradenda. *ib.16.17. & voc. Traditio.*

Venditione perfectâ ad quemnam pertineat commodum aut periculum rei emptæ venditæ. *XI. 14. 15.* N. *ib.*

ERROR.

Quid sit. N. *p. 133. lin. 31.*

Justus error s. justa ignorantia quandoque præbet causam restitutionis in integr. *IV.9.* N. *ib.*

Juris error non nocet indistinctè, sed tunc si naturalis obligatio subest. N. *p. 310. lin. 25. XVII. 29. XIIX. 13.*

Error non impedit traditionem, modò adsit affectus tradendi & accipiendi. *XX. 15. in m.*

Qualis error vitiet empt. venditionem. *XI. 3.* N. *ib.* it. nuptias *XIV.11.* it. stipulationem. *XXII. 27.* N. *ib.*

vid. Ignorantia.

EVICTIO.

Ut venditor evictionem præstet, ipsi lis contra emptorem mota denuncianda est *XII. 33.*

Evictio quando præstanda in emptione venditione. *XI. 17. XII. 31.*

Cohe-

Coheredes rerum adjudicatarum evictionem, pro rata, sibi invicem præstare tenentur, licet de ea specialiter nihil conventum. *VII. 21.*

Et hoc indistinctè sive divisio inter partes vel à Judice, sive à Testatore facta sit. *N. ibid.*

An Cedens teneatur de nominis Cessi evictione, *p. 419. lin. 7.*

EXCEPTIO.

Exceptio est vel dilatoria s. temporalis, vel peremptoria seu perpetua. *XXII. 2.3. N. ib.*

Exceptio doli specialis cui, contra quem, & quando detur. *XXII. 7.*

Exceptio quod metus causa quomodo differat ab except. doli. *ib. 8.*

Exceptio doli, opposita stricti juris actioni, non facit eam bonæ fidei. *ib. 10. N. ib.*

Except. Litigiosi qualis sit. *ib. 9.*

Exceptiones opponi vel allegari debent quamvis maximè sint notoriæ. *ib. 10.*

Quando Judex possit exceptiones ad absolvendum Reum supplere. *ib. N. ib.*

Exceptio fori declinatoria quomodo proponenda. *N. p. 197. lin. 2. & p. 658. lin. 12.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ quando detur & quamdiu duret. *IIX. 5.* quid in praxi obtineat. *N. p. 289. lin. 33.*

An hæc exceptio sit perpetua, an temporalis. *N. p. 290. lin. 4.*

Exceptio pignoraticia qualis sit. *XII. 11.*

Quô tempore sint opponendæ exceptiones dilatoriæ. *XXII. 11.* item peremptoriæ. *ib. 12. N. ib.*

De Exceptione impensarū, quæ datur marito propter res dotales. *vid. XIV. 30.*

EXCOMMUNICATUS.

Excommunicatꝰ non habet personam legitimā standi in Judicio, hinc non potest esse Actor. *V. 2.*

EXCUSATIO.

Causæ excusationis à tutela sunt allegandæ, & si plures sint, tunc una probata sufficit. *XV. 21.*

Causa justa excusationis non est ignorantia literarum, nisi cum simplicitate & rerum imperitia sit conjuncta. *ib. 20.*

An ætas it. an tria onera semper excusent. *N. p. 490. lin. 9.*

EXECUTIO.

Executio non est suscipienda contra Pupillos aut minores sine tutore, Curatore aut defensore relictos & condemnatos. *N. p. 193. l. 17.*

An executio possit fieri in bonis usufructuarii. *N. p. 238. lin. 17.*

Executio contra Victos regulariter fit in solidum, nisi habeant beneficium competentiæ. *XXI. 10.* *add. benefic. Compet.*

EXEMPLAR. S. COPIA.

vid. Copia.

EXERCITORIA ACTIO.

Dicitur honoraria actio, quia à prætore est introducta. *IX.* 2.

Non est propria & per se constans actio, sed potius adjectitia qualitas. *ibi. 1.*

Non solùm ex contractu ipsius Magistri, sed etiam pro-Magistri h. e. à Magistro ignorante Exercitore substituti actio hæc datur. *ibi. 3.* N *ib.*

Loco hujus actionis datur etiam directa contra ipsum Magistrum, si liber sit suique juris. *ibid. 4.*

Competit in solidum, etiam contra unum si plures navim exerceant. *ib. 5.* N. *p. 318. lin. 30.*

Exercitori non competit. *ib. 5.*

Ut detur Creditori hæc actio, requiritur ut probet, se idoneô locô & tempore, & non ultra necessitatem credidisse *IX. 6.* Versio autem non est probanda. *ib.* N. *ibid.*

EXHÆREDATIO.

Præteritio matris est loco exheredationis. N. *p. 205. pr. lin. 10. XVI. 15.*

Ad exheredationem requiritur justa causa. *ib. 16.* N. *ib.*

An etiam requiratur in exheredatione Arrogati impuberis. *I. 31.* N. *p. 77. lin. 30.*

Licet exheredationi nulla vel non justa causa adjecta fuerit, tamen testamentum non est ipsô jure nullum. *V. 15.* N. *ib.*

An liberi possint exheredari ob nuptias insciô patre contractas. *XIV. 8.*

Exheredatio non tollit jus Suitatis. *XVI. 26. in m.* N. *ib.*

EXISTIMATIO.

vid. fama.

EXPECTATIVA.

Feudi Dominus viventis adhuc Vasalli feudum, ad se post mortem ejus reversurum alii promittere, & sic Expectativâ concedere potest. *II. 25.* N. *p. 120. li. 9.*

EXPENSÆ.

vid. inf. voc. Impensæ.

EXTRAORDINARIUM.

Quid sit extraordinarium remedium. N. *p. 160. lin. 6. & 28.*

F.

FACIO UT DES.

Ex contractu facio ut des tunc saltem datur actio de dolo, quando ad eum, qui dare debet, nulla pervenit utilitas *XI. 34.* N. *ib.*

FACTUM.

Heredis factum rectè promittitur. *XXII. 21.* N. *ib.*

Quomodo quis teneatur ex promissione facti alieni. *ib.* item facti proprii. *ib. 25.* N. *ib.*

FAL-

FALCIDIA

Remedia quæ pro detrahenda Falcidia competunt, sunt: Jus retentionis, Rei vindicatio, condictio indebiti & quandoque etiam actio in factum. *XVII.* 30. N. *ib.*

Falcidiæ non subjacent testamenta militum. N. *p.* 513. *lin.* 15. *XVII.* 28.

FALSI CRIMEN.

De Crimine s. accusatione falsi transigere non licet. *II.* 30. *si scil. ita sit qualificatum ut sanguinis pœnam non inferat, aliàs est secus*, N. *p.* 125. *lin.* 21.

FAMA.

Fama est vocabulum medium, sed tamen plerumque in bonam partem pro existimatione in jure sumitur. *III.* 8.

Quid sit. *ib.*

Famam occisione lædentis tueri permissum est. N. *p.* 30. *lin* 30.

Fama est affectio liberorum hominum, non servorum. N. *p.* 134. *lin. ult.*

Famam alicujus intervertere non est in privatorum arbitrio. N. *p.* 169. *lin. ult.*

FAMILIÆ HERCISCUNDÆ JUDICIUM ET ACTIO.

Actio fam. hercisc. h. e. hereditatis dividendæ actio. *VII.* 18.

Actio familiæ herciscundæ mixta est *ib.* 15.

In hac actione tàm de ipso hereditatis jure, quàm portionis quantitate disceptatur. N. *p.* 273. *lin.* 29.

Hanc actionem instituens eundem, contra quem agit, omninò heredem agnoscit. *VII.* 18. nisi circa personam Adversarii erret. *ibid.*

In divisionem hereditatis non veniunt Nomina, Credita scil. & debita. *ib.* 19.

Quomodo fiat aut fieri debeat divisio. *VII.* 20. N. *p.* 275. *lin.* 11.

Res individua uni tota adjudicanda est. *ib.* 19. 21. N. *ib.*

Adjudicatio hæc statim transfert dominium in accipientem, modò defunctus rei dominus fuerit. *ib.* 22.

De evictione rerum adjudicatarum aut divisarum. *vid. voc. Evictio.*

Divisio hereditatis, sive voluntate defuncti, sive partium consensu sit facta, est servanda, nisi immodicam contineat inæqualitatem. *ib.* 20.

Quid si juramentô firmata sit, & tamen contineat immodicam inæqualitatem. N. *p.* 275. *lin.* 6.

Officium arbitri vel judicis ad dividendum dati. *ibi.* 21.

Id quod indivisum est relictum dividitur postea per communi divi-

dividundo judicium. *ibi. N. p. 277. lin. 2.*
Divisio hæc hereditatis, etiamsi ex errore perperam facta sit, non tamen nocet dividentibus. *VII. 24. N. ibid.*

FATALIA.

Tempora interponendæ, introducendæ, prosequendæ & finiendæ Appellationis, dicuntur fatalia; quod iis elapsis appellatio quasi exspiret & moriatur. *XXV. 11. 12.*
Nonnunquam ob justa impedimenta adversus lapsum fatalium restitutio in integ. locū habet. *ib.*
Nullitas sententiarum per modum actionis intra 30. annos proponi & deduci potest, non obstante lapsu fatalium. *ib. 15. N. ibid.*

FENESTRA.

An in suo pariete fenestras habere liceat, *VI. 23.*

FERIÆ.

vid. Dilatio.

FEUDUM.

Feuda sine Domini & Agnatorum consensu aliis oppignorari non possunt. *XII. 11.*
Deficientib9 bonis allodialib9 dos ex feudo danda est. *XIV. 20. N. ib.*
Feudales causæ quale forum sortiantur. *V. 11. inf.*
An feudum cum effectu legari possit. *XVII. 12.*
Feudum nobile an sit dividendum. *N. p. 274. lin. 11.*
Filius repudiatâ paternâ hereditate à feudo excluditur. *XVI. 31.*

FIDEICOMMISSUM.

Quis possit relinquere FideiC. & cui possit relinqui. *XIIX. 1. N. ib.*
A quo relinquatur. *ib. 2.*
Is, à quo relinquitur, heres fiduciarius; Et is, cui relinquitur, fideicommissarius dicitur. *ib.*
Quomodo relinquatur & ad heredem transmittatur Fideic. *XIIX. 3. 4. 7. N. ib.*
Si à parente filius rogatus sit hereditaté restituere, tacita hæc conditio, si sine liberis, ex præsumpta mente defuncti subauditur. *ib. 5. N. ib.*
Contra heredem negantem Fideic. esse relictum probatio per testes aut scripturam instituitur, aut defertur ei juramentum. *ib. 6. N. ib.*
Restitutio vel re vel verbis fit. *ib. 7.*
Quidnam restituatur. *ib. 8. N. b.*
In fideicommissis ob solam moram in præstando commissam debentur usuræ. *XIII. 8.*
An etiam prælegata sint restituenda fideicommissario. *XIIX. 9. N. ib.*
Quænam à fideicommisso universali prius deducantur. *ib. 10.*
De quarta Trebellianica. *vid. inf. voc. Trebell. quart.*
Ad quem spectent commoda, onera & actiones post restitutam, secun-

secundùm hoc fideiC. hereditatem. *ib.* 14.

Ad fideiC. universale consequendum datur actio personalis: non v. rei vindicatio. *ib.*6.

FIDEJUSSIO. FIDEJUSSOR.

Fidejussor dicitur etiam Adpromissor. *XXIII.* 1.

Quomodo fidejussor differat ab Expromissore, Constituente & Mandatore. *ib.* 1. *N. ib.*

Ut fidejussor aliquis fiat, necesse est ejus consensum expressum intervenisse. *ib.* 3. nec hodiè opus est ut fiat præcisè verbis & inter præsentes. *ib.*7.

Creditoris consensus etiam requiritur. *ib.* 4.

Quis sit fidejussor idoneus *ib.*

Si idoneus postea fiat inidoneus, an tunc ulterior cautio peti possit. *ib.* 5. *N. p.* 655. *lin.* 30.

Cui obligationi accedere possit fidejussor. *XXIII.* 6. 9.

An etiam obligationi ex delicto. *ib. N. ib.*

Maritus potest, si velit, dare fidejussorem pro dote conservanda & restituenda, non tamen ad hoc potest cogi. *ib.*7. *N.ib.*

Fidejussoris obligatio non augetur per moram Rei principalis. *IIX.* 30 *in f. XXIII.* 10.

Fidejussio an in duriorem causam, quàm ipse Reus principalis est obligatus, fieri possit. *XXIII.* 9.

Ad quid teneatur fidejussor aut ejus heres *ib.* 10.

Fidejussori non datur beneficium competentiæ quod reo principali competit. *XXI.* 10.

Per fidejussores propriè fit satisdatio. *II.* 16.

Per fidejussionem non tollitur obligatio principalis. *XXIII.* 1.

Si plures sint fidejussores, strictô jure singuli in solidum tenentur, ex Epistola tamen Hadriani beneficiô divisionis gaudent. *ibi.*11. *add. benefic. divis.*

Olim etiam ante principalem reum fidejussores conveniri poterant, postea introductum est benefic. ordinis seu excussionis. *ib.* 12. *add. benefic. ordinis.*

Fidejussor conventus solvere Creditori non tenetur, antequam contra reum principalem & confidejussores ipsi cesserit, quas habet, actiones. *ib.*13. *add. benefic. Cedend. action.*

Adversus fidejussorem, reo principali maturè non solvente, competit actio ex stipulatione. *ib.*14.

Fidejussori pro reo solventi datur vel actio mandati vel negotiorum gestorum. *ib.*

Nonnunquam et. ante factam solutionē fidejussor ad liberationē contra debitorem agere potest. *ib. in f.* sed non immaturè. *N.ib.*

Quomodo teneatur fidejussor si terminus solvendi ipsô insciô à creditore fuerit prorogatus, aut si se ad certum tempus adstrinxerit. *XXIII. 15.* N. *ib.*

FIDES.

Qualis requiratur in Notariis. *III. 15.*

Fides scripturæ privatæ & publicæ. *XIII. 26.*

FILIUS.

An inter patrem & filium lis esse possit. N. *p.105.lin.10.*

Filiusfam. mutuum dando alium sibi obligat, ab alio v. accipiendo non obligatur. *IIX. 3. add. SCtum Maced.*

Filius à paterna hereditate, servatâ sibi legitimâ, abstinere non potest. *XVI. 31.* N. *ibi.* de Emphyteusi & feudo. *vid. bisce titul.*

Filiusfam. ex omni contractu, exceptô mutuô, potest obligari & in solidum conveniri, nisi sit emancipatus, aut factus sui juris & abstineat hereditate, vel exheredatus sit, nam tunc tenetur in id, quod facere potest. *IX. 18. ubi etiam except. add.* N. *ibid.*

Filiifam. si milites sint, possunt testari. N. *p. 523. lin. 14.*

FINES.

Fines mandati sunt custodiendi. *X. 28.*

FINIUM REGUND. JUDICIUM.

Judicium hoc est stricti juris: est etiam perpetuum & non nisi 30. annorum præscriptione tollitur. *VII. 17.* N. *ib.*

FISCUS.

Quis habeat aut habere possit fiscum. *XXV. 16.* N. *ib.*

